




Ex Bibliotheca [illegible] Antonij [illegible]

# MISCELLANEA HISTORICA BOHEMIÆ

*DECADIS I. LIBER V.*

# PAROCHIALIS ET SACERDOTALIS,

IN DUAS DIVISUS PARTES;

*Quarum* Prior *Parochias omnes Veteris Bohemiæ, per Decem Archidiaconatus recitat;*

**PARS ALTERA:**

SACERDOTIA, VULGO CAPELLANIAS,

earúmque Fundationes,

*Ex authenticis* XIII. *Voluminibus Erectionum*,

Improbo & decumano unius anni labore exſcriptas, adducit, & Notis hiſtoricis illuſtrat.

**OPUS**

Ad Univerſalem Eccleſiarum Veteris Bohemiæ *Notitiam* pernecеſſarium, & eruditâ curioſitate digniſſimum;

*In honorem avitæ Bohemorum Pietatis adornatum.*

Adjectus eſt in fine Operis *Index* rerum, & Sum̄arium; unde patebit: nullam propè in *Bohemia* eſſe, aut fuiſſe, vetuſtæ ſtirpis tam Dominorum, quàm Equitum Proſapiam, quæ Divinæ Majeſtati perpetuum Miſſæ Sacrificium, in antiquitate non fundaverit.


AUTHORE:

BOHUSLAO BALBINO SOCIET: JESU SACERDOTE.


*Cum Licentia Superiorum.*

---


PRAGÆ, Typis Univerſitatis Carolo - Ferdinandeæ in Collegio Socitatis JESU, ad S. Clementem.

ANNO M. DC. LXXXIII.




Adjecta sunt post finem Libri Sexti hic comparti Additamenta ad Praefationem praesentis Libri quinti ex Mst. Balbini

*Fides Catholica & Evangelica diſciplina in Bohemia hactenus ſum̃â veneratione, & excellentiſſimâ devotione colebatur.* Martinus V. Papa. in Epiſt. ad Bohem. Conſtantiâ 8. Calen. Apr. 1418.

*Olim erant tempora fælicia in Bohemia quibus integra & incorrupta Fides in Regno vigebat; religio Chriſti ſuper cunctos præfulgebat, charitas ubique fervebat & Veritas, & Pietas radios ſuos undique effundebat pluſquam in modum Sponſæ venuſtiſſimæ, virtutum candoribus præpollebat, & pietate & honeſtate Regna reliqua præcellebat.* M. Joannes Przibram apud Cochl. lib.6. hiſt. Huſſitar. ſcribebat circa An̄um 1430.



CELSISSIMO ac REVERENDISSIMO
PRINCIPI
ET DOMINO DOMINO

# JOANNI FRIDERICO

DEI & Apoſtolicæ Sedis Gratiâ
ARCHIEPISCOPO
PRAGENSI
(Hoſce duos Miſcellaneorum *Libros V. & VI.*
*& in ijs*
Succeſſionem, Vitas, & res geſtas Anteceſſorum) (*lib. 6.*)
EX COMITIBUS
*DE*
WALDSTEIN,
(Majorum ejus Waldſteiniorum & Wartembergicorum Liberaliſſimam in Eccleſijs Pietatem.) (*lib. 5.*)
LEGATO NATO,
& S.R.IMP. PRINCIPI
(Literas Pontificum, & Imperatorum ad Archi-Epiſcopatum pertinentes) (*lib:6.*)

# PRIMATI
## REGNI BOHEMIÆ;
(Nobilitatis Bohemæ ſacras fundationes) (*lib. 5.*)
## METROPOLITÆ,
(Nomina Parochiarum omnium in Archidiœceſi) (*lib. 5.*)
*Sacri Militaris Ordinis Crucigerorum cum rubea Stella per Bohemiam, Moraviam, Sileſiam & Poloniam Generali, ac Magno Magiſtro;*
(Cruces mortuales, & ſepulchra Pragenſium Præſulum) (*lib. 6.*)
## UNIVERSITATIS CAROLO-FERDINANDEÆ PRAGENSIS AMPLISSIMO PERPETUOQUE CANCELLARIO;
(Jura, Prærogativas ac Titulos, Archiepiſcopatûs explicatos) (*lib. 6.*)
# PRINCIPI
## SACRORUM
(Altaria) (*lib. 5.*)
## DENIQVE DOMINO, ET MECOENATI SUO,
Omne obſequium, & Laborem hunc ſuum
**L. M. offert, DDq;**
Devotus Nomini, Celſitudiníque ejus

BOHUSLAUS BALBINUS S. J.



# LIBER V.

# MISCELLANEORUM HISTORICORUM; PAROCHIALIS & SACERDOTALIS.

## PARS I.

Quæ omnes Veteris Bohemiæ *Parochiales Ecclesias* in decem Archidiaconatus divisas, per Caussam Decimarum adducit, & recitat;

*Unde singularum Parochialium Ecclesiarum Census facilè cognoscuntur.*

Adjicitur in fine *Index Parochiarum* ad Diœcesin Episcopi Litomislensis pertinentium,

*Quas tum*

ARNESTUS ARCHIEPISCOPUS Pragensis in Bohemia, ex Archidiœcesi sua,

*Tum*

JOANNES EPISCOPUS OLOMUCENSIS *In Moravia sitas, liberaliter adjecerunt.*

**************************************************

## AD LECTOREM.

SÆpe optâram, summóque in id studio pridem ardentissimè ferebar, ut aliquam Imaginem *Veteris Bohemorum* Pietatis legentibus offerrem, & quædam lineamenta ducerem magnificentiæ illius admirandæ, quam in Ecclesijs, & sacris, nostri *Majores* adhibere sunt soliti; sed cùm pleraque mo-

nimenta bellici casus, hostium rapinæ, sacrilegia, hæreses, & ipsum quod devorat omnia *Tempus*, sustulissent è medio, circumspicere cœpi, unde hæc rerum Sacrarũ memoria quadantenus compensari posset; scio, latère multa in Archivis, & sanctioribus scrinijs Ecclesiarum nostrarum, quæ si vulgarentur, & publicarentur, sine dubio *Lectoris* sanctè curiosi vota possent explere; sed ad ea mihi aditus, quacunque demum ex causa, petenti nunquam patuit, ideóque necessario consilio, cùm fontes rerum adire non daretur, rivulos sum consectatus; perinde, ùt Oppugnatores arcium, & locorum, cùm expugnare quam moliuntur arcem non possunt, viciniam omnẽ depopulantur, exspoliant, & ad tributa compellunt; ità ego, cùm *Arcem antiquitatis* nostræ subire non liceret, feci, & quidquid in Codicibus manuscriptis reperire licuit, excussi, exspoliavi, ut vel umbram aliquam Veteris splendoris, & Magnificentiæ in sacris, expressam haberent Nostri homines (præsertim Nobilitas) semélque intelligerent Posteri, cùm vicinas latè regiones sæpius *Bohemi* peragrârint victorijs, etiam in pietate quæsijsse, & reportâsse victorias. Codex hic Anno 1384. scriptus, in quadam à me Bibliotheca repertus est, quem *Celsissimo Principi Archiepiscopo Pragensi Mathæo* pridem obtuleram. Est autem *Decimarum Ecclesiarum* per Bohemiam consignatio, quas *VVenceslaus Imperator, & Bohemiæ Rex* à Pontifice Romano numerari sibi, & pendi impetrârat in auxilium *itineris Romani*, quod se suscepturum *pro Corona* Pontifici promiserat, licèt postea spem fefellerit, & domesticis voluptatibus irretitus, desederit domi. ac fortassis hoc unicum *Decimarum* in antiquitate nostra habemus exemplum, cùm alioqui *Clerus Bohemiæ* ab omni memoria immunis esset.

Querela Authoris.

Decimarum conscribendarum occasio.

*Indici-*

*Primò* : intelligere poterunt sagaces, & rerum humanarum,, divinarúmque periti, quanto Sacerdotum numero, & copiâ, *Ecclesia Bohemica* floruerit id temporis: omnes enim Ecclesiæ, quæ hîc enumerantur, suum habuêre *Curatorem*, quem illi *Plebanum* vocabant.

Multitudo Sacerdotum in Vetere Bohemia.

II. Facilè erit cognoscere singularum *Ecclesiarum* præcipuos redditus factâ additione duorum terminorum, multiplicatione decies ejusdem summæ; cùm enim per duos terminos *Decimæ* sint annotatæ, ante omnia duo termini sunt conjungendi numerando; quâ summâ decies multiplicatâ, exsurget *Census annuus*, quem percipiebat ex beneficio illo Ecclesiastico *Sacerdos*, & *Curatus* v. g. *Præpositus Pragensis* dederat priore termino 12. Sexagenas grossorum, altero item termino 12. quæ conjunctæ faciunt 24. Sexagenas Pragensium grossorum: & hæc fuit *decima Accepti pars*. Si igitur decies multiplicentur 24. Sexagenæ prodibit numerus Sexagenarum (scilicet 240. Sexagenæ) quas annuè ex solis *Præpositura Censibus* colligebat idem Præpositus. non enim in hoc Indice omnium redituum, & Acceptorum *Decimæ* annotantur, sed eorum tantùm, quos ipsæ *Ecclesiæ* ex dote sua percipiebant; unde non dicitur in Titulo, *Decimæ Plebanorum*, sed *Decimæ Ecclesiarum ex omnibus Ecclesijs datæ*. Scire autem oportet *Primò* ingentem hanc fuisse summam: quippe 8. Sexagenæ, conficiebant *simplex Ecclesiasticum beneficium* Capellani, vel Altaristæ (ùt ex *Libris Erectionum* postea patebit) sic ut *Sacerdos*, qui octo Sexagenas ex fundatione perciperet annuè, bene secum agi crederet, eâque pecuniâ & victum sibi, & amictum procuraret; atque insuper (tanta erat rerum omnium abundantia, ac vilitas!) ferè dimidiam ejus pecuniæ partem, in futuros usus conservare, & comparcere possit. Sciendum item est secundò, sub *Carolo IV*.

Census annui quî cognoscendi.

Monetæ valor Caroli IV. Cæs. temporibus in Bohem.

*Stransky in Rep. Bojem. c. 17.* *Vide Partem II. hujus Libri initio.*

Monetam Bohemiæ tam probam adhuc fuiſſe, ut 70. groſſi Pragenſes *Marcam Argenti* (quæ hodiéq; *9.* Imperiales æquat) conficerent: quod diſertè oſtendit *Paulus Stransky*; igitur octo Sexagenæ (qui erat cenſus añuus, idémq; minimus Altariſtarum, & Capellanorum) 64. Imperiales continebant; adde, ùt jam antè monui, ſumam omnium rerum abundantiam, & añonæ vilitatem. Sed jam tum paulatim *Moneta* probitatē amittebat ſuam: nam, cùm ſub *VVenceslao II.* Rege *A. 1296. Sexaginta groſſi Pragenſes marcam* facerent, ſub *Ioanne Rege* ob æris additamenta, Marca ex ſexaginta quatuor groſſis, ſub *Carolo* ex ſeptuag: groſſis, ſub *VVenceslao Caroli filio*, ab A. 1407. ferè tertiâ parte groſſis pluribus conſtabat, ſempérq; in deterius vergente *Numorum* pretio, eò deniq; delapſi ſumus, ut ingenti, & deplorando (ob deteriorē & æruginoſam monetā) pauperis vulgi damno, ad complendam unam *argenti marcam floreni 13. cum dimidio* requirantur; quid de alia monetæ corruptione loquar? viderint, quorum muneris eſt, talia examinare; ad antiqua tempora redeamus. Computet igitur numerorum peritus, quantum ex *Præpoſitura Pragenſi*, quantum ex *Præpoſitura VViſſehradenſi* ad Prælatos redierit, quantum *Archiepiſcopi Pragenſes* perceperint, quorum cenſum (ſi cenſus, omnes quos percipiebant, adjiciantur) ad octoginta & plura *Aureorum millia* aſcendiſſe, alibi probavimus.

*Moneta deterior reddita ſumum eſt pauperis populi damnum. Lipſius.*

*In Vita Erneſti I. Arch. Prag.*

III. Multa alia ſcitu digna continet hic Index, ùt *numerum Miniſtrorum* in Metropolitana, & cæteris Collegiatis Eccleſijs, item numerum beneficiatorum Altarium, & officiatorum, ùt vocabant; *Præpoſituras Monaſteriorum, Præbendas*, in quibus villis fundatæ primitùs fuerint, aliáque hujuſmodi, exceptis *Mendicantium Religioſorum Eccleſijs*, quæ annotatæ hoc loco non ſunt, neque annotari debuerunt.

Quædam Cænobia, nominatim *Ciſtercienſium, & Crucigerorum* carent Numeris: nimirū, ità, ut inveneram, bonâ fide exſcripſi, addere nihil ſum auſus, ex ſuma tamen, quam Majores ſingulis addidêre, opes, & opulentiā illius *Sacri Ordinis* in Bohemia, quiſq; curioſus, & ſagax agnoſcet.

*Cur quædam Altaria dotata prætereantur.*

Ad extremum & illud notandū: *Altaria dotata*, in quibus *Altariſtæ*, ùt appellant, Sacris operabantur, quàm plurima in hoc Indice annotata non eſſe, non aliquâ negligentiâ, ſed quia nondum erant inſtituta: tanta enim poſt Añum 1384. (quo præſens Index confectus eſt) tempeſtas, ùt ita dicam, & inundatio Sacrorum creſcente apud *Bohemos* pietate, ſecuta eſt pauculis 30. añis ab Año 1384. ferè uſque ad *1415.*) ut priora tempora, totúmq; ſæculum, quod anteceſſit, multitudine fundationum longiſſimè ſuperârit; ut ex *Erectionum* compendio, quod Parte II. referemus, datur intelligi.

Manu-

# MANUSCRIPTUS CODEX BIBLIOTHECÆ ARCHIEPISCOPALIS, CUI TITULUS EST:

## *Decimæ Ecclesiasticæ Anni* 1384.

Datæ ex omnibus Ecclesijs Boëmiæ Regni per *Decem Archidiaconatus.* Divisæ fuerunt hæ Decimæ Ecclesiasticæ in duos Terminos.

*Terminus I.* Hic de verbo ad verbum est descriptus, ùt vides.

*Terminus II.* Ex primo facilè colligetur.

## *Sub Tertio Archi-Episcopo Pragensi Joanne Domino de Jenstein, qui post annos undecim, jam duodecimo sui Archi-Episcopatûs, Sedem suam VVolframo Sororio suo, cum consensu Capituli resignavit Anno 1396. initio Aprilis, Romam abiens ibique Patriarcha Alexandrinus creatus, ibidem obijt Anno 1400. Die 7. Junij.*

Alibi appelatur de Gezenstein.

### *Metropolitana S. Pragensis Ecclesia.*

Præbendæ Pragensis Eccl. Metropolit.

| | Sexag: | Grossi. |
|---|---|---|
| 1. DOminus Præpositus Pragensis | 12. | |
| 2. Dominus Decanus Pragensis de Decanatu dedit Dominus Przibislaus Decanus | | 36. |
| 3. Item Præbenda in Krcz Dominus Magister Jenko | | 36. |
| 4. Præbenda in Bieluk Dominus Nicolaus | | 17. |
| 5. Præbenda in Libesnicz Dominus Hynaczek | | 54. |
| 6. Præbenda in Horsan | | 43. |
| 7. Præbenda in Jessenicz, & Upak, Dominus Martinus | | 48. |
| 8. Præbenda in Postonicz Dominus Wogtiech | | 54. |
| 9. Præbenda in Wyssoczan, & in Nedwiezi Dominus Beness | | 38. |
| 10. Præbenda in Hornieticz Dominus Witko | 2. | |
| 11. Præbenda in Zemech Dominus Ulricus Medko | | 30. |
| 12. Præbenda in Raczedicz, & in Witrussicz dedit Dominus Hermanus | 1. | |
| 13. In Kbel Mratin & Sobien dedit | | 45. |
| 14. Præbenda in Przilep & in Brzkol Dominus Nicolaus | | 42. |
| 15. Præbenda in Trzeboraticz | | 21. |
| 16. Præbenda in Zlonicz Dominus Wenceslaus Præpositus Misnensis | | 26. |
| 17. Scholasteria Pragensis | 1. | |
| 18. Præbenda in Chrast | | 30. |
| 19. Præbenda in Solenicz & in Trapczicz | | 48. |

| | Sex. | Groſ. |
|---|---|---|
| 20. Præbenda in Ugezdecz - - - | | 36. |
| 21. Præbenda in Kogeticz & in Wrbicz Dominus Przibislaus | 1. | 15. |
| 22. Præbenda in Cztinavves - - - | | 36. |
| 23. Cuſtodia Pragenſis, & Præbenda in Studecz & in Strzedokluk dedit Dominus Cunſſo - - | 2. | |
| 24. Item Præbenda in Holovvicz dedit Magiſter Mathias - | 3. | |
| 25. Item Archidiaconatus Pragenſis - - | 2. | |
| 26. Item Præbenda in Mczel - - - | | 42. |
| 27. Præbenda in Jeſſenicz - - - | | 24. |
| 28. Præbenda in Nevvizd - - - | | 45. |
| 29. Præbenda in Horka, & in Slatina dedit Dominus Beneſſ | 18. | 6. |
| 30. Præbenda in Kobylis dedit Dominus Decanus - - | 1. | |
| 31. Præbenda in Poczeticz, & Pabienicz - - | 20. | 38. |
| 32 Præbenda in Slonin Svvamberg - - - | | 30. |
| 33. Præbenda in Kbel ſecundùm licentiam - - | | 42. |
| 34. Præbenda in Wrbecz prope Mſen - - | | 17. |
| 25. Præbenda in Poſtrzezyn - - - - | | 11. |

## *Miniſtri Eccleſiæ Pragenſis.*

Altaria dodata Eccleſiæ Prag. Metrop.

| | Sex: Groſſ: |
|---|---|
| 1. Altaris S. Mathiæ Vicarius Scholaſtici Pragenſis, Dominus Laminaus - - - - | 24. |
| 2. Altaris SS. Burchardi & Apollinaris dedit Dominus Paulus - | 18. |
| 3. Altaris S. Procopij - - - | 21. |
| 4. Altaris SS. Agnetis & Alexij Dominus Joannes dedit - - | 19. |
| 5. Altaris S. Annæ dedit Dominus Martinus - - - | 15. |
| 6. Altaris S. Dionyſij Dominus Plach. - - - | 18. |
| 7. Vicaria Præpoſiti Pragenſis - - - - | 21. |
| 8. Altaris S. Eliſabeth dedit Dominus Joannes - - | 45. |
| 9. Altaris S. Agathæ dedit Dominus Joannes - - | 45. |
| 10. Altaris S. Gothardi - - - | 22. |
| 11. Altaris SS. Joannis & Pauli, dedit Dominus Nicolaus - - | 8. |
| 11. Angelorum in nova Sacriſtia dedit Dominus Beneſſ | 9. |
| 13. Altaris S. Catharinæ dedit Dominus Mauritius - - | 6. |
| 14. Altaris S. Andreæ dedit Dominus Albertus Greifina - | 24. |
| 15. Altaris S. Clementis dedit Dominus Lupus - - | 9. |
| 16. Altaris S. Chryſogoni dedit Dominus Nicolaus - - | 9. |
| 17. Altaris S. Urbani dedit Dominus Wenceslaus - - | 18. |
| 18. Altaris S. Joannis Baptiſtæ - - - - | 6. |
| 19. Altaris SS. Jacobi & Chriſtophori Dominus Paulus Choczna - | 26. |
| 20. Altaris S. Margarethæ dedit Dominus Jacobus Loh - - | 24. |
| 21. Altaris S. Dorotheæ dedit Dominus Iacobus Cunſſo | 0. |
| 22. Altaris Quatuor Eccleſiæ Doctorum, & Eraſmi dedit Dominus Emiſſenus. - - - - | 30. |
| 33. Altaris S. Brictij dedit Dominus Paulus | 15. |
| 24. Altaris SS. Nicolai & Ludmillæ dedit Dominus Ioannes | 15. |
| 25. Altaris S. Crucis dedit Magiſter Druzo - - - | 10. |
| 26. Altaris SS. Felicis, & Adaucti dedit Dominus Wenceslaus | 6. |
| 27. Altaris S. Michaëlis dedit Dominus Paſtul - - | 18. |

28. Al-

| | Sex. | Groff. |
|---|---|---|
| 28. Altaris Omnium Sanctorum dedit Dominus Adalbertus | | 24. |
| 29. Ibidem Altaris Omnium Sanctorum dedit Dominus Svvatoslaus | | 15. |
| 30. Altaris S. Barbaræ dedit Dominus Kochanko - - | | 11. |
| 31. Altaris SS. Cosmæ, & Damiani - - - | | 11. |
| 32. Medius Præbendatus Magister Matthias dedit - - | | 15. |
| 33. Altaris S. Lucæ Dominus Rex pepercit Domino Jacobo. | | 12. |
| 34. Altaris Corporis Christi gloriosissimi dedit Dominus Bohuslaus | | 6. |
| 35. Altaris S. Laurentij dedit Dominus Wenceslaus - - | | 45. |
| 36. Altaris S. Trinitatis in Capella dedit Dominus Hana | | 36. |
| 37. Altaris S. Sapientiæ Virg. dedit Dominus Jeklinus - - | | 30. |
| 38. Vicarius Decani dedit Dominus Nicolaus - - | | 12. |
| 39. Altaris S. MARIÆ Nivis dedit Dominus Joannes - - | | 15. |
| 40. Altaris S. Ioannis Evangelistæ Dominus Petrus - - | | 13. |
| 41. Altaris S. Wenceslai infirmorum dedit Magister Gallus - | I. | |
| 42. Altaris S. Thomæ dedit Dominus Radislaus - - | | 3. |
| 43. Altaris SS. Petri & Pauli - - - - | | 12. |
| 44. Rector Scholæ Pragensis dedit Dominus Nicolaus - - | | 15. |
| 45. Altaris S. Sylvestri dedit Dominus Friczko - - | | 12. |
| 46. Altaris in Strazkovv medius Præbendatus - - | | 24. |
| 47. Tumbarius S. Adalberti dedit Dominus Ioannes - - | | 42. |
| 48. Vicarius Domini Archi-Episcopi Pragensis dedit D. Daliborius | | 33. |
| 49. Altaris S. Marthæ dedit Dominus Ulricus de Sulczpach | | 41. |
| 50. Altaris SS. Decem Millia militum dedit Dominus Mathias | | 12. |
| 51. Altaris S. Dorotheæ Ducis Saxoniæ dedit Dominus Wenceslaus | | 24. |
| 52. Altaris S. Antonij dedit Dominus Hroch - - - | | 12. |
| 53. Altaris SS. Erhardi, & Otiliæ in Capella D. Archi-Episcopi Dominus Durass - - - - | | 30. |
| 54. Altaris S. Mariæ Magdalenæ dedit D. Wenceslaus | | 24. |
| 55. Altaris S. Trinitatis in Choro antiquo Dominus Petrus dedit | | 18. |
| 56. Altaris SS. Philippi, & Iacobi Dominus Wenceslaus. | | 45. |
| 57. Altaris S. Materni, quia spoliatus | | 57. |
| 58. Altaris S. Stanislai dedit Dominus Uspanus - - | | 21 |
| 59. Altaris S. Blasij dedit Dominus Mathias - - - | | 34. |
| 60. Altaris Missa B. Virginis MARIÆ, dedit Dominus Thomas - | | 18. |
| 61: Minister Missæ prædictæ B. V. MARIÆ, dedit Dominus Svvatoslaus - - - - | | 18. |
| 62. Altaris SS. Cyrilli, & Methudij ultima onera habet 9. Sex. grossorum deponit in his 6. Sex. grossorum - - - - | | 9. |
| 63. Capella S. Mauritij in latere Ecclesiæ Pragensis - - | | 18. |
| 64. Altaris S. Mariæ in Choro novo dedit Dominus Herbordus - - | | 40. |
| 65. Altaris S. Mariæ Magdalenæ sub pavimento chori novi dedit - | | 3. |

## *Ecclesia VVissehradensis.*

Præbendæ Exemptæ Ecclesiæ Wissehradensis.

| | Sex. Groff. | |
|---|---|---|
| 1. Dominus Præpositus - - - | 15. | |
| 2. Dominus Decanus de Decanatu - - - - | 3. | 12. |
| 3. Item idem de Præbenda - - - - | 0, | |
| 4. Item Scholasteria - - - - | 0. | |

| | | Sex. | Groſſ. |
|---|---|---|---|
| 5. | Item de Custodia in Kbel | 2. | |
| 6. | Item Præbenda in Modrzanovv | 2. | |
| 7. | Item Præbenda in VVrſſovvicz, & VVoticz | 1. | 12. |
| 8. | Item Præbenda in Trzetecz | | 36. |
| 9. | Præbenda in Libeſnicz | 2. | |
| 10. | Præbenda in Kuſtoplach | | 0. |
| 11. | Præbenda in Sitka | 2. | 6. |
| 12. | Præbenda in Snieth | 1. | 25. |
| 13, | Præbenda in Lypan | 1. | 24. |
| 14. | Præbenda prope Sacz | 3. | 4. |
| 15. | Præbenda in Przieska | | 42. |
| 16. | Præbenda in Blaziegovvicz & Branicz | | 34. |
| 17. | Præbenda in Loket | 1. | 40. |
| 18. | Præbenda in Alta Muta | | 0. |
| 19. | Præbenda in Hroznieticz & Horzicz | 1. | 12. |
| 20. | Præbenda in Dymicz | 1. | 6. |
| 21. | Præbenda in Hermaus | | 0. |
| 22. | Præbenda in Sytmir | 1. | 12. |
| 23. | Præbenda Ieſlovv & Kralovvicz | 1. | 12. |
| 24. | Præbenda in Blaziegovvicz, & Branicz | | 30. |
| 25. | Præbenda in Czeſſovvicz | | 32. |
| 26. | Præbenda in Tomicz | | 15. |
| 27. | Præbenda in Chryſtoklad | | 0. |
| 28. | Præbenda in Libeznicz | 2. | |
| 29. | Præbenda Urſſavij | | 30. |

Altaria dotata Collegialis Eccl. in Wiſſehr.

## *Miniſtri Eccleſiæ VVissehradenſis.*

| | | Sex. | Groſſ. |
|---|---|---|---|
| 1. | Item Altaris S. Ioannis Baptiſtæ | | 18. |
| 2. | Item Obedientia in Kamen Moſt | | 30. |
| 3. | Vicarius Præpoſituræ Wiſſehradenſis | 1. | |
| 4. | Altaris quatuor Eccleſiæ Doctorum | | 24. |
| 5, | Altaris SS. Philippi, & Iacobi dedit Dominus Ioannes | | 12. |
| 6. | Altaris S. Catharinæ | | 8. |
| 7. | Altaris S. Procopij | | 6. |
| 8. | Cantoria Wiſſehradenſis | | 15. |
| 9. | Altaris S. Ioannis Evangeliſtæ | | 1. |
| 10. | Altaris S. Nicolai ſeparati à Cantoria | | 12. |
| 11. | Rector Capellæ S. Crucis | 1. | |
| 12. | Sacriſta | 1. | |
| 13. | Capella S. Laurentij in Curia Decani Wiſſehradenſis | 1. | |
| 14. | Altaris S. Mariæ Magdalenæ | | 0 |
| 15. | Altaris S. Bartholomæi | | 0 |

Eccleſiæ Collegialis Omnium SS. Canonici Magiſtri.

## *Eccleſia Omnium Sanctorum in Caſtro Pragenſi.*

| | | Sex. | Groſſ. |
|---|---|---|---|
| 1. | Dominus Præpoſitus de Præpoſitura | 4. | |
| 2. | Dominus Decanus de Decanatu de Willa in Kanicz & Iezetoch dedit | 1. | |

3. Item

| | Sex. | Groß. |
|---|---|---|
| 3. Item ex Præbenda | | 0. |
| 4. Item Magister Ienko dedit | | 18. |
| 5. Magister Mensso | | 18. |
| 6. Magister Nicolaus dedit | | 18. |
| 7. Magister Mathæus dedit | | 9. |
| 8. Magister Ioannes dedit | | 9. |
| 9. Magister Emissenus dedit | | 18. |
| 10. Magister Fridmannus dedit | | 18. |
| 11. Magister Tilmannus dedit | | 18. |
| 12. Magister Wigvvoldus | | 0 |

## *Ecclesia Boleslaviensis.*

Collegialis Ecclesiæ Veteroboleslaviensis Præbendæ.

| | Sex. | Groß. |
|---|---|---|
| 1. Præpositura Boleslaviensis | 2. | |
| 2. Decanatus dedit D. Wenceslaus Decanus | 1. | |
| 3. Scholasteria dedit Dominus Nicolaus | | 21. |
| 4. Custodia D. Ulricus Custos dedit | | 12. |
| 5. Item Præbenda in Ovvczar | 1. | |
| 6. Præbenda in Popovvicz dedit Dominus Nicolaus | | 34. |
| 7. Præbenda in Popovvicz, & de alijs Villis dedit Dominus Wenceslaus | | 21. |
| 8. De Corpore in Hovvorczanicz dedit Dominus Ioannes | | 21. |
| 9. Præbenda in Nedomicz | 1. | |
| 10. Præbenda in Sussna & Oharz Dominus Hartungus dedit | | 14. |
| 11. Præbenda in Konczicz dedit Dominus Iano | | 30. |
| 12. Præbenda in Hlavvna Rynczonis, & in secunda Hlavvna, in Oharz, iu Konczicz, & in Dussna | | 18. |
| 13. Præbenda in Popovvicz Magister Gallus dedit | | 21. |
| 14. Medius Præbendatus in Villa Konczicz, Hlavvna, & Dussna dedit Dominus Martinus | | 18. |
| 15. Præbenda in Konczicz, & Oharz | | 20. |
| 16. Præbenda in Hlavvna, & Oharz dedit Dominus Svviesto | | 28. |
| 17. Media Præbenda in Hlavvna dedit Dominus Wenceslaus | | 9. |
| 18. Præbenda in Bylichavv dedit Dominus Clemens | | 30 |
| 19. Præbenda in Hovvorzovvicz dedit Dominus Joannes de Lubna | | 21. |
| 20. Præbenda in Dussna Dominus Mauritius dedit | | 15. |
| 21. Præbenda in Sussna dedit Dominus Wenceslaus | | 15. |
| 22. Præbenda in Dussna Magister Bauczo | | 18. |
| 23. Præbenda in Sussna D. Svviesto, nunc D. Andreas dedit | | 18. |

## *Ministri Ecclesiæ Boleslaviensis.*

Altaria dotata Eccl. Veteroboleslaviensis

| | Sex. | Groß. |
|---|---|---|
| 1. Item Altaris S. Catharinæ dedit D. Andreas | | 6. |
| 2. Item Altaris S. Wenceslai apud imagines, dedit D. Nicolaus | | 9. |
| 3. Item Altaris S. Michaëlis sub Organis D. Laurentius Czapek | | 7. |
| 4. Tumbarius dedit Dominus Wenceslaus | | 6. |
| 5. Altaris S. Nicolai dedit Dominus Paulus | | 3. |
| 6. Minister Missæ S. Wenceslai in vertice dedit D. Bohuslaus | | 30. |
| 7. Item Altaris S. Georgij dedit Dominus Bohunko | | 18. |
| 8. Plebanus Boleslaviensis dedit D. Beness Plebanus | | 6. |

## *Ecclesia S. Ægidij in Praga.*

Præbendæ Ecclesiæ Collegialis S. Ægidij.

| | Sex. | Groff. |
|---|---|---|
| 1. Præpositura S. Ægidij dedit D. Witko Præpositus - - | 1. | 18. |
| 2. Decanatus S. Ægidij dedit Dominus Procopius - - | | 36. |
| 3. Præbenda in Cogetin - - - - | | 9. |
| 4. Præbenda in Radnovv - - - - | | 9. |
| 5. Præbenda in Michalovvicz dedit Dominus Wenceslaus - - | | 18. |
| 6. Præbenda in Olessna dedit Magister Petrus - - - | | 9. |
| 7. De Pensione Ecclesiæ in Przibram - - - | | 18. |
| 8. Præbenda in Bezdiekovv - - - - - | | 12. |
| 9. Præbenda in Lhota - - - - - | | 9. |
| 10. Præbenda in Hradecz dedit Dominus Thomas - - - | | 35. |

## *Ecclesia Tynensis*

Collegialis Eccl: Tinhorsoviæ.

| | Sex. | Groff. |
|---|---|---|
| 1. Præpositura Tynensis - - - - | 1. | 45. |
| 2. Decanatus Tynensis - - - - | | 56. |
| 3. Magister Fridmannus dedit - - - - | | 45. |
| 4. Dominus Martinus Plebanus in Kunovv dedit - - | | 6. |

## *Ecclesia S. Apollinaris in Praga.*

Præbendæ Collegialis Eccl. S. Apollinaris.

| | Sex. | Groff. |
|---|---|---|
| 1. Præpositura S. Apollinaris - - - - | 2. | |
| 2. Decanatus S. Apollinaris dedit D. Halsco Decanus - - | | 56. |
| 3. Capella S. Ægidij dedit D. Habardus - - - | | 57. |
| 4. Item Præbenda in Saczka dedit D. Drůzo - - - | | 18. |
| 5. Præbenda in Horzano dedit Dominus Boczovv - - | | 14. |
| 6. Præbenda in Rudnick - - - - - | | 12. |
| 7. Præbenda in Trzebovvel, aliàs Tribulatio D. Cunco dedit - - | | 21. |
| 8. Præbenda in Horzano dedit Dominus Wenceslaus - - | | 32. |
| 9. Præbenda in Datecz dedit D. Hinco - - - | | 15. |
| 10. Præbenda in Horzano dedit D. Petrus - - - | | 12. |
| 11. Præbenda in Kssel, & Bidzovva dedit Dominus Ulricus. - | 1. | |

## *Ecclesia Melnicensis*

Præbendæ Collegialis Eccl. Mielnicensis.

| | Sex. | Groff. |
|---|---|---|
| 1. Præpositura Melnicensis - - - - | 1. | 45. |
| 2. Item Præbenda in Hostoniez dedit Dominus Jacobus Boh. - - | | 24. |
| 3. Præbenda in Gramolcz dedit Magister Ulricus - - | | 24. |
| 4. Præbenda in Russonicz, & Wlynavvess Dominus Petrus Beness Præpositus Pragensis - - - - | | 20. |
| 5. Præbenda in Russonicz & Wlynavvess Dominus Lyduinus dedit - | | 20. |
| 6. Præbenda in Russovvicz Herbordus dedit - - - | | 21. |
| 7. Prebenda in * Magister Joannes Syrotin dedit - - - | | 24 |
| 8. Præbenda in - - Victor - - - - | | 0 |
| 9. Præbenda in - - Ignatius de Leporibus - - - - | | 0 |
| 10. Item Plebanus in Melnik - - - | 1. | |



Eccle-

## *Ecclesia Litomierzicensis Collegiata*

*Præbendæ Collegialis Ecclesiæ Litomericensis.*

| | Sex. Groff. |
|---|---|
| 1. Præpositura S. Stephani D. Joannes Hakenburn Præpositus | 6. |
| 2. Decanatus ejusdem Ecclesiæ dedit Dominus Proczko Decanus | 39. |
| 3. Item media Præbenda Doctoris Lissek - - | 9. |
| 4. Item Præbenda in Chistnovv Dominus Paulus in Rakovvnik dedit | 21. |
| 5. Item medius Præbendatus Dominus Thomas dedit | 2. |
| 6. Item Præbenda in * Dominus Wenceslaus | 0. |
| 7. Item in Kyssnovv - - - - | 12. |
| 8. Item in Bohussovvicz, Krzeczicz, & Cornovvess | 21. |
| 9. Item in Krzessicz Wilhelmus - - - | 21. |
| 10. Item in Krzessich Dominus Hemricott dedit | 21. |
| 11. Item in Lista - - - - | 21. |
| 12. Item in Chyssnovv - - - | 12 |

## *Ecclesia S. Georgij in Castro Pragensi.*

*Præbenda Collegialis Ecclesiæ S. Georgij.*

| | Sex. Groff. |
|---|---|
| 1. Præbenda in * Dominus Nicolaus Niemczek dedit Dominus Petrus - - - | 15. |
| 2. Præbenda in * Kunsso dedit - - | 12. |
| 3. Præbenda in Zdatyvvnicz dedit D. Buza de Skurovv | 8. |
| 4. Præbenda in Opatovvicz - - - | 0. |
| 5. Præbenda in Holuss - - - | 0. |
| 6. Præbenda in Dablovvicz Magister Nicolaus dedit - - | 8. |
| 7. Præbenda in Nuczicz Dominus Beness. - - | 18. |
| 8. Præbenda Diaconatûs - - - - | 4. *Fortè Decanatus.* |
| 9. Præbenda de Camera Abbatissæ Dominus Joannes Archi-Diaconus Gradicensis - - - - | 15. |
| 10. Præbenda in Przielep. - - - | 12. |

## *Monasteria Canonicorum Regularium.*

*Ordo Canonicorum Regulariũ S. August.*

| | Sex. Groff. |
|---|---|
| 1. Præpositura Rudnicensis dedit Frater Ottmarus Archi-Diaconi Raudnicensis nomine - - | 6. |
| 2. Abbas S. Caroli, dedit Dominus Jacobus Præpositus - | 3. |
| 3. Monasterium in Jermir, dedit Dominus Iacobus Præpositus - | 1. |
| 4. Monasterium in Glacz dedit - - | 3. |
| 5. Monasterium in Saczka dedit Dominus Præpositus - | 1. |
| 6. Monasterium in Rokiczano dedit Dominus Præpositus. - - | 2. |
| 7. Monasterium in Wytignav aliàs Trebonense dedit. | 2. |

## *Monasteria Sancti Benedicti.*

*Ordo S. Benedicti.*

| | Sex. Groff. |
|---|---|
| 1. Monasterium Brzevvnoviense - - - | 12. |
| 2. Monasterium Cladrubense - - - | 15. |
| 3. Ibidem Præpositura in Tusskovv - - | 0. |
| 4. Ibidem Præpositura in Prziesczicz - - | 0. |
| 5. Monasterium Portæ Apostolorum dedit Frater Dobess nomine Domini Abbatis - - - - | 8. |
| 6. Monasterium Ostrovviense, aliàs in Insula dedit Dominus Abbas | 7. |

7. Mo-

| | | Sex. | Groff. |
|---|---|---|---|
| 7. | Monasterium S. Procopij dedit Dominus Abbas - | 3. | |
| 8. | Ibidem Præpositura | | |
| 9. | Monasterium Wilemovvicense, dedit Frater Nicolaus in die SS. Simonis & Judæ - - - | o. | |
| | | 6. | |
| 10. | Monasterium Oppatovvicense dedit Dominus Abbas per Dominum Hrochonem Plebanum - - - | 15. | |
| 11. | Monasterium S.Georgij Monialium in Castro Pragensi, dedit Abbatissa | 16. | |
| 12. | Abbatissa ad Misericordiam Domini in Praga dedit Dominus Ioannes Præpositus - - - | 1. | 15. |
| 13. | Abbatissa Teplicensis dedit Dominus Ioannes nomine Abbatissæ | 5. | |
| 14. | Abbas S. Ambrosij in Podskalo dedit - - | 45. | |

Ordo Præmonstratensis.

## *Monasteria Ordinis Præmonstratensium.*

| | | Sex. Groff. | | | Sex. | Groff. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1. | Strahovviense | 6. | 5. | Chotiessovviense | 20. | |
| 2. | Teplense | 20. | 6. | Doxanense | 5. | 15. |
| 3. | Syloense | 5. | 7. | Limovicense | 4. | |
| 4. | Mylocense | 14. | | ( o ) | | |

Ordo Cisterciensis.

## *Monasteria Cistercienſium.*

| | Sex. Groff. | | Sex. Groff. |
|---|---|---|---|
| Sedlicense | | Gradicense | |
| Aulo-Regiense | | Skalicense | |
| Pomucense | | Zdiar | |
| Plassense | | Lovvosycz Curia | |
| Ossek | | Przivvlak Civitas | |
| Sanctæ Coronæ | | Bystrzicz Civitas | |
| Alti-Vadi | | Abbatissa in Valle Beatæ Virginis | |
| Sacer Campus | | | |

Summa 110. Sexag. 4. Groff.

## *Monasteria Cruciferorum.*

| | Sex. Groff. | | Sex. Groff. |
|---|---|---|---|
| Domus Teuthonica | | Plebanus | 1. 15. |
| Rypin vel Rzepin | | Monasterium Sezemicz Monialium | |
| Dobronicz Civitas | | Monasterium ad S. Laurentium Monialium Pragæ | |
| Chomutovv | | Monasterium ad S. Annam in Ugezd | |
| Byskovvicz | | Monasterium ad S. Mariam Magdalenam | |
| Monasterium Zderaziense in Praga | | Monasterium Carthusiense | |
| Monasterium Cruciferorum Hospitale in Ponte | | | |
| Monasterium Svvietecz Monialium dedit Dominus Laurentius | | | |

Summa 14. 30. Groff.



I. Ar-

# I. Archidiaconatus Pragenſis.

## I. Decanatus Civitatis Pragenſis.

Eccleſiæ & Altaria dotata Urbis Pragenſis.

| | Sex. | Groſſ. |
|---|---|---|
| Eccleſia S. Caſtuli dedit D. Joannes Plebanus | | 30. |
| Ibidem Altaris S. Catharinæ | | 0 |
| Ibidem Altaris Omnium Sanctorum Dominus Joannes | | 6. |
| Teſtamentum Rotlebi, ſive Altaris S. MARIÆ ibidem | | 0 |
| Eccleſia S. Laurentij in Ugezd | | 0 |
| Ibidem Altaris Patronorum dedit D. Michaël | | 12. |
| Ibidem Sanctorum Simonis & Judæ | | 12. |
| Ibidem Sanctorum Catharinæ, & Dorotheæ D. Wenceslaus | | 9. |
| Ibidem S. MARIÆ | | 0 |
| Ibidem S. Annæ dedit Dominus Joannes de Chotnicz | | 9. |
| Ibidem S. Annæ ſecundum Altare dedit D. Joannes | | 6. |
| Eccleſia Sanctorum Philippi, & Jacobi, dedit D. Ulricus | | 15. |
| Eccleſia S. Andreæ penes Curiam Monaſterij Aulæ Regiæ | | 0 |
| Eccleſia S. Stephani in muro D. Martinus dedit | | 24. |
| Eccleſia S. Crucis minoris | | 6. |
| Eccleſia S. Adalberti ſub Zderaz | | 18. |
| Eccleſia S. Leonhardi Civitatis Majoris dedit Dominus Nicolaus per Sacriſtanum | | 45. |
| Ibidem Altaris Sanctorum Wenceslai & Procopij | | 0 |
| Ibidem Altaris S. Wenceslai dedit D. Otiko | | 6. |
| Ibidem Altaris Sanctorum Felicis & Adaucti vel prima Miſſa | | 0 |
| Ibidem Altaris B. Virginis dedit D. Jacobus | | 0 |
| Eccleſia S. Nicolai minoris Civitatis, D. Beneſſ Plebanus | 2. | |
| Ibidem Altaris Sanctorum Petri & Pauli, vel prima Miſſa, dedit D. Joannes | | 10. |
| Eccleſia S. Michaëlis majoris Civitatis dedit D. Thomas | 1. | |
| Ibidem Altaris Sanctorum Apoſtolorum D. Thomas | | 9. |
| Ibidem Altaris B. Virginis dedit D. Hermañus | | 10. |
| Ibidem Altaris Corporis Chriſti | | 0 |
| Ibidem Altaris S. Dorotheæ | | 0 |
| Ibidem Altaris S. Catharinæ dedit D. Nicolaus | | 5. |
| Eccleſia S. Petri in Inſula dedit Dominus Kuneſſ | | 36. |
| Eccleſia S. Petri in Porzicz D. Buchonko dedit | | 15. |
| Eccleſia S. Joannis in Ugezd Præpoſituræ Pragenſis | | 0 |
| Eccleſia S. Martini in vico calcariorum Majoris Civitatis | | 6. |
| Eccleſia S. MARIÆ ante lætam Curiam Dominus Tazo dedit | 3. | |
| Ibidem Altaris SS. Petri, & Pauli | | 0 |
| Ibidem Altaris SS. Bartholomæi, Lazari, & Marthæ D. Petrus | | 5. |
| Ibidem Altaris Corporis Chriſti, & S. Wenceslai | | 0 |
| Ibidem Altaris B. Virginis dedit Dominus Wenceslaus | | 4. |
| Ibidem Altaris S. Nicolai D. Joannes | | 5. |
| Ibidem Altaris S. Joannis Baptiſtæ | | 12. |
| Ibidem Altare ſecundum SS. Bartholomæi, Lazari & Marthæ | | 5. |
| Eccleſia S. Benedicti in Hradezano | | 9. |
| Eccleſia S. Clementis in Porzicz D. Gregorius | | 15. |

| | Sex. Groff |
|---|---|
| Ecclesia S. Martini in muro Civitatis majoris D. Joannes - - | 36. |
| Ecclesia S. Ægidij majoris Civitatis Dominus Ducho Plebanus - | 54. |
| Ibidem Altaris S. Agnetis dedit D. Petrus - - - | 6. |
| Ecclesia in Psary sub Wissegrado - - - - | 2. |
| Ecclesia S. Michaëlis sub Castro Pragensi - - - | 15. |
| Ecclesia in Ottencz - - - - - | 15. |
| Capella Omnium Sanctorum Meinhardi, Majoris Civitatis - - | o |
| Ecclesia S. Joannis in Obora - - - - | 12. |
| Ecclesia S. Jacobi prope Carthusiam - - - | 9. |
| Ibidem Altaris S. MARIÆ - - - | 6. |
| Ecclesia in Podol - - - - | 2. |
| Capella S. Michaëlis sub Wissehrado - - 2. | |
| Ecclesia S. Nicolai in Podskalo - - - | 3. |
| Ecclesia S. Adalberti in Podskalo - - - | o |
| Ecclesia S. Joannis in Podskalo - - - - | 3. |
| Ecclesia in Buben - - - - | o |
| Ecclesia S. Crucis de Pœnitentia Beatorum Martyrum - - | 45. |
| Capella S. Wenceslai minoris Civitatis - - - | 6. |
| Hospitale B. Virginis sub Wissehrado - - - | o |
| Ibidem Capella - - - - | 21. |
| Ecclesia S. Wenceslai sub Zderazio D. Laurentius Plebanus - | 12. |
| Ecclesia S. Michaëlis in Hortis Peponum - - - | 12. |
| Ibidem Altaris S. MARIÆ - - - - | o |
| Ecclesia S. MARIÆ in Lacu Majoris Civitatis D. Joyczko - - | 28. |
| Ecclesia S. Valentini - - - - | o |
| Ecclesia S. Joannis in Vado Major: Civitatis - - | 12. |
| Ecclesia S. Joannis in Ugezd penes Hortum Præpositura Melnicensis | 24. |
| Ecclesia S. Benedicti de Domo Teutonica Major: Civitatis - - | o |
| Ecclesia S. Pancratij in Krussina - - - | 21. |
| Ecclesia S. Nicolai in foro pullorum Majoris Civitatis D. Joannes Kenker 3. | |
| Ibidem Altaris S. MARIÆ - - - | o |
| Ibidem Altaris S. MARIÆ - - - | o |
| Ibidem Altaris S. MARIÆ - - - | o |
| Ibidem Altaris SS. Martyrum - - - | 15. |
| Ibidem Altare, sive Capellania Juvenis Leonis - - | 12. |
| Ibidem Sanctorum Patronorum - - - | 6. |
| Ibidem Altaris S. Procopij - - - | 9. |
| Ibidem Altare secundum S. Procopij Dominus Hasto - - | 9. |
| Ibidem Altare S. Crucis - - - - | o |
| Ibidem Altare S Laurentij Dominus Cunsso - - | 18. |
| Ibidem Altare S. Wenceslai - - - | 18. |
| Altare S. MARIÆ - - - - | 18. |
| Altare S. MARIÆ alterum - - - | 22. |
| Ecclesia S. Stephani in Rybniczku - - - | o |
| Ecclesia S. Henrici - - - - | o |
| Altaris S. Procopij - - - - | 30. |

Numerus Parochorũ & Altaristarum Pragæ non cõputatis Prælatis & Ministris Collegiatarum Ecclesiarũ.

In Decanatu Civitatis Pragensis Plebani & Altaristæ Num: 100.

*II. Deca-*

## *II. Decanatus Beneſſovvienſis.*

| | Sex. Groſſ. | | Sex. Groſſ. |
|---|---|---|---|
| Vgezd | 15. | Chraſt | 9. |
| Tynecz | 24. | Wolbramovvicz | 15. |
| Beneſſovv | 1. 24. | Bielicz | 18. |
| Porzicze | 45. | Chvvoginecz | 12. |
| Nevveklovv | 28. | Zivvchoſt | 15. |
| Netvvorzicz | 38. | Martinicz | 15. |
| Janovvicz | 24. | Toczicz | 9. |
| Marſſovvicz | 18. | Ugezdecz | 9. |
| Lebecz | 21. | Wladislavicz | 9. |
| Byſtricz | 24. | Koſtelecz | 0 |

In Decanatu Beneſſovienſi Plebani 20.

Numerus Parochorũ in Decanatu Beneſſovienſi.

## *III. Decanatus Ryczanenſis.*

| | Sex. Groſſ. | | Sex. Groſſ. |
|---|---|---|---|
| Brzeza | 15. | Cunicz | 8. |
| Adamovvicz | 9. | Kralovvicz | 15. |
| Modrzan | 12 | Riczanium | 30. |
| Oticz | 20 | Hoſtivvarz | 18. |
| Uchrzinavves, hodie Zurziniovves | 9. | Terczani | 12. |
| Zlatnik | 30. | Jazlovvicz | 6. |
| Convvaticz | 6. | Wrſſovvicz | 7. |
| Dubecz | 15. | Kolovvrat | 9. |
| Pruhonicz | 18. | Zabiehlicz | 15. |
| Theovv | 18. | Seſtlicz | 24. |
| Hrnczirz | 12. | Popovviczko | 9. |
| Lypani | 6. | Wrany | 9. |
| Lybis | 12. | Koſtelecz | 15. |
| Clavv | 45. | Kamenecz | 12. |
| Popovvicz | 18. | Sluſczicz | 30. |
| Oleska | 25. | Petrovvicz | 12. |

In Decanatu Rziczanenſi Plebani 32.

Numerus Parochorũ in Decanatu Rziczan.

## *IV. Decanatus Orzechovvienſis.*

| | Sex. Groſſ. | | Sex. Groſſ. |
|---|---|---|---|
| Slaps | 24. | Czrnovvicz | 9. |
| Kuchel | 9. | Zlechovv | 6. |
| Hoſtivvicz. | 18. | Miſropeſſ | 12. |
| Tuchomierzicz | 15. | Strzedokluk | 8. |
| Trzebochovv | 9. | Dobrzechovvicz | 60. |
| Taklovvicz | 21. | Radotin | 30. |
| Sanctus Gallus penes Aulam Regiam | 24. | Orzech | 12. |
| Horzelicz | 24. | Unchoſt | 45. |
| Hoſtun | 30. | Rzeporyg | 10. |
| Arneſſicz | 9. | Krchna | 15. |
| Stodolek | 24. | Lodienice | 6. |
| Kopanina | 5. | Uchonicz | 18. |

| | Sex. Groſſ. | | Sex. Groſſ. |
|---|---|---|---|
| Svvarovv | 9. | Spelunca Præpoſituræ Oſtrovienſis | 0 |
| Libocz | 12. | Slyvenecz | 15. |
| Zielczna | 7. | Leſnicz | 4. |
| Bachovvicz | 7. | Gilovviſcz | 2 |
| Eccleſia S. Kiliani in Inſula | 0 | Trnovva | 2. |

Numerus Parochiarũ in Decan.

In Decanatu Orzechovvienſi Plebani 34.

## *V. Decanatus Podbrodenſis.*

| | Sex. Groſſ. | | Sex. Groſſ. |
|---|---|---|---|
| Neumyetl | 30. | Poczapl | 12. |
| Verona, aliàs Beraun | 2. | Prazkoles | 35. |
| Lochovvicz | 12. | Iynecz | 12. |
| Peczina Cruciferi albi | 0 | Horzevvicz | 24. |
| Sacer Campus | 18. | Mrtnik | 18. |
| Mendicus aliàs Ziebrak | 24. | Lychen | 18. |
| Bezdiedicz | 33. | Wſſeradîcz | 12. |
| Czrhonicz | 24. | Borek | 8. |
| Uzdicz ſive alba Eccleſia | 36. | Tetin | 36. |
| Rzebrzik | 2. | Zbiroh | 24. |
| Knin | 32. | Tman | 18. |
| Skzipel | 17. | Weliz Præpoſitura | 28. |
| Rzevvnicz | 15. | Monahus, aliàs Mniſſek | 6. |

Numerus Parochorũ in Podbrdenſi.

In Decanatu Podbrdenſi Plebani. 26.

## *VI. Decanatus Rakovvnicenſis.*

| | Sex. Groſſ. | | Sex. Groſſ. |
|---|---|---|---|
| Sobiechleb | 6. | Zelnicz | 30. |
| Rakovvnik | 12. | Mieſtecz pauper | 3. |
| Senomat | 30. | Herndorf | 10. |
| Potvvorovv | 35. | Oleſſna | 12. |
| Neſſuchin | 25. | Rzechel | 15. |
| Kralovvicz | 24. | Jechicz, alias Jeſſenicz | 30. |
| Milezovv | 18. | Nezabudicz | 12. |
| Lybina | 37. | Czrnecz | 9. |
| Oraczovv | 24. | Slabecz | 32. |
| Luczna | 9. | Korlan | 26. |
| Bielenicz Eccleſia Jecznicz, vel Jeſſenicz | 9. | Strogeticz | 9. |
| | | Bielicz cum Bratczicz | 15. |
| Potvvorzan | 6. | Sbeczna | 2. |
| Wſſehrd | 15. | Hvvozd | 24. |
| Cziſta | 21. | Chmelniſtna | 3. |
| Ugezd | 15. | Dekovv | 21. |
| Pulices, aliàs Blſſany | 15. | Koleſſovvicz | 18. |
| Skvij | 8. | Kunovv | 1. |
| Zynel | 18. | Krchleb | 15. |
| Pyſſan | 18. | Beiſtna | 6. |
| Oſtrovviecz | 12 | Weczlavv | 9. |
| Matiegovvicz | 15. | Raſſinovv | 6. |

Skrzi-

| | Sex. Groff. | | Sex. Groff. |
|---|---|---|---|
| Skrzivvann | 6. | Wssesulovv | 9. |
| Dolanum | 17. | Sanovv | 6. |
| Herzesedel | 6. | | |

In Decanatu Rakovvnicensi Plebani 48.

Numerus Decanatus Rakovvnic

## *VII. Decanatus Slanensis.*

| | Sex. Groff. | | Sex. Groff. |
|---|---|---|---|
| Budina | 1. | Perucz | 18. |
| Chlumczan | 15. | Jeczovvicz | 15. |
| Zlonicz | 18. | Zelenicz | 18. |
| Murius | 9. | Turzan | 18. |
| Kralovvicz | 20. | Hrzedchcst | 35. |
| Srbecz | 30. | Lydicz minus | 12. |
| Mnilicz | 15. | Stochovv | 39. |
| Palcz majus Canonicorum | 18. | Neprobilicz | 12. |
| Czernochovv | 18. | Kladna | 18. |
| Hradiscze | 30. | Pordna | 15. |
| Lukovv | 6. | Rzissuth | 15. |
| Palcz minus | 15. | Druzecz cum Zilina | 30. |
| Busczevves | 15. | Malikovvicz | 9. |
| Wrany | 18. | Lidicz majus | 15. |
| Tynecz | 15. | Horzessovvicz | 18. |
| Telczi aliàs Telecz | 21. | Smeczna | 24. |
| Wrapicz | 12. | Miesczy | 15. |
| Drzenovv | 18. | Klobuk | 18. |
| Dolina | 21. | Kostelecz | 2. |
| Brzelicz | 15. | Slana | 12. |
| Ugezdcz | 7. | Strasseticz | 12. |
| Knovvicz | 6. | Kystra | 12. |
| Podczedelicz | 24. | Orassicz | 6. |
| Zvvolenavvess | 21 | Wrbna | 18. |
| Radunicz | 21. | Trzsticz | 6. |
| Slavvietin | 20. | Smolnicz | 12. |
| Winarzecz | 24. | Pcheri, aliàs Pechri | 30. |

In Decanatu Slanensi Plebani 54.

Numerus Parochorũ in Decanatu Slanensi.

## *VIII. Decanatus Rzipensis.*

| | Sex. Groff. | | Sex. Groff. |
|---|---|---|---|
| Strazkovv | 12. | Czrnucz | 9. |
| Wrbna | 15. | Slatina | 12. |
| Chrzin | 18. | Luzecz | 42. |
| Zemyech | 9. | Nelahozievves | 36. |
| Welvar | 48. | Nabdin | 9. |
| Weprzecz | 15. | Kmetynavvess | 1. |
| Budecz | 16. | Minicz | 27. |
| Svvrskyn | 8. | Nuthomicz | 18. |
| Holubicz | 21. | Hospozyn | 36. |
| Poczapl | 12. | Nyzieboh | 8. |

| | Sex. Groſſ. | | Sex. Groſſ. |
|---|---|---|---|
| Lybezicz | 16. | Bechlin | 9. |
| Czrmiczek | 18. | Czietovv. | 21. |
| Hradecz | 15. | Wlynavveſſ | 21. |
| Wskur | 12. | Rzip | 18. |
| Malovvar | 21. | Ledczicz | 12. |
| Hobſſovvicz | 12. | Uneticz | 24. |
| Chrvvalecz | 1. | Czietovv Joannis | 15. |

Numerus Parochorũ in Rzipenſi.

In Decanatu Rzipenſi Plebani 34.

## *IX. Decanatus Cluminenſis.*

| | Sex. Groſſ. | | Sex. Groſſ. |
|---|---|---|---|
| Kogeticz | 18. | Magna Villa | 16. |
| Hoſtien | 14. | Klumin | 15. |
| Weltrus | 15. | Semylkovvicz | 9. |
| Odolena. vvoda | 30. | Bukol | 9. |
| Chvvatierub | 24. | Sdib | 9. |
| Chraber | 10. | Lobkovvicz | 12. |
| Donczicz | 12. | Lybeznicz | 16. |
| Boëmicz | 9. | Kleczan | 32. |
| Obrzeſtvvi | 15. | Pakomilicz | 16. |
| Lybiſſ | 9. | | |

Parochi in Ciuminẽſi.

In Decanatu Clominenſi Plebani 19.

## *X. Decanatus Brandicenſis, ſeu Brunduſienſis.*

| | Sex. Groſſ. | | Sex. Groſſ. |
|---|---|---|---|
| Wyſſehorzevvicz | 17. | Selakovvicz, | 26. |
| Winorz | 45. | Czelakovvicz | 18. |
| Proſſiek | 30. | Hlupietin | 9. |
| Hradek | 6. | Svvrczovvicz | 12. |
| Nebhvvizd | 12. | Poczernicz | 24. |
| Drzevvczicz | 21. | Lytoznicz | 26. |
| Mochovv | 24. | Koſtelecz | 1. 8. |
| Svvemyſlicz | 21. | Hovvorczevvicz | 11. |
| Ugezd | 12. | Kygi | 1. |
| Jarna | 15. | Brandiſſ, alias Brunduſium | 1. 15. |
| Sluchy | 21. | Trzeboradicz | 12. |
| Zapy | 18. | | |

Parochi in Brunduſienſi.

In Decanatu Brunduſienſi Plebani 33.

Numerus Parochorũ in Archidiaconatu Pragenſi,

In toto Pragenſi Archidiaconatu Plebani numerati 390.

# *II. Archidiaconatus Curimenſis.*

## *I. Decanatus Curimenſis, & Colinenſis cum Zyphris.*

| | | |
|---|---|---|
| Archi-Diaconus de Archi-Diaconatu | 4. | 7. |
| Brodaboemicalis, aliàs Boëmo Broda | | 40. |

Ovvczar

| | Sex. | Groſſ. |
|---|---|---|
| Ovvczar | | 15. |
| Horka | | 21. |
| Radeſſin | | 21. |
| Leſſan | | 12. |
| Konicz | | 30. |
| Dobrzen | | 9. |
| Pyſſel | | 24. |
| Tuklek | | 12. |
| Chotun | | 15. |
| Bychovv | | 6. |
| Miechovvicz | | 9. |
| Wyticz | | 30. |
| Roſſicz | | 15. |
| Bylaus | | 15. |
| Zytmir | | 12. |
| Ondrzegovv | | 5. |
| Semicz | | 24. |
| Krſſovvicz | | 12. |
| Maloticz | | 18. |
| Colonia nova, Colonium novum | 2. | |
| Altaris Corporis Chriſti, & S. Barbaræ ibidem, & S. Spiritus | | 4. |
| Krzecz ſtara | | 15. |
| Ratyenicz | | 10. |
| Jezerzan | | 9. |
| Nova villa | | 18. |
| Tribulatio | | 18. |
| Svvoyſſicz | | 9. |
| Wyderad | | 33. |
| Chvvaltina | | 33. |
| Zasmuk | | 36. |
| Welinka | | 9. |
| Prziſtupim | | 30. |
| Chruſtoklad | | 24. |
| Wrbczan | | 30. |
| Hruſſicz | | 21. |
| Solopiesk | | 18. |
| Lſtiborz | | 12. |
| Kruk | | 18. |
| Przedhradie | | 12. |
| Ratay | | 12. |
| Tyſmicz | | 10. |
| Udaſſin | | 9. |

| | Sex. | Groſſ. |
|---|---|---|
| Podievvek | | 12. |
| Zabonoſſ | | 30. |
| Planaſſ | | 46. |
| Slan | | 9. |
| Konoged | | 18. |
| Strzemielicz | | 21. |
| Choczerad | | 12. |
| Dobrzechovv | | 48. |
| Berzicz | | 13. |
| Czyſovv | | 9. |
| Koſtelecz | | 9. |
| Janovvicz | | 12. |
| Drahobdicz | | 21. |
| Uzicz | | 24. |
| Mukarzovv | | 12. |
| Ratiborz | | 6. |
| Kozoged | | 9. |
| Maloyczovice | | 24. |
| Oleska | | 9. |
| Mnichovvice | | 18. |
| Wavvrzenice | | 12. |
| Pnievv | | 18. |
| Zdanice | | 6. |
| Porzeczan | | 18. |
| Zybohlavv | | 18. |
| Ziehum | | 21. |
| Skvvrnievv | | 18. |
| Eyndice | | 6. |
| Kbel | | 36. |
| Rovvny | | 9. |
| Welyna | | 15. |
| De S. Petro, de S. Martino, de S. Procopio Ibidem | | 0 |
| Chotienice | | 12. |
| Curimium | 2. | |
| Skrampnik | | 24. |
| Lhota | | 12. |
| Colonia antiqua ſive Colonium vetus | | 36. |
| Zizielice | | 21. |
| Kovvanice | | 18. |
| Ratynice | | 10. |
| Krzy | | 3. |
| Konczice | | 12. |

Parochi in Kaurzimēſi

Plebani 85.



II. Deca-

## *II. Decanatus Brodenſis.*

| | Sex. Groſſ. | | Sex. Groſſ. |
|---|---|---|---|
| Polna | 1. | Przibieslavv | 15. |
| Smrdovv | 21. | Slapaus | 45. |
| Lybiecz | 21. | Borovva | 15. |
| Svvietla | 36. | Schönfeld | 3. |
| Broda Teutonica | 36. | Chotieborz | 30. |
| Habr | 9. | Sopoth | 3. |
| Cruczemburg | 18. | Longa Villa | 8. |
| De Fonte | 9. | Radonovv | 4. |
| Polonicz | 6. | Loſſynice | 12. |
| Krappa | 15. | Biela | 30. |
| Luczicz | 9. | Nyczkovv | 36. |
| Skuhrovv | 6. | Dobronice | 6. |
| Minichsberg | 5. | De Francis | 9. |
| Czihoſt | 12. | Biman | 0 |
| Czachotin | 3. | Mons Fagi | 0 |

Sum̃a Brodenſium Parochorũ — Plebaniæ ſunt 30.

## *III. Decanatus Rzeczicenſis.*

| | Sex. Groſſ. | | Sex. Groſſ. |
|---|---|---|---|
| Chvvoynovv | 27. | Sienozatny | 18. |
| Pilgrenis | 1. | Brauſovv | 12. |
| Rzecziz minus | 18. | Symonsdorff, aliàs Smyczna | 3. |
| Pulcher Mons | 15. | Luconis aqua, ſive Libconis | 6. |
| Jurzicz, ſive Giurzicz | 15. | Koſſitycz | 6. |
| Grumpolecz | 36. | Lypnicz filia | 16. |
| Reinharcz | 15. | Skala | 9. |
| Schönfeld | 3. | Wyskidna Epiſcopi | 22. |
| Uſſobie | 6. | Horzepnik | 1. |
| Snieth | 21. | Czerkvvicz Tobiæ | 12. |
| Iczovv | 21. | Zahradka | 15. |
| Wrzieſt, aliàs Briſt | 15. | Boziegovv | 19. |
| Tuſendorff, aliàs Duſſerovv | 4. | Luky | 6. |
| Grſenbels, aliàs Wyskidna | 15. | Beranicz, ſive Burzenice | 6. |
| Lypnicz Mater | 48. | Rovvnicz | 6 |
| Wyslavvicz | 15. | Lybmaus | 0 |
| Krzeſtin | 18. | Eccleſia S. Petri ante Zelovv | 24. |
| Onſſovv ambo Plebani { Zacharias | 11. | Uſtraſſyn | 6. |
| Onſſovv ambo Plebani { Clemens | 11. | Czerekvvic | 3. |
| Rychnovv | 15. | Neüſtifft | 0 |
| Nova Czerkvvicz Epiſcopi | 51. | Rzeczicz majus Epiſcopi | 30. |
| Mezyleſecz | 9. | Kaliſſ | 2. |
| Lukavvecz, ſive Drankovvicz | 15. | | |

Numerus Parochorũ in Rzeczicenſi. — Plebaniæ ſunt 44.

*IV. Deca-*

## IV. Decanatus Czaslaviensis, & Coloniensis cum Zyphris.

| | Sex: | Groff. |
|---|---|---|
| Czaslavvia | 2. | |
| Altaris SSS. Martini, & Jodoci, & Sigismundi Ibidem | | 30. |
| Horka | | 12. |
| Reczenan | | 6. |
| Semnicz | | 6. |
| Kogicz | | 12. |
| Tynecz sub Albea | 1. | 9. |
| Libesnicz in valle B. Virginis | | 52. |
| Malyna cum montibus Kutnis dedit per Magistrum Matthiam | 4. | |
| Krzesseticz | | 15. |
| Hermaus | | 27. |
| Alta Wyssoka | | 35. |
| Nebovvid | | 36. |
| Chatussiecz, sive Chotvvicz | | 18. |
| Kluk | | 18. |
| Mel, sive Loch | | 12. |
| Zechussicz | | 12. |
| Czirhovvicz | | 9. |
| Krchleb | | 6. |
| Konarzovvicz | | 6. |
| Poczka | | 12. |
| Starkocz | | 30. |
| Chorzovv, sive Korczan | | 15. |
| Vidicz | | 9. |
| Lypolticz | | 27. |
| Trzebonin | | 24. |
| Wilemovvicz | | 6. |
| Cladrub | | 6. |
| Wyeczemelicz | | 9. |
| Suchdol | | 30. |
| Pnievvicz | 1. | 12. |
| Weletavv | | 6. |

| | Sex. Groff. |
|---|---|
| Markovvicz | 38. |
| Zabotz | 12. |
| Rossoczy | 8. |
| Bitaus quia concrematus tenetur tantùm terminum S. Georgij | 27. |
| Mons S. Jacobi | 34. |
| Budczicz | 18. |
| Jennikovv | 24. |
| Okrzessanecz | 24. |
| Bratczicz | 18. |
| Potycha | 9. |
| Slyslavvicz | 18. |
| Bora | 21. |
| Protivvaus sive Ronovv | 30. |
| Stussina | 9. |
| Bestvvina | 12. |
| Hermaaicz | 9. |
| Petrovvicz | 6. |
| Kozochlod sive nova Plantatio | 9. |
| Dobronitovv | 9. |
| Przibram | 21. |
| Michalovvicz | 6. |
| Boëmaus | 9. |
| Wlkaus, aliàs Wlczanecz | 9. |
| Zdechovvicz | 12. |
| Wilemovv | 24. |
| Sbyssovv Præpositura | 0 |
| Przibislavvicz | 0 |
| Turkovvicz | 6. |
| Hradek | 10. |
| Kolessye | 5. |
| Janovvicz | 12. |

Plebaniæ ex utroque Decanatu sunt 62 — Numerus Parochorũ

## V. Decanatus Stiepanoviensis.

| | Sex. Groff. |
|---|---|
| Krzivvosudovv | 36. |
| Jankovv | 6. |
| Kralovvicz | 32. |
| Avvienicz | 15. |
| Neustupovv | 34. |
| Chotissan | 24. |
| Radossovvicz | 18. |

| | Sex. Groff. |
|---|---|
| Dynssovv | 30. |
| Czestin Kostel | 24. |
| Keblovv | 30. |
| Czekssicz | 9. |
| Mechnovv | 11. |
| Wranovv | 18. |
| Czrhutoniez | 12. |

| | Sex. Groſſ. | | Sex. Groſſ. |
|---|---|---|---|
| Chrzenovvicz | 12. | Zdebuzevves | 12. |
| Suticz | 18. | Chvvogen | 15. |
| Borovvko | 15. | Neſvvaczil | 18. |
| Bochdanecz | 12 | Petrovvicz | 12. |
| Zbraslavvicz D. Wenceslaus per Dominum Bernardum in Pobypsy | 27. | Trzebetin | 6. |
| | | Slapanovv | 15. |
| | | Bedrzichovvicz | 6. |
| Zrucz | 27. | Hradek | 9. |
| Slavvoſſovv | 9. | Zhorz | 12. |
| Hodkovv | 11. | Zdislavvicz | 36. |
| Hnievvkovvicz | 18. | Pobybſy | 12. |
| Borovvnicze | 15. | Dobrnik | 9. |
| Tepliſſovvicz | 9. | Obkruchlicz | 24. |
| Otrzib | 9. | Ratmyczicz | 10. |
| Ledecz | 34. | Lybin | 9. |
| Kozle | 9. | Convvaticz | 18. |
| Wſſeborzicz | 9. | Wolaſſim | 36. |
| Perchtolicz | 21. | Domaſſim | 9. |
| Mnichovvicz | 9. | Thovv | 18. |
| Lſsczen | 9. | Lunovvicz Monaſterium | 0 |
| Welyſs | 6. | Poſtupiecze | 15. |
| Popovvicz | 18. | Kaczovv | 24. |
| Kozmicz | 15. | Hradiſt prope Hradek | 9. |
| Pſarz | 6. | Saczan | 6. |
| Sobieſſin | 6. | Pravvonin | 3. |
| Stiepanovv | 36. | Naczeracz | 42. |

Summa Parochorū.

Plebaniæ ſunt 64.

In toto Archidiaconatu Curimenſi Plebaniæ 285.

# *III. Archidiaconatus Bechinenſis.*

## *I. Decanatus Bechinenſis.*

| | Sex. | Groſſ. | | Sex. | Groſſ. |
|---|---|---|---|---|---|
| Archidiaconus de Archidiaconatu dedit D. Borſſo | 2. | 45. | Ledenicz | | 18. |
| Zahorz | | 22. | Sobietin | | 18. |
| Wodnian | 1. | | Sudomierzicz | | 21. |
| Bechina | | 18. | Oslavv | | 18. |
| Drazicz | | 18 | Hlavvaticz | | 18. |
| Cholticz | | 18. | Hoſtelecz | | 9. |
| Nakrz | | 16. | Malſſicz | | 21. |
| Mydlovvar, ſive Wavvrzenicz | | 30. | Albrechtecz | | 12. |
| Sepekovv | | 24. | Bochſielecz | | 30. |
Quædam necessaria monita ut hic Liber intelligatur

Pragensium, quod hic semel monuisse satis sit, nè postea repetatur. Si quid ultra has 8. Sexagenas addiderunt Fundatores, peculiariter annotabitur suis locis. II. Scire oportet, me *Notas* quasdam diverso Typi charactere addidisse, ut illustres Familiæ Majores suos (aliquando sub alio nomine latentes) agnoscant, quod optimâ fide facturum me promitto, cùm plerarumque *Bohemiæ Familiarum* Memoriæ mihi sint notissimæ, utpote in ijs investigandis & excutiendis jam quadraginta annis versanti; quod me non jactatione aliquâ inani [à qua procul absum] sed ipsâ, ut ità dicam, veritatis audaciâ, & confidentiâ scribere, Lectores aliquando intelligent, præsertim in *Stemmatographia Bohemiæ*, quam si Superi annuerint, pauculis hisce annis, juris publici faciemus. III. Scire oportet Lectorem: me duabus, tribúsve lineolis compendio referre literas plurium paginarum, adeóque si quis ipsas authenticas literas Majorum suorum inspicere cupiat, *Volumina Erectionum*, in Castro Pragensi, in Metropolitanæ Ecclesiæ Archivo sciat esse quærenda. citabitur semper Volumen I. II. III. &c. item literæ, & numerus, v. g. G. 4. significat in ejus Voluminis litera G. *Erectionem* illam esse quærendam, eámque esse positam quarto ejus literæ (τῦ G. videlicet) loco. IV. Scire oportet: me non tantùm *Erectiones Altarium*, & Fundationes Missarum annotâsse, sed quædam etiam nomina Ecclesiarum, & Nobilitatis, quæ alibi ægre invenias, adduxisse, ut hoc pacto scilicet, notitiam majorem Antiquitatis sibi comparare possint legentes, si qui istarum rerum laudabili cupiditate tenentur.

Citationes & allegationes Erectionum quid sibi velint.



TO-

# TOMUS PRIMUS ERECTIONUM.

## *ANNUS* 1358.

*Dominus Pota Decanus Olomucensis suscipit quandam caussam Nobilis Viri D. Jesconis de Potenstein fratris sui germani. Testes: Sulko de Slupnicz, & VVanko de Potenstein. A. 1358.*

A. 1. Zampach de Potenstein.

## Notæ.

AB hoc Anno 1358. *Libros Erectionum* inchoavit *Arnestus I.* Archi-Episcopus Pragensis. Utinam ante id tempus venisset in mentem Antecessoribus Episcopis Sacras hasce memorias consignare! haberent profectô admirabilem Thesaurum Ecclesiæ Bohemicæ, & memoriâ dignissimum opus, si videlicet ipsarum Ecclesiarum Fundationes, & dotationes annotatæ fuissent. In hoc Primo Erectionum Volumine initio depicta videbis *Arnesti I.* Insignia: *Equellum* scilicet *dimidium candidum in rubro campo*, ex quo auhor Libri, seu qui Librum authoritate suâ conscribi jusserat, Sanctissimus *Archi-Episcopus* (ùt in ejus *vita* narratum est) *Arnestus* intelligitur.

Arnestus Archiepisc: author Erectionũ.

*Pota Decanus &c.* Ecclesiarum Prælati illis sæculis non doctissimi modò, & vitæ Sanctitate conspicui, sed etiam nobilitate generis inclyti fuerunt; hic *Pota*, vel *Puta* ex Zampachianæ gentis Proceribus ortus fuit qui à suo nomine *Pota* arcem munitissimam *Potenstein* condiderunt, ùt paulò ante hæc tempora *Gutta de Hroznetin* condidit arcem Guttenstein; unde *Comites de Guttenstein* appellari cœperunt. Porrò frustra (ùt jam pridem in Epilome monui) quidam nostri hujus sæculi Scriptores vetera Bohemorum nomina ad Sanctos *Martyrologij Romani* revocare conantur: Familiæ enim nobilissimæ (ùt etiam in Imperio factitabatur, prout annotat *Stengelius* Abbas Anhusanus) sinè respectu ad nomina Divorum appellabantur, & quædam Majoribus suis usitata nomina gerebant; quid enim est *Plichta*, quid *Czenko*, *Zdenko*, *Sulko*, quid *Bezdecho*, quid *Svvacho*, quid *Niepro* de Raupovva, quid *Drssikrag*, *Sobiehrd*, quid *Rivinus* de Lhota, quid *Uniegius* de Perucz, quid *Odolenus*, *Humpolecz*, *Neplacho*, *VVabko*, *Jarohnevv*, *Mainuss*, quid *Hroznata*, *Mutina*, *Hron*, *Sezema*, *Raczko*, *VVchina*, *Gimram*, *Peczko*, *Habardus*, *VViduna*, *VVlado?* & fœminarum: *Czudna*, *Machna*, *Perchta*, *Ela*, *Offka*, *Prziba*, *Jarka*, *Czernuta*, *Herka*, *Zdera*, *Sudka*, *Mitka*, *Skonka*, *Libussa*, *VVruczka*, aliáque innumera nomina, quæ in his *Erectionum Voluminibus* leguntur. *Potonis*, vel *Putæ* nomen à *Zampachijs* ad Dominos *de Czastolovvicz* patrueles *Zampachiorum* pervênit, à *Czastolovvicijs ad Ssvvihovios* derivatum est, ex quibus *Puta de Ssvvihovv*, laudatissimus Regni Bohemiæ Judex, ùt in Stemmatographia dicetur.

Arx Potenstein in Reginohradecensi Provincia.

*Steng. in Cõment. rer. Augustan.*

Veterum Boh: nomina sæpe nõ possunt ad Sanctos revocari.

*Sulco de Slupnicz &c.* crediderim hunc *Sulconem* ortum esse ex familla *Sadovvskiorum*, vel eorum, qui *Cordulæ* vocantur, de *Slaupna vel Slupna*, quod castrum olim ad Jaromirium sterit.

Cordulæ de Slaupna.

B. 2. *Purchardus Purgravius Magdeburgensis, Imperialis Curiæ apud Carolum IV. Cæsarem Magister, dotat Capellam, seu Altare S. Annæ in Ecclesia Pragensi. A. 1358.*

Capella S. Annæ in Eccles. Prag. Metrop.

Dñi de Turgau in Nob: Boh: censẽtur.

Hujus Purchardi pater itidem *Purchardus*, Mater verò *Czudna* vocatur ût in ijsdem literis legimus. Hæc illustrissima familia imperialium Comitum, & Magdeburgi Burgraviorum (per occasionem muneris, quod *Purchardus Imperialis Curiæ Magister* gerebat) tota sese ætate illâ, Caroli IV. amore in Bohemiam transtulerat, & appellabantur *Domini de Turgovv*, vel *Turgau*, adeò, ut in Bnhemica nobilitate uno, alterove sæculo censerentur; tenebant ditione *Hostinnam*, seu *Arnoviam*, ût in Epitome diximus.

De Capella S. Annæ in Eccl. Prag.

Equites de Pardubicz.

In eandem *S. Annæ* Capellam Jus habebant: *Arnestus* ipse Archiepiscopus Pragensis (qui pro ejus exstructione, si quando *Basilica Metropolitanæ Ecclesiæ* magnificentiùs conderetur, magnam pecuniæ summam numeraverat) tum ejus Fratres *Bohussius*, seu *Bohuslaus* Præpositus Litomericensis, & Canonicus Pragensis, & Strenui Milites id est Equites *Arnesti & Bohussij* fratres *Smilo de Pardubicz*, & *VVilhelmus de Scara*; *Bohussij Præpositi* in Patriam præclara merita in *Arnesti vita* laudavimus, qui flexanimâ suâ Eloquentiâ à *Ticinensibus S. Viti Corpus* impetravit, cùm illuc à *Carolo IV.* ablegatus esset, eámque cœlestem gazam in Bohemiam ad Ecclesiam Metropolitanam advexit, *Scara* castrum fuit supra *Auvval*; *Pardubicium* paterna ditio *Archiepiscopi Arnesti*, universim de hoc Stemmate agemus in Stemmatographia, & jam aliqua diximus in *vita Arnesti* libro I. & in Historia S. *Montis* Appendice II. in *in Familia Maloveciana.*

Mensa Episc. Litomisl:

*Eodem Anno permutantur bona Landsperg, Landscrona, Tribovia, (Bohemica) & Jablona, quæ ad Monasterium Aulæ Regiæ pertinebant antea, & assignantur Mensæ Episcopali (Joannis Episcopi Litomislensis) vicissim alia bona vicina Aularegiensi Monasterio* Joannes Episcopus *intra decennium promittit se emturum; ex quibus censum* centum Sexagenarum annuè *Monasterium percipiat*; Stranovv *autem, &* Stradovv, *aliáque viciniora bona non veniunt in commutationem, sed à Cœnobio retinentur. Enumerantur hoc loco primarij Patres, & Fratres Conventûs. inter testes* Hermañus Præpositus in Mielnik. *Datum Pragæ 1358. 7. Kalend. Februarij.*

Hermannus Præpositus in Mielnik.

De Fundatione *Aulæ Regiæ* multis agit *Phœnix incineratus*, recitátque ipsas Literas Fundationis *VVenceslai Regis*, qui Cœnobio donat Castrum *Landsperg*, *Landscronam*; *&c. &c.*

Capella Saxonica in Eccl. Prag. G.

*Erectio, & dotatio Altaris B. MARIÆ Virginis, S. Adalberti, & Dorotheæ in Capella Novi Chori Ecclesiæ Pragensis Metropolitanæ per* Rudolfum Seniorem Ducem Saxoniæ, *qui sibi in ea Capella sepulchrum posuit. 1359.*

Domus Saxonica.

Appellatur hodiéque *Capella Saxonica*, éstque post Altare majus Ecclesiæ, & Sacrum Tumulum S. Viti. *Rudolfus* hic Carolo IV. in delicijs fuit, & Imperatorem quoquo proficisceretur, sequebatur; de ejus elegantissima Domo ad Pontem, (quam etiamnum *Saxonicam* appellant) præcipuè *Piscina vitrea* super tectum, in qua pisces ludibundi à Viatore spectabantur, egimus lib. 3. Miscellaneorum.

H. 1. Capella in Lomnicz.

*Erectio Capellæ in Lompnicz, seu Lomnicz: erigit ex bonis suis Patrimonialibus* Wilhelmus de Landstein (*cujus literæ hunc in modum inchoantur*; Nos Wilhelmus DEI Gratiâ Sacrosanctæ Wissehradensis Ecclesiæ Præpositus, Dominus in Lompnicz &c.) *testes* D. Hogericus de Landstein, Joannes de Kosovva hora Fratres nostri dilecti. *A. 1359.*

De Lomn: Landsteinij

Nihil hoc loco addendum habeo, nisi ut Lectorem admoneam: *Dominos de Landstein* Proceres *albæ* Rosæ, eosdem *Dominos de Lomnicz* ab antiquissimâ suæ stirpis sede antiquitus appellatos; & Wissehradensem Ecclesiam Sacrosanctam in Antiquitate dictam fuisse.

A. 4. Skuhrovvskij Equites

*Joannes, & Hroznata fratres de Skurovv dotant Ecclesiam in Iuha. Testes: Jesko de Bokovvicz, Mutina de Dobrusska, Czenko de Potenstein, Sulco de Slupnicz. A. 1359.*

Prima

Prima hæc est Fundatio à *Skurovijs* Equitibus nobilissimis, quorum stirps ætate nostrâ interijt; sequentur aliæ postea longæ plures. Ex Ješkone apparet, *Bozkovicios* non in Moravia solùm, sed etiam in Bohemia vixisse: antiquis enim temporibus, Bohemia, & Moravia *consanguineæ Provinciæ*, ut ità loquar, appellari potuerunt: Proceres *de Dobruška*, *& Zampachij*, *& Potensteinij* eadem stirps fuit, ùt ex Rosensium Chronicis patet, ex quibus D. Henricus II. in conjugio habuit D. Elisabeth de Dobruška, cujus clypeus, lineæ quinque cum 5. rosis, hodiéque in fenestris *S. Viti Ecclesiæ* Crumloviensis lucent.

Bozkovicij in Bohemia

*Ijdem Fratres* Joannes *&* Hroznata *Skurovvsky donant Jus Patronatûs Ecclesiæ in* Solnicz (*Græcensis Provinciæ*) F. Alberto Seniori *Ordinis FF. de Pœnitentia BB. Martyrum Domûs S. Crucis in Majori Civitate Prag. A. 1359. ejúsque successoribus.*

IterumSkurovvsky.

Quis hic *Ordo* fuerit, aut à quo institutus, dicemus in *Cœnobijs*, ad eosdem Cœnobium, & ditio in *Benatek* spectabat, dicebantur etiam ex Ordine *S. Cyriaci*, seu *SS. Martyrum de Pœnitentia.*

Ordo S. Cyriaci.

*Wlado, & Nicolaus fratres* Oczedelicz, *fundant Sacerdotium, seu Capellaniam ad Altare S. Catharinæ in Ecclesia Parochiali pagi sui Naborziedczicz A. 1359.*

Fratres de Oczedielicz ex ea stirpe prodierunt, quæ *Hora* dicitur.

Equites de Oczedelicz seu Horæ.

Hoc tempore Vicarios Generales, seu Officiales duos reperio sub *Arnesto* Archi-Episcopo, *Nicolaum Præpositum Raudnicensem*, & *Detlevum*, quorum authoritate in *Libros Erectionum* fundationes inscribuntur Anno 1359. vide 21. Junij, & 19. Septembris. Ad literam P. 2. in hoc eodem volumine sic subscripti leguntur: *Nicolaus Præpositus Montis S. MARIÆ Canonicorum Regularium in Rudnicz, & Detlevus Stormer Canonicus Caminensis Rev. Patris in Christo, & Domini Arnesti Vicarij in spiritualibus Generales.* Vide illius sæculi in Titulis simplicitatem!

Vicarij & Officiales sub Arnesto, & non Canonici.

*Fundatur Missa quotidiana largissimis Censibus in Ecclesia* Prachaticensi *ab* Jacobo Frumsgut *Cive, pro se, & pro animabus progenitorum suorum. Anno 1359. Die Nativitotis B. MARIÆ.*

Missa Prachat: fund:

*Recitantur hoc loco inter Erectiones*, Literæ Indulgentiarum *Arnesti I. Archiepiscopi Pragensis, quas concedit omnibus ijs, quicunque signo campanæ in Ecclesijs dato genu devotè flexo*, Beatissimam DEI Matrem, *recitatâ vel semel salutatione Angelicâ, implorârint. ut Pestem avertat à Populo. 13<9. 5. Octobris.*

Plura alia Sacra amuleta adversùs Pestem hoc tempore in *Bohemia* gravissimè sævientem invênit *Arnestus*, quæ in ejus vita pridem enumeravi ex quodam libello Domini de Winorze Parochi Crumloviensis, & Canonici Pragensis.

Salutatio Angelica adv. Pestē.

*Communitas Oppidi in Pilgrimis assignato æterno Censu 5. Sexagenarum grossorū Pragensium fundat* Maturam *quotidianam, seu* missam in Aurora *de B. Virgine quotidie legendam. 7. Octob. 1359.*

X. 1. Matura fundatur Peldrzimovij.

*Peldrzimovv* olim *Pilgrimis* dicebatur [ Oppidum, quod postea Jura Civitatis accepit) Fundatorem hujus Oppidi agnoscit *Stransky* in Republ. Bohemiæ *Peregrinum* Episcopum Pragensem; quod nomen Germani (quibus advocatis Oppidum inhabitandum concessit) respuentes, *Pilgram*, seu corruptè *Pilgrimis* vocaverunt.

Arnesti I. *Archiepiscopi literæ, quibus ratam habet, & confirmat Fundationem Monasterij B. MARIÆ in* Skalicz, *Ordinis Cisterciensis, factam à* Theodoro Episcopo Mindensi, *donat Fundator Curias* Skalicz, Stanicz, Michovvicz, Lipczka, *& silvam ut* Abbas cum Monachis duodecim *ali possint. Sedlecio sunt advocati Monachi, adeóque Cœnobij Pater, Abbas Sedlecensis fuit. Arnesti literæ datæ sunt Pragæ 1357. 2. Idus Novembris, sed hoc primùm anno in* Erectionum libris *inscriptæ.*

A. 2. Fundatio Skalicensis Cœnobij Cistercienfium.

De hoc Theodoro Misnensi Præsule, œconomo præcellentissimo, & bonorum Regiorum *Caroli* in Bohemia Præfecto, multa habet *Dubravius* in historia Bohemiæ, Nósque ipsi de eo quædam in Epitome nostra memoravimus: fuit summus amator gen-

De Theodoro Præsule Misnēsi

 tis Bohe-

tis Bohemæ. narrant, cùm aliquando *Carolus IV.* inopinatè ad *Theodoricum* cum Aulicis venisset, neque is, quod Cæsari apponeret, haberet ( prohibente *Carolo*, nè quid de armentis, & gregibus mactaret ) auriculas, & caudulas pecudibus abscidisse, iisque in culina opiparè, variè, & delicatè condîtis *Carolum* Imp. & Aulicos tractâsse, mirante Cæsare delicias ciborum tam varias, réque cognitâ solertiam *Theodorici* laudâsse. De *Cœnobij Skalicensis* excidio scripsimus in *Epitome*, & in hisce *Miscellaneis* libro 4. Ante annos aliquot locum accessi, & ruinas Cœnobij cum dolore spectavi.

Altare S. Crucis Arnoviæ.

*D. Joannes de* Turgavv *fundat Altare S. Crucis in Ecclesia Parochiali in Civitate sua* Hostinna, *seu* Arnovia. *A.* 1354. *12. Octobris.*

Ex qua stirpe ortus sit Fundator prædictus Joannes, annotavi superiùs literâ B. 1. hæc Fundatio in Originali Sigillis pendentibus, hodiéque apud *Decanum Arnoviensem* invenitur, quam in manibus habui.

Przessticiũ Præpositura Cœnobij Cladrubic:

*Theodoricus* Præpositus in Przessticz *Professus Monasterij Cladrubiensis, Ord. S. Benedicti, de bonis Sororis suæ fundat, & dotat Altare in honorem DEI, & XI. millium Virginum, in Villa* Cameyk. *A.* 1359. 4. *Decembris.*

*Przessticium* fuit *Præpositura Cladrubiensis Monasterij*, ùt ex Indice decimarum Ecclesiasticarum apparet, ideóque facilis est conjectura, cur à Sorore *Præpositi* ea fundatio sit perfecta.

Nosocomij Camenicẽsis fundatio

Tobias de Bechin, *Dominus in Camenicz*, *&* Henricus *unicus natus ejus, fundant Hospitale, seu potius Nosocomium in Civitate sua Camenicz, pro alendis ægrotis, assignantur certæ villæ &c. disponitur & ordinatur certa victûs ratio, ut opulentè alantur. Datum in Bechin Anno* 1359. 12. *Junij Sacra insuper injunguntur* Capellano, *quæ peragere teneatur annuè pro Fundatoribus, pro* D. Arnesto Archiepiscopo, pro D. Benessio de Crawar Scholastico Pragensi, & Olomucensi Canonico, *pro* D. Purchardo Comite Magdeburgensi, *Imperialis Curiæ Magistro, Avunculo nostro charissimo, pro anima* Sifridi de Kozoged, *& pro honorabili Viro* D. Wilhelmo Decano Wissehradensis Ecclesiæ *Canonico Pragensi.*

Bechinij Proceres cũ Sagitta.

Magnifica prorsus hujus Nosocomij fundatio fuit: Fundator ProcerumFamiliâ de Bechin ortus, qui sagittam veterem gestabant in clypeo, quorum erant Patrueles cognati, & fratres armorum *Sedlniczkij, Cravarzij Mraczkij* in Bohemia; in Polonia verò quàm plurimi, quos enumerat *Okolsky* Stemmatographus Poloniæ. Ex hac familia prodijt quoque *Tobias Pragensis* Episcopus ( ùt ostendimus in Epitome historica rerum Bohemicarum ) qui Aulicis suis omnibus *Sagittam* in vestibus insui curabat, *gentilitium familiæ suæ signum*, ùt ait *Franciscus Ecclesiæ Prag. Canonicus* ejus temporis Scriptor. Ad eosdem Bechinios olim spectabat *Benessovium*, ubi illi Cœnobium perelegans, & altissimam Ecclesiam condiderunt, in qua eorum sepulchra visuntur. *Benessius de Kravvarz* patruelis *Tobiæ* fuit idémque Insigne ferebat, cæteri cognati, & amici, uti & *VVilhelmus Decanus* editus stirpe Hazmburgicâ vir doctissimus, qui *vitam Arnesti I.* scripsit, quam nuper in lib. 4. Miscellaneorum edidimus. Porrò *Camenicium* Civitacula sita est ad *Novamdomum in Bechinensi* Provincia, quæ postea ad *Sezymaos* devoluta est; hodie ad *Comites Paradisios* spectat.

BechinijPatrualesKravvarziorũ.

Dñi de Benessovv, ijdem Bech:

Curia seu NovvyDuzur.

*Erectio, & dotatio Altaris in Parochiali Ecclesia Curiæ Civitatis, quod Altare erigunt, & fundant ipsi Cives Curienses. Anno* 1360. 2. *Januarij.*

G. 2.

Curia Civitas hæc est, quæ inter Reginæ Bohemiæ Civitates dotales censetur.

H. 2. Privil. Archiep: Prag: creandi Notarios publicos.

Carolus IV. *Imperator, & Bohemiæ Rex, singulare* Privilegium Arnesto I. *Archiepiscopo, & Successoribus ejus omnibus concedit in perpetuum, ut habeant Facultatem creandi* Notarios publicos *per totum Sacrum Romanum Imperium, speciatim in* Regno Bohemiæ, *denique ubique locorum. Subscripti sunt testes plurimi, aliquot Silesiæ Duces &c. ex Bohemis* Czenko de Lippa, *Supremus Camerarius, & Mareschalcus*, Andreas de Duba *Supr. Czudarius*, Sbinko de Hazmburg *Supr. Dapifer, Minko ( forte VVanko )* de Wartemberg, *Supr. Pincerna*

*Pincerna Regni Boh.* Jeſsko de Wartemberg, *dictus de VVeſely*, Burgravius Pragenſis *&c.* *Datum literarum Pragæ A. 1358. XI. Calend. Maij.*

Czudarius ſupremus idem eſt, qui *Judex ſupremus*; Mareſchalci de Lippa, Haſmburgici Dapiferi, Wartembergij Pincernæ, hæreditario Jure fuerunt, ùt in Officijs Regni declarabimus.

Cudarius quid ſit.
Hæreditar: quædam Regni officia.

Carolus IV. *Imperator, & Bohemiæ Rex Plebano Eccleſiæ S. Laurentij, ad Koſtelecium ſuper Aquilam ejuſque Succeſſoribus donat unum laneum agrorum, ut ſingulis hebdomadis in Capella Caſtri* Potenſtein *duas Miſſas legat. A. 1360.*

Fundatio Cap: in Caſtro Potenſtein.

*Carolo IV.* Imperatori (ùt ipſe in Vita ſua commemorat) bellum fuit cum *Zampachijs Proceribus*, quorum ferociam cùm domuiſſet, Caſtrum *Potenſtein* ſuæ, & Regum Bohemiæ ditioni ſubjecit. exrant ea de re literæ *Zampachiorum* Regi ſeſe ſubjicientium. In hoc igitur Regio Caſtro (quod tamen poſtea clementiâ Caroli, reſtitutum *Zampachijs* eſſe videtur) Miſſas illas fundavit *Carolus* Imperator.

Zampachij bellum cũ Rege gerũt

*Fundatur, & dotatur Capella S.* Nicolai, *ſub Monte* Radobeyl *ad Litomericium, Civibus ipſis pecuniam conferentibus A. 1360. 14. Martij.*

K. 2.
Capella in Radobeyl

*Ad* Beneſſoviam *Eccleſia in* Janovvicz *dotatur à quodam Rymno filio Nicolai de Radotin, Rimnus fuit* Plebanus in Antiqua Plſna. *Subſcripſit huic Fundationi* Nicolaus de Olbramovvicz, *Decanus Beneſſovienſis. A. 1359. 19. Decembris.*

Eccl. in Ianovvicz.

Nullum eſſe puto, qui diſcrimen antiquæ, & Novæ Plſnæ neſciat: illa hodie penè in ruderibus jacet; hæc inter urbes Bohemiæ plurimis Immunitatibus, & Regum favoribus ob fidelitatem, & in Religione Catholica conſtantiam eminet hodiéque.

Plſna duplex.

Nicolaus Decanus Beneſſovienſis, ùt ex ipſo titulo patet, ex Equeſtri familia perantiqua *Czeikarum de Olbramovicz* ortus fuit.

Czeika.

*Jeſsko* de Weſel, *dictus de* Wartemberg *pro Plebano Eccleſiæ in* Giczin *Fundationem facit, donátque annuas octo Sexagenas groſſorum, minùs uno fertone. Datum in* Weliſs *A: 1360. 22. Maij.*

Eccl. Giczinenſis,

Vix ullam ſtirpem invenias tam liberalem in Sacris, quàm *Wartembergicorum*; quod verum eſſe ex ſequentibus colligent curioſi Lectores. *Wartembergicorum* (qui periêre omnes) gloria, communis eſt Inclytæ ſtirpi *Waldſteiniorum*: nam, ùt in Stemmatographia probabimus, ab eadem origine utrique proceſſerunt.

Wartembergicorũ pietas.
Waldſteinij

Caſtrum *Weliſs* ad Giczinium quomodo à *Wartembergicis* ad *Joannem Regem* commutatione pervenerit, ac quemadmodum ad eoſdem redierit, in *Privilegijs Regni* legimus. Porrò hic *Jeſsko de Wartemberg*, ſupremus Regni *Burgravius* fuit, ùt paulò antè (H. 2.) diximus.

Capella S. Joannis *Evangeliſtæ in* Muta *fundatur à loci Dominis* Petro, Jodoco, Ulrico, & Joanne Fratribus de Roſenberg. *A. 1359. feriâ ſecundâ poſt feſtum Omnium SS. Datum in Podens.*

Capella in Muta.

Nulla hîc mentio (quod mirari ſatìs non poſſum) *Parthenonis Mutenſis*, quem hîc ad Eccleſiam *Mutenſem à Zerotinijs* fundatum affirmat multis in locis noſter *Crugerius*, niſi quis aliam hanc eſſe *Mutam* dixerit.

Jeſſco de Wartemberg *Burgravius Pragenſis donat unum laneum agrorum Plebano Eccleſiæ in VVeleſſicz, ut ſingulis Sabbatis in honorem DEI Matris MARIÆ, Miſſam canat ſub nota. Subſcripti ſunt literis: Beneſs de* Wartemberg *filius noſter dilectus,* Wanko *de* Wartemberg, *Supr.* Archipincerna *Regni Boh. Jeſsko, & Beneſs de VVartemberg, Domini in Teczin A. 1361. 13. Januarij.*

R. 2.
Miſſa cantata de B. V. in Weleſſ.

*Ijdem modò nominati* Wartembergici *fundant in oppido ſuo* Weſſeli *in Eccleſia* S. Nicolai tres Miſſas *omni hebdomade peragendas eodem anno, & die.*

In Weſſely tres Miſſæ fundantur.

Ex his *Wartembergicorum* nominibus ſubſcriptis confirmabimus Tabulam Genealogicam ejuſdem ſtirpis, quam in Stemmatographia proponemus.

*Teczin*

Linea Dieczinæa Wartemberg:

*Teczin*, hodie Tetzen ( Boëmis Dieczin) aliquot sæculis ad *Wartembergicos* pertinuit, patrueles Weselieniium, & Welissensium Wartembergicorum, qui *Dieczna*i (*Dieczinssti*) vocabantur, erátque peculiaris ramus ejus stirpis.

Czaslaviæ Missa.

*Fundatur Missa in Ecclesia* Czaslavienfi *à Civibus ejus urbis A. 1361. XI. Maij.*

Privil. Sac: in ditioni. Novodom:

*Recitantur hoc loco litteræ* D. Ulrici de Novadomo, *quibus statuit: ut in ditionibus stirpis suæ Presbyteri morientes cuicunque placuerit, legare sua bona possint, obligátque se & Successores suos* Dominos Novodomenses, *ad non occupanda bona post mortem Presbyterorum relicta. Datum in Novadomo A.* 1338. *in octava S. Martini Episcopi has D: Ulrici literas confirmat* Arnestus Præsul Pragensis.

Libertas testandi Cler: in Bohem:

Hoc Privilegium eo fine se dedisse, & dare profitetur *Ulricus*, ut in suis ditionibus semper suppetat copia Sacerdotum, qui invitati hoc Privilegio, Plebanos agerent, & Capellanos. Idem *Privilegium Ferdinandus I.* diu pòst ad totam Archidiœcesiin extendit, ut Clerici de suis bonis sinè ullo impedimento in Bohemia testari possint.

Decimæ in Zivvanicz.

Neplach Abbas Optatovicensis *Ordinis S. Benedicti redimit decimas Ecclesiæ in* Zivanicz *cum consensu Plebani, & omnium. ad quos ea res spectabat. Anno 1361. in Vigilia S. Viti Martyris gloriosi.*

Neplacho historicus.

*In viris doct. Boh.*

Fuit hic Neplach, vel Neplacho & doctrinâ, & nobilitate insignis, & Carolo IV. percarus. Scripsit historiam Bohemiæ, quam ego tamen nunquam vidi, sed eam *Weleslavinus in Calendario* suo historico commendat. plura de *Neplachone* alijs in locis dicemus.

Aucta fundatio Kost: ad Albim.

Rudolphus *Senior Saxoniæ Dux in* Kostelecz super Albim ( *quæ ditio ad eum spectabat* ) *donat Ecclesiæ* S. Martini, *& Plebano ejus decimam septimanam de duabus rotis in molendino ad Albim A. 1361. 8. Kalend. Junij.*

De hoc *Rudolfo* Saxoniæ Duce, vide quæ diximus G. I. *S. Martini* Ecclesia extra mœnia Kostelecensia sita, plurimis fundationibus exornata fuit, ut propè *Collegialis* ob multitudinem Sacerdotum videreretur.

Fundatio Eccles: in Tinisst & Przepich.

Muthina, & Sezema *natus ipsius, dicti de Dobruska in oppido Tinist ad flumen Orlicz in honorem S. Nicolai Ecclesiam dotare se profitentur A. 1361. & mox alijs literis eodem die & Anno datis, Ecclesiam in* Przepich *in honorem B. Virginis, & S. Procopij fundant.*

Zampachiorum rami.

Jam antè dixi, Dominos de Dobruska ab eadem origine, quâm Zampachij, & Potensteinij esse prognatos. Domini de Jabloña, erant etiam horum Patrueles, ut in Stemmatographia dicetur.

Kopydlnæ fit Paroch: Eccl.

*Ecclesia in Kopydlna olim filialis Ecclesiæ in* Drahoraz, *authoritate Archiepiscopali erigitur in Parochialem, postulante strenuo Viro* Zdenkone de Strzevacz. *Datum in Kopydlna Anno 1361. feria 5. post* S. *Margaretam.*

Equites de Strzevvacz

Equites de Kopydlna quæ insignia gesserint, in Genealogia Capauniana dicemus. *Trzevacz, Strezevacz* Equites subscripti leguntur sigillo suo appresso in Testamento Arnesti de Scara, Patris *Arnesti I.* Archiepiscopi, ùt in ejus vita diximus.

B. 3. Cerequicz.

*Capella S. Leonardi in suburbio* Cerequicz *dotatur, & fundatur beneficium Altaris à Dominis Oppidi, Mathia, Petro, & Leonardo filijs olim* Hinkonis de Wlassim. *A. 1361. die Inventionis S. Stephani.*

Proceres de Wlassim.

Ex hoc loco apparet *VVlassimios* in Bohemia habitâsse primitus, ac postea etiam in Moravia propagatos.

Eccles. in Dobruska.

Proceres Zampachij & Rych:

Mutina, & Sezema *natus ipsius ditissimè, & opulentissimè prorsus dotant, & ditant Ecclesiam Parochialem S. MARIÆ, & S. VVenceslai in* Dobruska *Oppido suæ ditionis. literæ sunt longissimæ, & pietatem quandam cœlestem spirantes datæ in Opoczna A. 1361. in Vigilia SS. Apostolorum Petri & Pauli. Subscribunt literis hisce: Czenko de Potenstein, Jesco de Skurovv, Henricus, & Theodoricus de Rychnovv.*

D. 3. Opoczna. Rassin.

*Ijdem Domini* Mutina, & Sezema *Ecclesiam Parochialem B. Virginis in* Opoczna *largissimè & copiosissimè dotant. A. 1361. in Vigilia B. Procopij. Subscripsit Jarossius de* Rysymburg.

Rursus

*Rursus iidem* Mutina, *& filius* Sezema *de Dobrušska assignant dotem Ecclesiæ Parochi-* Eccl. in Rokytnicz.
*ali S. Joannis Baptistæ in Villa Rochinycz ( fortè* Rokytnicz *) anno eodem, & die.*

*A. 1361. die B. Callisti* Sezema *de Dobrušska* Mutinæ *filius assignat largissimam dotem Ecclesiæ Parochiali S. Nicolai in Dobrzano. Datum Opocznæ.*

Vide mihi liberalissimam in DEUM pietatem Dominorum de *Dobrušska*, qui Dobrzan.
Patrueles erant Zampachiorum; præcipuè *Sezemæ*, cujus paulò pòst rursus facienda est Zampachij.
mentio.

*Abbas, & Conventus Ordinis Cistercienſium* Monasterij in Gredis *conveniunt cum Ple-* Cœnob: in Gredis seu
*bano in* Oslick *de decimis, quæ solvendæ sunt juxta mensuram quæ erit in Oppido* Sobotka. *A.* in Hradistie.
*1361. die S. Viti.*

Ex hoc loco apparet *Ossick* ad Cœnobium *Hradistiense* ( id enim Gredis appellabatur ) pertinuisse, sitúmque erat in *Boleslaviensi* Districtu.

Sezema de Dobrušska *auget amplissimè, & maximis opibus fundationem, vel dota-* Eccles. in Dobrušska.
*tionem Ecclesiæ Parochialis B. Virginis, & S. VVenceslai in* Dobrušska, *mortuo jam Patre* Mutinâ *Anno 1361. in Opoczna die S. Martini. Subscripti testes: Joannes, & Hroznata fratres germani de* Skurovv, *Jeſsko, & VVilhelmus fratres de* Czernczicz; *Hermannus & Theodoricus de* Richnovv.

De *Sezemæ* hujus pietate jam multis in locis dictum est: Skuhrovij affines Zeze- Talmbergici & Rychnovvij.
mæ fuerunt, ideóque licet Equites, ante Dominos subscripsêre. *de Czernczicz* seu de *Kaczovv* Dominorum familia, paulò ante ætatem nostram perijt, clypeum, ùt hodie *Talembergici* Proceres gessêre; *Rychnovij* ab eadem origine cum Stossijs, & Kaunicijs descendunt.

*Ecclesia filialis in* Curbicz *ab Ecclesia in* Cralup *Matrice sua dividitur, & in Parochia-* Eccl. Parochialis in
*lem erigitur ob difficilem hiemis tempore ad Cralupensem accessum Parochianorum ex Curbicz; agente, & impetrante strenuo Viro Friderico de* Hassenstein, *dicto* Schonburg. *Datum in* Curbitz.
*Hassenstein. 10. Novembris. A. 1361.*

Hic *Fridericus*, nè quis erret, non fuit ex familia Lobkoviciana de Hassenstein De Schonbnrg.
sed ex stirpe Misnica Dominorum *de Schonburg*, qui cum plurimis Boëmiæ familijs ( præcipuè *Sſvvambergicis, & Sſlickijs* ) ætate nostrâ affinitates habuêre. Annis posthæc Lobkovicij
30. vel 40. *Schonburgij* Wenceslao Regi *Caroli* filio parêre recusantes, in Arce *Hassen-* unde dicti
*stein* obsessi sunt à Regiarum copiarum Præfecto *Nicolao de Lobkovvicz*; arce captâ Wen- de Hassenst.
ceslaus eam, ob fidelem præstitam operam Nicolao donavit, unde nova Lobkoviciorum linea Hassenstein cœpit appellari, ùt in Stemmatographia dicetur.

*Literæ donationis annui censûs sex Sexagenarum pro* Nosocomio *ægrotantium in* Nova G. 3.
Colonia *à Civibus ejusdem Urbis A. 1361.* Colinum.

Petrus, & Jodocus *fratres de Rosenberg erigunt* tres Capellanias, *& tres Altaristas* Rosenberg.
*in Ecclesia Parochiali in* Weleſſin *propter Executionem ultimæ voluntatis* Benessij, & Joan- Weleſſin.
nis *de VVeleſſin fratrum, quos appellant* consanguineos suos *dilectos. Datum in Crumpenau A. 1361. die S. Luciæ.*

*Crumlovium* in vetustis literis sæpe Crumpnau legimus appellatum. Suspicio Crumpēau:
mea est, Dominos de Weleſſin ortos ex stirpe Waldsteinica, gessisse in clypeo leonem Proceres de
Weleſſinios in antiquis Memorijs invenio. plura in Stemmatographia de his dicemus. Weleſſin.

Mayco *de Czestin Kostel exstruit, & fundat Capellam in Ecclesia Parochiali ibidem. A.* Czestinkostel.
*1361. 4. Idus Maij.*

Plurimis, & maximis fundationibus ditata fuit Ecclesia in *Czestin Kostel*, ùt vidimus postea. quis ille *Moyco* fuerit, nescitur, alioqui Moyco vel Mico Nicolaum significat.

Margareta *Divinâ miseratione Abbatissa Monasterij in Castro Pragensi, Ordinis S. Be-* Abbatissa S.
*nedicti Molam quandam in Emphiteusi elocat. qua de re sunt literæ datæ. Anno 1362. die* Georgij.
*S. Blasij*

Teín Pragæ

*Erigitur, & dotatur Altare Omnium Sanctorum in Ecclesia* B. Virginis ante Lætam Curiam *Pragæ, à Civibus Pragensibus. A.* 1363.

U. 3.
Fundatio Eccles. in Pravvnovv

*Nobilis Vir* Sdenko *de Ronovv, filius* Smilonis *de Ronovv, fundat novam Ecclesiam titulo omnium Sanctorum im villa sua dicta Pravvnovv. Datum Przibislaviæ, An:* 1362. *die S. Urbani Papæ.*

De Ronovv

*Proceres Ronovij* ab eadem origine cum *Bercis* descendunt, ùt in Stemmatographia sua demonstrat *Procopius. Przibislaviam* multis sæculis tenuerunt; *Ronovv*, pluráque alia condiderunt. Notandum hoc loco, & in sequentibus, quæ adducemus: *Nobiles viros* appellari eos tantùm, qui ex *Baronum*, seu potiùs *Procerum*, & *Dominorum* in Bohemia stirpibus prodierunt. Strenui dicebantur Equites majorum gentium, cæteri Nobiles, & clientes, *Famosi.* Tanta erat tum in titulis parcitas, & modestia!

Nobiles Strenui, famosi qui

In Lunkovv Paroch. Eccl.

*Strenui viri Prziblinus* de Petrovvicz, *& Nedemirus de Svviekovv, ac VVilhelmus de* Lunkovv, *cum authoritate Archiepiscopi, Ecclesiam in* Lunkovv *separant à Parochiali in* Kirchslag, *& illam in* Lunkovv *dotatione suâ Parochialem efficiunt A.* 1361. *die S. VVenceslai,*

Equites de Petrovvicz & de Lunkovv.

Strenui hi viri, omnes Patrueles fuêre, ferebántque in Clypeo cuspidem ferream cum unco (Hak vocamus) Ex hac gente ortus fuit *Czarda de Petrovvicz*, Auschæ Dominus, Pragensium Dux post Annū 1440. ùt est in in Hagek. Ejus clypeos saxis incisos videmus in Arce *Gistorp*, uti etiam similem clypeum Equitum de *Lunkovv* in Ecclesia Parochiali Teplicensi.

Eccl. S. Galli Pragæ.

*Erigitur, & dotatur Altare B. Virginis novum in Ecclesia* S. Galli majoris *Civitatis. Pragensibus fundationem facientibus Civibus oblatâ legitimâ pecuniæ summâ. A.* 1350. *sed hîc primùm illa Erectio est inscripta.* S. Galli Ecclesia *fuit olim Regularis Virginum Pœnitentium* Ordinis S. MARIÆ Magdalenæ; *postea Parochialis, ac iterum Regularis, ut suo loco dicetur.*

Teinecz ad Clatovv. De Klenovva.

*Erigitur, & dotatur novum Altare in honorem S.* Joannis *Evangelistæ in Tein sub Castro* Klenovv *à* Przibikone de Klenovv *filio itidem Przibikonis Anno 1362.*

Existimo hoc *Tin*, vel *Tein*, quod hodie *Teineczek* quidam appellant, ubi Deipara Virgo peregrinatione Clatoviensis populi colitur.

Synodus nationalis sub Arnesto

*Anno* 1362. *die S. Lucæ Evangelistæ*, Arnestus I. *Archiepiscopus Synodum celebravit Pragæ, cujus articuli descriptione dignissimi recitantur hoc loco.*

De hac Synodo, ejúsque articulis agemus postea.

O. 3.
Altare S. Urbani in Eccl. Prag.

*Dominus* Plichta, *Decanus Pragensis, largissimis Censibus in perpetuum dotat* Altare S. Urbani *in Ecclesia Pragensi ex villa sua Domin prope oppidum* Tinicz. *nominat in ijsdem literis* Conradum de Ollen *patrem suum*, Catharinam de Zerotin *Matrem suam*, Proslaum de Zerotin *avunculum suum. Eidem Altari Dominus* Zavviss de Naczinaves *primus Præpositus* Ecclesiæ Boleslaviensis in Ecclesia Pragensi *donavit, & legavit octo Sexagenas annui censûs, in villa Rzeficz. ut testatur idem* Plichta *A.* 1362. *16. Julij.*

De Zerotinijs.

*Plichtarum* nomine Zerotinij gaudebant; hic tamen Plichta, ùt ex Matre & avunculo, id est, Matris patre cognoscimus, non fuit *Zerotinius*, sed eorum consanguineus. Dominus Zaviss non fuit primus Præpositus Boleslaviensis absolutè, cùm alios longè antiquiores Præpositos in Historia Boleslaviensi memoraverimus, sed Præpositus Boleslaviensis primus in *Ecclesia Pragensi*, quod est longè diversum. *Zerotinij* quoque Bohemici à Moravicis *Zerotinskyjs*, vel *Zerotinijs* diversi fuêre.

Præpositus Boleslaviensis.

P. 3.
Eccles. in Tein & S. Nicolai.

*Erigitur, & dotatur novum Altare à Civibus Pragensibus Planarijs in Ecclesia B. Virginis* in Tein ante lætam Curiam *eodem Anno. Item ab ijsdem Civibus Pragensibus dotatur Ecclesia* S. Nicolai *in foro pullorum.*

Lippa.

Benessius *Canonicus Pragensis, Joannes Plebanus in Lippa, & Petrus de* Slivvna *fratres germani, filij quondam Benessij* Krabice de Weitmil, *erigunt & dotant* Altare S. Annæ *in Ecclesia Parochiali Lippensi A.* 1363. *Feria 3. post Dominicam Oculi.*

Ex hoc

Ex hoc apparet, *Equites de Slivvna* origine *Weitmilios* fuisse. Benessius Canonicus educatus fuit in servitijs *Caroli IV*, scripsítque *Historiam Bohemiæ* libris aliquot; in Collegium Canonicorum *Ecclesiæ Metropolitanæ* cooptatus miram in rebus agendis dexteritatem præsetulit, ideóque *Novæ Basilicæ S. Viti*, quæ tum condi cœpit, præfectus est; videbis ejus effigiem in habitu *Canonicali* cum Insignibus stirpis in pergulis Ecclesiæ superioribus è pariete exstantem, & ad vivum expressam; tandem, cùm valedicere rebus humanis statuisset *S. Francisci Ordinem Minorum* ad S. Jacobum ingressus est. Weitmilij. Beness Historicus.

*Erectio Altaris in Pierka in Ecclesia Parochiali ab Hugone, & Joanne fratribus de* Novolapide, *seu de* Glamsdorff. A. 1363. 9. *Martij.* Pierka.

*Literæ Erectionis, seu dotationis Novi Altaris* S. Wenceslai *in Ecclesia* S. Leonardi *Pragæ A.* 1363. *à Civibus quibusdam antiquæ urbis Pragensis,* Eccl. S. Leonardi Pragæ.

*Unitur authoritate Archiepiscopali Ecclesia in* Wratislavvicz *Ecclesiæ in* Rökitnicz, *rogatu Nobilium Virorum Joannis, & Ulrici fratrum* de Bibrstein *utriusque Ecclesiæ Patronorum. A.* 1362. S. 3. Wratislavvicz.

Ex hoc loco apparet, Dominos de *Bibrstein* in veteri Bohemiæ Nobilitate censos esse, & ditiones apud nos habuisse; ídque, ut magìs constet in *Aula Caroli IV.* eorum clypeum (cornu cum coralljs) depictum videmus; sed de his in *Stemmatographia.* De Bibrstein.

*Literæ Apostolicæ* Urbani *Papæ V. confirmantis* Arnesti I. *Archiepiscopi fundationem; qui videlicet Ecclesiam Parochialem in* Rokyczan. A 1362. 29. *Novemb. mutaverat in* Conventualem, *ut ad eam alerentur* sex Canonici *Ordinis S. Augustini, ex quibus unus esset* Præpositus. *Datum Avenione Pontificatûs anno primo.* Rokyczanense Cœnobium.

Hoc Cœnobium unum fuit ex *quatuor*, quæ pro *Canonicis Regularibus* S. Augustini (quos deamabat) fundavit Sanctissimus Præsul: *Glacij, Jaromirij, in Saczka; & Rokyczano.* Diximus aliqua de hoc Cœnobio in vita *Arnesti*, & de ejus excidio scripsimus in *Epitome.*

*Erectio, & dotatio novi Altaris in* Mirtnik *à Stephano de Comarovv cliente. A.* 1364. 1. *Februarij.* Mirtnik.

Stephanus hic *Pessikianæ* gentis fuit, qui se ab omni memoria *de Komarovv* scribebant: ferebant in Clypeo pedem ocreatum cum calcaribus; de cujus stirpis origine *Stemmatographia* consulatur. Pessik.

*Erectio, & fundatio Ecclesiæ Parochialis in* Suchdol *à Petro, Jodoco, Ulrico & Joanne fratribus de* Rosenberg. *A. C.* 1364. Suchdol.

*Erectio, & dotatio Altaris novi in Ecclesia Parochiali* S. Nicolai Budvicij *A.* 1363. *erigunt, & dotant Cives Budvicenses.* Budvicium.

*Ijdem Cives memorabili pietate, in eadem Parochiali Ecclesia erigunt Altare in honorem* S. Sigismundi, *Osvvaldi, & Briccij, eodem anno.* Ibidem.

Literas hasce vidi, & tractavi olim apud Decanum Budvvicensem.

*Literæ Plebani in* Stochovv, *qui recognoscit se vi suarum Fundationum obligari ad alendum unum Vicarium pro* Ecclesia Stochoviensi. *Subscribit hisce literis* Bohussius *Præpositus Ecclesiæ Litomericensis A.* 1351. Stochovij Vicarius.

Hic *Bohussius* (seu Bohuslaus) Præpositus; frater gemanus fuit *Arnesti I.* Archiepiscopi Pragensis, ùt in ejus vita probavimus. de eo laudabilia quædam attulimus superiùs B. 1.

*Erectio, & dotatio novi Altaris in* Gurim, *seu* Kaurzim *in Ecclesia Parochiali A.* 1364. *erigunt, & dotant ipsi Cives.* Caurzim.

*De Ecclesia Parochiali in* Biela, *quòd Plebanus ejus loci teneatur alere unum Vicarium ex dote Raczkonis, & Sezemæ fratrum de* Biela, *& fratris eorum Jastonis ibidem Plebani A.* 1364. 20. *Maij.* Bielæ Vicarius.

Quæ fuerit stirps de *Biela*, dicemus alio loco. quod oppidum sit *Karlshaus* scire non potui. quid si *Karlsbad* foret? nihil affirmo. DD: de Biela.

Karlshaus C. 4. *Litera Erectionis Ecclesiæ Parochialis in Oppido* Karlshaus, *Anno* 1364. *erigunt ipsimet Oppidani.*

Abbatissa S. Georgij. D. 4. (*Literæ* Elisabethæ *Miseratione Divinâ Abbatissæ Monasterij* S. *Georgij in Castro Pragensi A.* 1364. *de quadam permutatione Census Ecclesiastici in* Upohlavv, *& in* Zelenicz.)

Tachovia. *Erectio, & dotatio Altaris novi in in* Tachovia *in Ecclesia Parochiali ab ipsis Civibus Anno* 1364.

Zandovv. *Donatio agrorum quorundam Ecclesiæ in* Zandovv *prope* Lipam; *donant: Potho, Czenko, Wilhelmus, Hinek, Protiva fratres de* Zandovv. *testes: Nobilis Vir D. Bohunko de* Klin- de Klinstein stein, *Henricus de* Lomnicz *&c.*

S. Gallus Pragæ. *Erectio, & dotatio Altaris in Ecclesia ad* S. Gallum Pragæ *in Capella S. Dorotheæ, & Catharinæ ab ipsis Civibus Majoris Pragæ. A.* 1365.

DD. de Zādovv. Domini de Zandovv videntur fuisse Lippææ stirpis ramus, quorum Patruelis ab eadem origine descendens *Bohunko de Klinstein*, qui & ipse ramum arentem quercinum gerebat in clypeo. Henricus de *Lompnicz*, vel Lomnicz Landsteinianæ stirpis fuit, ut pridem ostendi.

Nova Eccl. *Exstruitur, & dotatur* nova Ecclesia *in honorem Omnium Sanctorum in villa Cunemile, quæ nova Ecclesia velut filialis subjicitur Parochiali Ecclesiæ in* Smrdovv. *Exstruunt, &* Equites de Kunemile. *dotant Petrus Zrzysso, & Henricus fratres germani de* Kunemile *A.* 1365. 12. *Martij.*

Kbel. *Enumerantur decimæ Ecclesiæ Parochialis in Kbel eodem anno.*

*De Kunemile* Equitum stirps, initio hujus sæculi, quantum conjicere possum, exstincta.

Sobiesuk. *Donatio liberalis pro Ecclesia in* Sobiesuk *ab Joanne Abbate Waless, Ordinis Cisterciensis. A.* 1365.

Waldsass. Cœnobium Suspicor vel legendum *Waldsass*, vel *Waldsassense* Cœnobium olim *Waless* appellatum à Bohemis fuisse: quippe (ut, cùm de Cœnobijs Cisterciensium agemus, probabitur) Waldsassense, vel Walessense Cœnobium (licèt in Voitlandia situm) *Patronum* Cœnobij *Regem Bohemiæ* agnoscebat, ideóque ditiones in Bohemia emere poterat, ipsíque Monachi, ut habet *Bruschius in Waldsassio*, plerique omnes Bohemicè loquebantur.

Naczeracz. *Construitur Capella in* Naczeracz *à Marssikone, & Viczkone fratribus de Solmberg A.* 1365.

Cujus stirpis fratres de *Solmberg* fuerint, nullâ diligentiâ indagare potui; alioquin N. 4. *Marssiko* nomen Bohemis veteribus fuit familiare.

Ibidem. *In eadem Ecclesia eodem anno* 1365. 4. *Septembris erigitur beneficium* Ecclesiasticum *a-* Dublenicz. *pud Altare S.* Catharinæ in Naczeracz.

*Nobiles Viri D. Petrus, Jodocus, Ulricus, & Joannes germani Fratres* de Rosenberg, *deputant Decimas certas Ecclesiæ in* Dublenicz *A.* 1365.

Capellanus Czastolovicij. *Erigitur, & dotatur nova Capella S. Catharinæ in* Czastolovvicz *circa Ecclesiam Parochialem cum Capellano perpetuo à D.* Pothone *Seniore dicto de* Czastolovvicz. A. 1365. 24. *Novembris. Sigilla sua apposuère Potho Junior filius, & Albertus de* Burgovv.

DD. Czastolovicz. *Czastolovvicum* tribus milliaribus Reginæhradecio distat; loci Domini *de Czastolovvicz*, multis Silesiæ Principibus matrimonijs implexi perierunt. ferebant lineas albas, & rubras, & quantum colligere licuit, ab eadem origine primitus cum *Zampachijs*, & *Potensteinijs* provenêre. Vide *Stemmatographiam* nostram.

Bavvorovv *Erectio Capellæ novæ SS. Corporis Christi in Oppido* Bavvorovv *à Wenceslao Rectore seu Plebano Parochialis Ecclesiæ in* Blanicz *Anno* 1364.

Cœnob: S. Georgij. *Geminæ literæ pro Virgineo Cœnobio* S. Georgij *in Castro Pragensi A.* 1366.

Tina Horessij. *Literæ quædam pro* Ecclesia Collegiata Tinensi *A.* 1366. *quarum initium:* Nos Ze- Eccl. Coll. zema Præpositus, Hostislaus Decanus, *& Canonici Ecclesiæ S. Christophori Tinensis.*

ibidem. Ex hoc loco (quod tam pertinaciter à quibusdam negatum memini) apparet clarissimè, *Ecclesiam Collegiatam* extra urbem *Tinam Horessoviensem* stetisse.

*Erigitur,*

*Erigitur, & dotatur novum Altare* S. Spiritûs *in Ecclesia Parochiali* Novæ Coloniæ *A. 1366. erigunt, & dotant ipsi Cives Colinenses.* Colinum.

*Census quidam assignatur Ecclesiæ in* Zizelevves, *& Ecclesiæ in* Zivanicz *A. 1366. Vide quæ dicam postea Tomo XII. B. 19.* Zizelevv:

*Wchina de* Paczovv *obligat sese ad censum æternum pendendum pro Ecclesia Parochiali in* Paczovv, *ut præter Parochum alatur ad eam Ecclesiam Capellanus. A. 1366. 8. Octobris.* Capellanus in Paczovv.

Certum haberi debet, hunc *Wchinam* fuisse gente *Malovecium*, qui (ùt in eorum Originibus probavi) ante aliquot jam sæcula de *Paczovv* dicebantur, éstque ibidem Ecclesia in eorum Clypeis fundata, scilicet *dimidij Equelli* saxei pilarum loco fulciunt *Paczoviensem Ecclesiam* Parochialem. quæ profectò fælix fuit inventio Majorum hujus stirpis! Malovecij.

*Zdenko* de Ronovv, *pluribus, ijsque ditissimis, & liberalissimis Fundationibus prosequitur Ecclesiam Parochialem suæ Civitatis* Pizibislaviæ. *Subscribit ùt testis, patruelis ejus: Czenko de* Ronovv, *Dominus de* Lechonicz. *literæ datæ A. 1366.* Przibislavia.

*Sequuntur eodem anno donationes factæ Ecclesiæ in* Budislavv.

Dixi jam suprà *Ronovvios* ex *Berkarum*, & *Lippæorum* stirpe prodijsse; eandem originem habuerunt Domini de *Lechonicz.* Rami Berkarum.

*Rursus pro Ecclesia Parochiali in* Opoczna *novas fundationes facit An: 1367. Dominus Sezema de Dobruska.* Opoczna.

De hoc *Sezema* dictum est superiùs.

*Donatio, & Census novus Ecclesiæ Parochiali* Sobeslaviæ *institutus A. 1367. à Nobilibus Viris, Petro, Jodoco, & Joanne Fratribus de Rosenberg.* Sobeslavia.

*Literæ quædam compositionis de Jure Patronatûs Altaris S. Mariæ Magdalenæ in Ecclesia, & Monasterio Canonicorum Regularium S. Augustini in* Jaromir *A. 1367. factæ.* Jaromiriū.

Sobeslavia Civitas ab omni memoria ad *Rosenbergicos* ditione spectabat. De *Jaromirensi* Cœnobio egimus alibi: fundationem commemoravimus in vita Arnesti; excidium à Zisska l. 4. Miscellaneorum.

*Literæ Fundationis Cœnobij Canonicorum Regularium S. Augustini* Trebonæ *factæ à Petro de Rosis Præposito Capellæ omnium Sanctorum in Castro Pragensi, & Jodoco, Ulrico, & Joanne germanis fratribus* de Rosenberg. *mutatur vi earum literarum (Confirmante omnia* Joanne *Archiepiscopo Pragensi A. 1367.) Ecclesia Parochialis in Conventualem; statuitur, ut ex redditibus Parochialibus alantur octo Canonici, & vivant juxta instituta Cœnobij Raudnicensis, &c.* Cœnob: Treboñese.

Crevit postea Cœnobium hoc liberalitate *Rosensium* Censibus, & ditionibus pluribus attributis, ùt suo loco dicetur. *Raudnicio* primos Canonicos huc Coloniam duxisse certum videtur. De Rosis.

*Erectio & dotatio novi Altaris SS. Apostolorum in* Læta Curia Pragæ *à Civibus Majoris Urbis Pragensis. A. 1367.* B. 5. In Tein Pragæ.

*Literæ Apostolicæ* Urbani Papæ *constituentis, ut nemo Clericorum duos* Canonicatus, *aut* Præbendas *simul in Civitatibus Pragensibus, & earum suburbijs tenere possit, vel præsumat. Datum Avenione 2. Kalendas Junij, Pontificatûs anno III.* Præbenda duævetitæ Pragæ.

Salutaris profectò constitutio in tanta copia, quæ in Bohemia fuit, Sacerdotum. disertè additur: *nec in suburbijs* propter *Wissehradensem Ecclesiam*, quæ extra mœnia *Pragæ* sita censebatur, ùt alio loco probabitur. Wissehrad extra Prag.

*Una Sexagena Censûs annui fundatur, & promittitur à Civibus majoris urbis Pragensis A. 1367. pro* Ecclesia S. Galli *Pragæ.* S. Gallus Pragæ.

*Erigitur, & dotatur novum Altare in* Winschelburg *ab oppidanis ipsis A. 1367.* Winschelburgum *in Comitatu Glacensi situm est, ut l. 3. diximus.* Winschelburg.

*Donantur duæ Sexagenæ Censûs annui, & perpetui Ecclesiæ in* Sstiepanovvicz *penes Clatoviam ab Ottikone de* Stiepanovvicz *A. 1367.* Sstiepanovvicz.

Cœnob: in Saczka. Fundatio Canonicorum *Regularium S. Augustini in* Saczka *ab Arnesto I. Archiepiscopo* Pragensi 29. *Novembris A.* 1362. *sed hic primùm in* Libros Erectionum *inscripta. transferuntur* Canonici *Sæculares Saczkâ ad Novam* Civitatem *ad* S. Apollinarem. *mutatur in* Conventualem Canonicorum *Regularium.*

S. Apollinaris Pragæ. Ecclesia *S. Apollinaris* quanto miraculo primùm extructa sit, in *Epitome* narravi. In *Vita Arnesti* ante multos annos à nobis edita ab *Hagecio*, & *Crugerio* deceptus scripseram: in nova urbe Pragensi ad *S. Apollinarem* habitâsse Canonicos Regulares, sed postea retractavi errorem *Erectionum* libris (quos tum adhuc in manu non habueram) inspectis.

Altare S. Ottiliæ & S. Erhardi. Joannes *Archiepiscopus Pragensis ditissimè fundat, & erigit Altare* S. Erhardi & S. Ottiliæ *in Ecclesia Metropolitana* Pragensi *A.* 1367. *Joannis litera recitantur hoc loco. Vide* 6. *ad A.* 1370.

Smolniez. *Donatio liberalis Ecclesiæ* Parochiali *in* Smolnicz *à D. Biczen de Brloha. Subscripti Thonbor de* Brloha, *et Chorsso de Brloha. A.* 1368.

Zaborsky. *Zaborskianæ* vetustissimorum Equitum familiæ hæc fundatio attribui debet, qui se hodiéque de *Brloha* scribunt: ex quibus est Patronus, & Amicus meus pervetus D. *Adamus Zaborsky de Brloha.*

Clatovia. *Erectio, & dotatio Altaris SS. Corporis Christi, & S. Sigismundi Martyris in Ecclesia B. Virginis* Clatoviæ *A.* 1366. *ab ipsis Civibus perfecta.*

Libocz. *Census quidam annui pro Ecclesia in Libocz assignantur A.* 1368.

S. Nicolaus Pragæ. *Ecclesiæ* S. Nicolai *in foro pullorum quidam Census à Civibus Majoris Urbis Pragensis attribuuntur A.* 1368.

Benessovv. *Literæ* Erectionis *Capellæ in* Benessovv, *quam erexit in honorem S. Wenceslai Henricus de* Welessin, *Dominus in Benessovv, Subscripti fratres mei dilecti: Petrus, Jodocus, & Joannes Domini de* Rosenberg. *A.* 1368.

de Welessin. Ex hoc loco arguere posset aliquis *Dominos de Welessin* fratres fuisse Rosensium, ac proinde nihil spectare ad Waldsteinios (quod tamen antè ad Fundationem trium Capellanorum in Welessin A. 1361. dixeramus) nihilominus nihil adversùs nos evincit objectio, cùm ex Genealogia accuratissima stirpis Rosensis (quam in *Originibus Guttensteinianis* attulimus) constet: nullum hoc tempore *Henricum de Rosenberg* vixisse, fratrem prædictorum Rosensium Petri, Jodoci, Vlrici, & Joannis. Itaque vox illa: *fratres mei dilecti*, spectat ad intimam familiaritatem, vel ad aliquam propinquam sanguinis affinitatem.

Winschelburg. *Literæ spectantes ad Ecclesiam in* Winschelburg, *quòd ad eam, præter* Plebanum, *Vicarius seu* Capellanus *sit alendus, A.* 1368.

Cotvvicz. *Erectio novi Altaris in* Ecclesia Cotvvicz A. 1368.

Ruprechtsdorff. *Quidam* Census *annui pro* Plebano *in* Ruprechtsdorff *annotantur.* A. 1368.

S. Gallus Pragæ. *Erectio, & dotatio Novi Altaris in Ecclesia ad S,* Gallum *Pragæ, erigentibus Civibus majoris Urbis Pragensis. A.* 1369. 5. *Martij.*

Cunradsdorff. *Confirmatio duarum Sexagenarum Census annui Ecclesiæ in* Cunradsdorff *quas fundârunt Ioannes. & Nicolaus fratres* Panczer *de Smoyn A.* 1369.

Pancyrz Eques. Memini legisse me olim in Vetere M. S. Equites Panczerios, vel *Pancyrzios* eadem quæ *Sadovvsky*, gestâsse insignia, *ferream* videlicet *chirothecam*, ac proinde ab eadem origine descendisse. De Equite *Pancyrz*, quem *Carolus IV.* in Castro *Zampach* cepit, miram apud *Hagecium* narrationem invenies; nimis quàm credibile est, alium hunc à pijs duobus *Pancirzijs* fratribus fuisse, licèt etiam hoc tempore vixerit, & in eadem sit ortus familia.

Clatovia. *Erectio. & dotatio Altaris in* Clatovia *in Ecclesia Parochiali S. MARIÆ à dextra Ecclesiæ parte versùs Occidentem in angulo, in honorem* S. Erhardi *Trium Regum, & Omnium Sanctorum A.* 1369. *die S. Kiliani. erigunt, & dotant ipsi Cives Clatovienses.*

*Erigitur*

*Erigitur, & dotatur Altare novum* Budvicij *censibus perpetuis A.* 1369. *à Nedemiro de Svvekovv. Item aliud in eadem Ecclesia Parochiali eodem Anno* 17. *Januarij à Civibus.* Budvicium

*Erectio Altaris Corporis Christi, & S. Wenceslai in Ecclesia S. MARIÆ* Pragæ ante lætam Curiam *A.* 1344. 3. *Kalend. Martij à Civibus Majoris Urbis Pragensis, sed primùm hæc fundatio inscripta est, & confirmata anno præsenti* 1370. A. 6. Tein Prag.

*Erigitur, & dotatur maximis, & liberalissimis Censibus novum Altare in* Teplicz, *Omnium Sanctorum titulo, in Cæmiterio Monasterij, ubi Sanctimoniales ejusdem Monasterij sepeliri consveverunt, ut quotidie manè in ortu solis Missa fiat pro remedio vivorum, & mortuorum. Fundant hoc Altare ipsæ Virgines; initium literarum est hoc:* Nos Anna Abbatissa, *Hilgundis Priorissa, Margarita Custrix, totúsque Conventus Monasterij Teplicensis Ordinis S. Benedicti Pragensis Diœcesis, per procurationem, & cum consensu Nobilis Viri D.* Timonis de Koldicz *tunc Præpositi nostri &c.* D. 6. Cœnob. Teplicense. de Koldicz

Hoc Cœnobium *Teplicense* Virginum tam misere devastârunt hæretici, ut vix ullum vestigium Cœnobij hodie supersit: *Ziska* primùm Sacras virgines, ùt in *Epitome* narravi, ignominosè habitas expulit, hæretici illud insederunt, præsertim *Wrzesovecij*, quibus illud Cœnobium cum tota ditione, & *Daubravvskâ horâ* nullo jure *Rex Georgius* donavit, aut potiùs confirmavit; ultima hujus rami Wrzesovvicensis *Magdalena*, suo conjugi *Chinskio* priore sæculo hanc ditionem attulit pro dote, atque ità ad *Chinskios Teplicium* pervenit, ex quibus *Radslaus* Egræ cum *Waldsteinio* perijt, confiscata deinde hæc bona, ad *Aldringeros*, & *Comites de Clari* sunt devoluta. Arcem Teplicensem in Monte præalto, quæ Bohemis *Daubravvski hora* dicebatur, operibus sumtuosè communivit idem *Radslaus Wchinsky de Wchinicz*; hodie arx illa manu dejecta paulatim cadit in cumulum. Cœnobij Teplicensis ditiones.

*Literæ cujusdam donationis pro* Nosocomio in Broda *Bohemica, donant quosdam census &c. Archiepiscopus, & Capitulum Pragense:* Joannes *Archiepiscopus, Wrativogius Decanus, Przibislaus Archidiaconus Horssoviensis, Ditlevus Starmer Canonicus Ecclesiæ Pragensis &c. A.* 1370. 21. *Novembris.* Nosocomiũ Brodæ.

Hæc *Broda* fuit ditio Archiepiscopatûs Pragensis, ideóque mirum esse non debet, quòd *Hospitale* istud, seu *Nosocomium* ab Archiepiscopo, & Capitulo Pragensi censibus augeatur. Porrò *Nosocomium* olim primus fundavit *Arnestus I.* Archiepiscopus, ùt ex hisce literis patet. Broda Archiepiscopi ditio.

Petri *Episcopi Litomisslensis literæ recitantur, quibus irritat Antecessoris sui* Alberti *Magdeburgensis Ecclesiæ Archiepiscopi mandatum, vel litteras, qui* pravorum inductus consilio, *ùt loquitur, cogebat Capitulum Ecclesiæ suæ Litomisslensis pendere ex villa* Apsdorff *quosdam census pullorum, & avenæ. hæc igitur onera abrogat, & tollit* Petrus *hisce literis Anno* 1369. 4. *Aprilis.* E. 6. Cathedralis Litomisšl.

De hujus *Petri* doctrina, & virtutibus, multa diximus alio loco; *Albertus* ex stirpe Sternbergica ortus, Antistes fuit clarissimus; sed nemo Principum tam cautus est, ut non ei aliquando malitia hominum subrepat, quod factum hoc loco videmus. *De Collegio Canonicorum Litomisslensi* quale illud fuerit, constans Viris præstantibus ex Ordine Præmonstratensi, dicetur, cùm *Episcopatum Litomisslensem* describemus alio in libro. Petrus & Albertus Episcopi Litomisšl.

*Erectio Capellæ, & Altaris in* Montibus Cuttnis *scilicet B. Virginis, & Omnium Sanctorum in Superiore Ecclesia Montis* Cuttnis *A.* 1370. *ab ipsis Civibus.* Cuttna.

Ità semper, neque facilè aliter *Cuttenberga* eo sæculo appellabatur. & *Cuttnis* indeclinabile illis erat.

*Erectio Hospitalis (ùt in Bohemia dicimus, veriùs* Nosocomij *dicere oporteret) in* Zleb *ab* Agnete *relicta quondam Hinconis de* Zleb *pro anima Mariti, & Elisca Sororis meæ, & anima D.* Jenczonis *Canonici Pragensis fratris mei A.* 1370. F. 6. Nosocomiũ in Zleb.

Quæ

Zleb Præpoſitura Cœnobij in Gredis.

Quæ ſtirpis fuerit Procerum *de Zleb*, conjecturam meam alio loco aperiam, *Wartembergicam* fuiſſe probabiliſſimum puto. Vide, quæ libro 4. dixi in Synopſi Vitæ *Margaretæ de Zleb*, Monialis Crumlovienſis, & quæ dicentur Volumine II. L. 1. hoc enim hoſpitale poſtea Anno 1377. magnopere auctum eſt, & in eo *Præpoſitus* cum Monachis Ciſtercienſibus alebatur.

S. Ægidius Pragæ.

*Literæ publicæ, quibus erigitur, & dotatur Altare B. MARIÆ, & S. Wenceslai Martyris in Eccleſia* S. Ægidij *Pragæ. A.* 1369. *à Civibus Majoris Urbis Pragenſis.*

Udlicz.

*Ratificatio quatuor Sexagenarum cenſûs annui pro Eccleſia in* Udlicz *à Pertholdo Patre, Buſcone, & Joanne filijs ejus clientibus dictis de* Hugvvicz, *pro nunc in* Udlicz *reſidentibus. Anno* 1370.

Haugvvicij

Stirps Equeſtris *Haugvviciorum* in Vetere Bohemia nota, & glorioſa fuit, cujus plura decora in Stemmatographia adferentur.

Cœnob: Teplicenſe.

*Literæ* Caroli IV. *Imperatoris, & Bohemiæ Regis, quibus concedit Monaſterio Virginum in* Teplicz, *ut quærere poſſit Patronum, qui annuum cenſum offerat pro perpetua Miſſa in illo Monaſterio inſtauranda; conquerebantur enim Virgines, ſe vix unam in die Miſſam, aliquando nullam habere poſſe. Datum Pragæ* 1370. *pridie Idus Februarij.*

Nuper ad D. 6. de hoc Parthenone Sacro quædam dixi: Miſſa erat jam fundata in Cœmiterio, ſed nondum erat ſtabiliter fundata in ipſa Virginum Sacrarum Eccleſia, deſiderabatur Patronus, qui poſtea inventus eſt.

Capellanus in Zitmir.

*Literæ pro Eccleſia Parochiali in* Zitmir, *quibus declaratur, quòd Plebanus in* Zitmir *obligetur vi Fundationum alere pro ſua Eccleſia* Vicarium, *ſeu Capellanum. Anno* 1371. 22. *Januarij.*

Popovvicz.

*Literæ Ratificationis trium laneorum in agris pro Eccleſia S. Jacobi in* Popovvicz *à Dominis Bohuncone de* Tehovv, *& Andrea de* Popovvicz, *pro remedio animæ D. Krineſſij de Tehovv &c. Teſtes ſtrenui Viri: Drſko de* Neſſper, *Diepoldus de* Wieznik, *Wilhelmus de* Blanice, *Bohunco de* Pozovv, *Joannes dictus Holub de* Kraſſovvicz. *Actum in Jankovv* 1377.

Aliquot in Bohemia Pagi *Popovvicz* appellantur; præſens *Popovvicz* villa non procul ab Jankovv eſt ſita; Equites de *Popovvicz* hodiéque ſuperſtites, à ditione ſua de Tehovv aliquando dicti ſunt. *Wieznik* Barones, & Equites hodiéque ſuperſunt tam in Bohemia, quàm in Moravia; cæteri Teſtes, ex quibus familijs prodierint, ignorare me ingenuè confiteor.

K. 6. Reginohradecium.

*Ratificatio duarum Sexagenarum annui Cenſûs pro Altariſta ad* Altare Inſignium *Domini noſtri JESU Chriſti in Eccleſia S. Spiritûs in* Grecz. *Anno D.* 1371. *Cives ipſi fundârunt.*

Arma Chriſti.

*Grecz* olim dicebatur *Reginohradecium* Regionalis Bohemiæ Civitas, ùt mille locis probari poteſt. Titulus Altaris: *Inſignia Chriſti*, valde uſitatus piæ Majorum antiquitati; tale Sacellum & ſub hoc titulo in Domo Archiepiſcopali Pragæ ſtabat, in honorem *Armorum Chriſti*, ùt narrat in M. S. *Franciſcus* Canonicus Pragenſis.

Tein Pragæ

*Erectio, & dotatio Altaris S. Procopij, & S. MARIÆ Magdalenæ à Wenceslao dicto Planer, Canonico Pragenſi, ejúſque Sorore. Anno* 1371. *in Eccleſia B. V. MARIÆ* in Tein Pragæ.

Altare S. Erhardi & S. Ottiliæ.

de Genczéſtein.

Joannes *Archiepiſcopus Pragenſis dotat Altare* S. Erhardi, & S. Ottiliæ *in Eccleſia Pragenſi Metropolitana. & donat pro Altariſta Villam* Dubczan *prope Zatecium.* præſentatio Altariſtæ ad nos, poſtea verò ad Nobilem Paulum de Jenczenſtein Notarium Cameræ Regalis, Fratrem noſtrum chariſſimum, *poſt ejus deceſſum ad filium ſuum Seniorem &c. pertinebit. Datum A.* 1370. 4. *Februarij.*

Jam ante triennium (A. 1367. ſcilicet) hoc Altare *Joannes* erexerat, ) ùt pridem narravi ) ſed hoc anno 1370. & fundationem auxit, & melius omnia ordinavit.

*Pro*

Archidiaconi Bilinenses

*Pro* Archidiaconatu Bilinensi *donat quædam Gregorius Archidiaconus Bilinensis, Successor Przibislai, quæ literis confirmantur. A.* 1371.

Czernovvz

*Erectio, & dotatio Altaris S. Catharinæ in Parochiali in* Czernovvicz *penes Kamenicz à* Friderico de Lhota, *cùm esset in extremis noviter exstructi. A.* 1371.

Lhotsky.

*Lhotskiòrum* Equitum duplex, aut etiam triplex, eáque diversa tam origine, quàm Clypeis familia in vetere Bohemia invenitur; quanam ex ijs stirpe editus fuerit *Fridericus*, cùm Clypeus non annotetur, non possum dicere; illud unum tantùm constat *Fridericum* Clientem fuisse *Dominorum de Rosis*, id est, in Rosensium solo ditionem habuisse, atque in eorum servitio fuisse; quod in prædictis *Erectionum* literis indicatur.

Lipa.

*Literæ super quodam Censu annuo in Villa Boytsdorff Anno.* 1370. *testes: Jeśko de* Svvoykovv &c. *Item aliæ literæ de Censu annuo, quem fundârunt pro Ecclesia in* Lipa *tres fratres de Dolen Henricus, Stiborius, & Haśko de Dolen. testes: D. Raczko de* Svvoykovv. A. 1371.

Kapaunij.

Quinam fuerint, & ex qua stirpe editi fratres de *Dolen*, nondum investigare licuit; sed Jeśkonem, & Raczkonem *Kapaunios* fuisse cognomen ostendit.

Wavvrzinicc.

*Erectio, & dotatio Novæ Capellæ S. M. Magdalenæ in Ecclesia* Wavvrzinicensi. An: 1371. *facta.*

Hæ litteræ tam obscurâ sententia scriptæ sunt, ut quid sibi velint, intelligere non potuerim, nec à quo fundatio sit perfecta.

*Erectio & dotatio Altaris SS. Trinitatis, & S. Sigismundi in Ecclesia Parochiali SS. Petri, & Pauli in* Lipa, *erigunt Cives cum consensu Domini sui Henrici dicti Berka de*Duba *A.* 1371.

Bercæ & Lippæi.

Multis sæculis *Lippæi*, & *Berkarum* Proceres Lipam tenuêre, eámque ob caussam Domini de Lipa vocabantur, ùt ex Stemmatographia patebit.

Kolovvrat.

*Literæ quædam, quibus continetur permutatio agrorum &c. Plebani in* Hrassicz *cum D. Nicolao de* Mislin *dicto* Kolovvrat *facta A.* 1371.

Bezno.

*Dotatio Ecclesiæ Parochialis in* Bezno *à Bohuncone de* Libis *dicto de* Bezna, *Collatore Ecclesiæ illius. duplices sunt literæ datæ in Bezna. A.* 1369. *& iterum* 1371.

Bzensky de Libis.

In hac Ecclesia plurima vidi sepulchra vetustissima, ut extrita pedibus jam legi non possent, Equitum *Bzenskiorum.*

Przepich. Zampach.

*Literæ Ratificationis Decimarum Ecclesiæ in* Przepich *à Mutina, & filio ejus Sezema de* Dobruśka, *quas jam sub Arnesto A.* 1361. *assignârunt, sed primùm A.* 1371. *ratificantur.*

Jam antè monui, quàm liberaliter Ecclesias suæ ditionis dotaverint Mutina, & ejus filius Sezema; monui etiam eosdem è stirpe Dominorum de *Potenstein* prodijsse.

Eccl. Prag.

*Literæ de Altari decem millium Martyrum in* Ecclesia Pragensi. *A.* 1371. *erecto.*

Tetzen seu Dieczin.

de Wartemberg.

*Erectio, & dotatio Novi Altaris in* Dieczin, *in honorem S. Joannis Evangelistæ, S. Wenceslai, SS. Dorotheæ, Margaritæ, & Catharinæ ab* Anna de Potenstein *Conthorali D. Beneśsij de* Wartemberg *Domini in Dieczin subscribit maritus, & filij omnes. Item Joannes Burgravius Prag.* de Wartemberg, *D. Potha de Potenstein Archidiaconus Ecclesiæ Prag. Item strenui Potha de* Sandavv, *& Przibiko de* Oslovvicz. *Datum in Dieczin. A.* 1371.

Pridem Dieczinæorum de Wartemberg fecimus mentionem ob liberalissimas eorum fundationes ( ad A. 1360 1361. R. 2. ) & faciemus sæpius in posterum. Jeśkonis nomen idem esse, quod Joannis, omnes sciunt, & patet ex Joanne Burgravio Prag. qui in alijs literis Jeśko vocatur. Vide K. 2. cæterorum, qui hîc citantur, exceptis Potensteinijs, ignoratur familia.

H *Conradus*

Solan. *Conradus miles* de Sulevvicz *pro anima sua, & Majorum suorum, nominatim Dominæ Elisca dotat, & auget censibus Ecclesiam Parochialem in* Solan, *A.* 1372. *Subscripti strenui Milites Jarco, & Pessiko de* Zichovv.

Kaplirz. Hæc beneficientia, & liberalitas spectat ad *Kaplirzios*, qui se de *Sulevvicz* intitulant; *Conradus fuit supremus Scriba Regni Bohemiæ*, quem veteres vocabant *Protonotarium Tabularum*.

Wrczan. *Quidam Census pro Ecclesia in* Wrczano *enumerantur. A.* 1373.

Niemczicz. *Fundantur quatuor Missæ hebdomadibus singulis peragendæ in Ecclesia Parochiali in* Niemczicz *à Nicolao, & Onssone fratribus de* Uhlavv, *& à Rynhardo, & Stephano fratribus de* Czesticz *A.* 1371. 23. *Decembris.*

Czeika. V. infrà An: 1372. de Czesticz. *Niemczicium* illud esse reor, quod non procul *Planicio* situm est, quódque longissimè *Czeicæ de Olbramovvicz* tenuerunt. Qui fuerint Equites de *Uhlavv*, dicetur aptiore loco; Fratres de *Czesticz* Lazanskiorum Patrueles eadem arma gesserunt; alij, & ex alia stirpe fuerunt Equites de *Czechticz*, ùt in Stemmatographia dicetur.

Sobeslavia. *Ratificatur Fundatio Missa in* Sobeslavv *à Petro, Ulrico, & Joanne Fratribus de* Rosenberg. *A.* 1371.

Paczovv. *Pro Ecclesia in Paczovv census quidam, vel agri.*

Jam nuper dixi Paczovienses memorias ad *Malovecios* pertinere. Vide suprà Annum 1366.

S. Jacobus in p. parte. *Ecclesia Parochialis S. Jacobi prope* Monasterium Carthusiensium *extra muros minoris* Civitatis Pragensis *certis quibusdam augmentis dotatur A.* 1333. *Sed inscripta primùm hìc sunt.*

Czaslavia. *Erectio & dotatio Novi Altaris in Ecclesia* Czaslaviensi *à Civibus ejus loci. Anno* 1371.

Wlczicz. *Permutatio quorundam agrorum Ecclesiæ in* Wlczicz *pro alijs commodioribus. Anno* 1373.

Melnicensis Collegiata Ecclesia. *Elocatio silvæ, & agrorum spectantium ad* Præposituram Mielnicensem *qui procul in Plsnensi Districtu erant siti ab* Joanne *Divinâ miseratione Præposito Ecclesiæ Mielnicensis cum consilio* Capituli *ejusdem Ecclesiæ facta Anno* 1371. 6. *Martij. Subscribunt: Ditmarus, Simon de Zabehlicz, Petrus Boleslaviensis Præpositus, Bohunco, Herbordus. Purckardus de Kolovvrat, Wenceslaus Lepus, Victor, Canonici Ecclesiæ Mielnicensis.*

Eccl. Metropol. *Literæ censuum pro Altari* S. Thomæ *in Ecclesia Pragensi, & pro D. Archidiacono Bilinensi in eadem Ecclesia. A.* 1371.

D. 7. Cœnob. Cladrub. Raczko *Abbas Cladrubiensis permutat quædam bona sua pro alijs in emolumentum sui Cœnobij cum Domino Raczkone de* Prostieborz. *A.* 1373.

de Prostiborz. *De Prostiborz* illustris Equitum stirps in vetere Bohemia, de qua in Stemmatographia agetur. Existimo vix ullum hujus stirpis superesse.

Crumlovv. *Literæ donationis cujusdam Census Ecclesiæ in* Crumlovv *à Petro, Ulrico, & Joanne de* Rosis *in quandam compensationem erecti* Monasterij Sanctimonialium S. Claræ *sub*

de Rosis. *Castro Crumloviensi. Datæ A.* 1372. 23. *Decemb.*

Hasce literas ad longum, ùt dicere solemus, descriptas servo, ac fortasse cùm de Religionibus agetur, recitabo.

Sticzicz. *Literæ donationis Census Ecclesiæ Parochialis in* Steiczicz, *qui donatur à D. Nicolao, & D. Cunssone Fratribus de* Uhlavv. *Actum in Uhlavv, Anno* 1372. *Subscribunt: Joannes Plebanus in Wodnian pro tunc Decanus Bechinensis, & Wenceslaus Plebanus in Bavvorovv, aliàs in Blanicz.*

F. 7. *Alia fundatio, eáque liberalissima, & ditissima recitatur eorundem Nicolai, & Onssonis, seu Cunssonis Fratrum* in Uhlavv, *Ecclesiæ Parochiali in Sticzicz, vel Svvviczicz, ut Plebanus*

ipsemet

ipſemet ſecundus ( *ùt literæ loquuntur ) ibidem D E O ſerviat. Fidejuſſores Stiborius, &* Buſco *fratres* de Machovvicz ; *pro anima D. Abſſikonis Genitoris noſtri, D. Czadkonis Canonici Pragenſis fratris noſtri, D. Svvatomiri* de Niemczicz *Patrui noſtri, & Joannis filij ſui. Datum in Uhlavv A. 1372. hæc omnia confirmantur :* Capellanus in Uhlavv.

*Nos Jenczo Præpoſitus Eccleſiæ S. Crucis Wratislaviæ, Joannes Decanus S. Apollinaris Pragæ, Borſſo Archidiaconus Bechinenſis Canonici Eccleſiæ Pragenſis, Vicarij D. Joannis Archiepiſcopi.* Vicarij Archiepiscopales.

Equites *de Uhlavv* nimis probabili conjecturâ Czeikas eſſe inducor ut credam ; quia Svvatomir eorum Patruus Nemczicium tenuiſſe hîc dicitur ; *Nemczicium* autem ab omni prorſus memoria *Czeikiana* ſtirps tenuit ; id ſepulchra eorum vetuſtiſſima, quæ ipſe vidi, teſtantur ; id loquuntur Parietes Genealogiâ *Czeikarum* vetuſtiſſimo Scripturæ, & picturæ genere notati, quam nuper prætextu munditiæ quidam alteriùs ſtirpis deleri curavit. Porrò Equites de *Machovva*, vel *Machovvicz Kunaſſij* hodiéque dicuntur. Czeika. Kunaſſ.

*Fundatio* Miſſæ de B. Virgine *in Aurora, quam Maturam dicimus, in Eccleſia* Wodnianenſi *ab ipſis Civibus A.* 1372. Wodnianũ.

*Permutatio cujuſdam piſcinæ, quæ ſpectabat ad Eccleſiam in* Chlum. *Anno* 1373. *teſtes: Wolkerus de Hradek, Rynardus dictus Pohan de Oſtupenicz, pluréſque alij.* Chlum. G. 7.

*Pohan* quis fuerit, non liquet, Wolkerum ex ſtirpe *Marquardorum de Hradek* hodiéque ſuperſtitum ſecurè affirmo.

*Literæ ordinationis factæ inter* Præpoſitum *Canonicorum Regularium S. Auguſtini in* Jaromir, *& inter ejus urbis* Cives : *in quibus litteris determinatur, quid Præpoſitus, quid Cives verſâ vice, quid* Scholæ *diebus ſingulis, quid in feſtis per annum, quid Dominicis agere obligentur. A.* 1374. *res eſt lectu digniſſima.* H. 7. Ordo cultûs divini Jaromirij.

*Fundatio Miſſæ de B. Virgine in Eccleſia* S. Spiritûs in Grecz *An:* 1374. *à Civibus ipſis cenſus annuos offerentibus.* Reginohradecium.

*Erectio nova Capellæ ſub Oppido* Wilharticz *in monticulo in honorem SS. Corporis D. N.* J E S U *Chriſti, & B. Magdalenæ, quam ex fundamentis erexit, & conſtruxit ſuis ſumtibus A.* 1373. Zdacta Plebanus *in Wilharticz de conſenſu Nobilis Viri D. Joannis* in Wilharticz *Domini temporalis ibidem. teſtes : Joannes de Wilharticz, Wilhelmus de Czachrovv, Joannes de Letno, Dluhomil de Savvlekovv.* Capella in Welharticz.

*Nobilis Vir* in hiſce *Libris Erectionum*, ùt jam ſemel monui, titulus eſt Baronum, & Procerum Bohemiæ. Joannes de *Welharticz*, vel Wilharticz, ejúſque Majores, ex Dominis de *Novadomo* deſcendebant, licèt alijs gentilitijs armis uterentur, non roſis ſcilicet, ſed coronâ Regiâ paulùm ad latus dextrum inflexa, ùt in Stemmatographia Veteris Bohemiæ dicetur. Equitum de *Czachrovva* proſapia hodiéque in *Kaniczkijs* perſeverat. de Welharticijs. Kaniczky.

*Fundatio Noſocomij in* Sicca *ab ipſis Civibus, in honorem S. Eliſabeth Viduæ jam pridem ſub* Arneſto I. *facta, ſed ratificata & in Libris Erectionum inſcripta ſub Joanne Archiepiſcopo. A.* 1372. K. 7. Sufficium.

*Siccam* olim, quæ hodie *Sufficium* dicitur, appellatam ſcient Veteris Bohemiæ periti.

*Literæ* Caroli IV. *Imperatoris, & Bohemiæ Regis, quibus concedit, ut Opatovicenſe Monaſterium quaſdam villas emere poſſit A.* 1372. Cœnob: Opatovicense

*Donatio inſignis facta Eccleſiæ Parochiali* S. Bartholomæi *in* Zalezl *à* Nevvlaſio *de* Skalicz, *& filio ejus Marquardo. Subſcribunt huic donationi : Donico Decanus Dobruſcenſis, Jeſko de* Czernczicz, *Jeſko de* Weſelicz, *Taſſo de* Riſenberg, *Hinko, & Hinaczko de* Weiſenburg, *Arneſtus de* Czernczicz, *& Steziczko de* Skalicz. *Datum in Skalicz. Anno* 1367. M. 7. Zalezl de Skalicz.



Clarum

Clarum est ex usu perpetuo, hisce literis amicos, & cognatos subscribere; qui fuerint de *Skalicz*, nondum satis constat; *Dobruscensis* Parochia ob ditissimas fundationes *Mutinæ*, & Sezema ejus filij (quas nuper attuli) in Decanatum commutata est. Domini de *Czernczicz* ijdem de *Kaczovva Talmbergicorum* patrueles, ùt alibi probabitur. Tasso de *Risenberg*, videlicet Protasius ex familia *Borssonum* Ossekanorum Comitum, qui rastrum hortense gestabant in Clypeo, ùt suo loco dicetur, & pridem in *Epitome* ostendi.

de Risenberg.

S. Nicolaus Pragæ.

*Ratificatio quorundam censuum à Civibus Pragensibus donatorum Capellæ in Ecclesia S. Nicolai Majoris Civitatis Pragensis, cujus Capellæ Titulus fuit SS. Trinitatis in Crypta Anno* 1374.

Litoznicz.

*Permutatio quædam agrorum spectantium ad Ecclesiam in* Litoznicz *cum quodam Cive Pragensi A.* 1374. 15. *Novembris.*

Sluh.

*Literæ de decimis, quæ debentur Ecclesiæ in* Sluh. 1374.

Luticz.

*D. Borsso de* Risenberg *erigit, & dotat Altare novum in Ecclesia Omnium Sanctorum in* Luticz *A.* 1375.

Ryzmberg. Risenberg. Rissemburg

*Tres Familiæ* nobilissimæ eodem propè cognomine in Vetere Bohemia appellantur: de *Ryzmberg* Ssvvihovvskij, *de Risenberg* Ossecani Comites, qui Cœnobium Ossecense fundârunt, & ùt dixi, ferebant rastrum in Clypeo, ùt in Ecclesia Ossecensi in eorum sepulchris hodiéque videre possumus; Equites de *Rissemburg*, vel *Risemburg Rassinij* dicebantur; primorum, & ultimorum familiæ hodiéque supersunt; hæc omnia in Stemmatographia irrefragabiliter me probaturum promitto; *Wrzesstiovij de Risenburg*, cujus ex his stirpis fuerint, dubitant eruditi. Vide infrà *Wrzesstiovv.*

Tein Pragæ.

*Erigitur, & dotatur à Civibus Pragensibus Altare Sanctorum Felicis, & Adaucti in Ecclesia B. M. Virginis in* Tein *A.* 1375.

Kozel ditio S. Apollinaris.

*Literæ de* Obedientia in Kozel *pro* Ecclesia S. Apollinaris *Pragæ Anno* 1375. *nominatur ibidem Ioannes Decanus S. Apollinaris, & Ulricus Decanus Omnium Sanctorum in Castro Pragensi.*

*Collegiata Ecclesia* S. Apollinaris à Carolo IV. *Pragam ex* Saczka *translata est, ut ex libris Erectionum intelligimus, & paulò pòst dicetur.*

Stiepanovv.

*Donatur census perpetuus Ecclesiæ in Oppido* Stepanovv *ad Archiepiscopum Pragensem spectante ab ipsis Oppidanis Anno* 1375.

Zdanicz.

*Literæ ordinationis super Decimis, quæ debentur Ecclesiæ in* Zdanicz, *inter Plebanum illius Ecclesiæ, & inter Ioannem Abbatem, Wilhelmum Priorem, & totum Conventum Monasterij* Opatovicensis *A.* 1375.

Przedslavvicz. de Czesticz.

*Permutatio quorundam bonorum Ecclesiæ in* Przedslavvicz *à D. Rynhardo, Przechone, Stephano, Ioanne, & Weczlino fratribus germanis* de Czesticz, *A.* 1375.

*Przedslavvicz* villa non procul *Nemczicio* sita; quinam fuerint Equites de *Czesticz* dictum est suprà ad Añum 1371. cùm de Ecclesia Parochiali in *Nemczicz* ageremus.

Clumin.

*Donatio quædam Ecclesiæ in* Clumin *A.* 1375.

*Cluminensis* Ecclesia ùt infrà patebit, plurimis donationibus, & Censibus dotata fuit.

Permutatio bonorum Cœnobij in Saczka & Collegiatæ Ecclesiæ in Wietrovv.

*Ratificatur permutatio bonorum, quæ ad duas* Ecclesias S. Apollinaris *spectabant in* Saczka, & Pragæ *in nova Civitate: Constituti in nostra præsentia Honorabiles Viri: Joannes Decanus, & Canonici* Ecclesiæ S. Apollinaris *in Praga ex una parte, & ex altera Religiosi Viri* Benedictus Præpositus, *& Canonici Monasterij in* Saczka *&c. enumerantur ibidem* novem Religiosi *Saczkenses.*

Dignæ

Dignæ ſunt lectu literæ hujus concordiæ, ut utriuſque Fundationis tam *Collegiatæ Eccleſiæ S. Apollinaris*, quàm *Conventûs Saczenſis* ditiones cognoſcantur.

*Venditio Judicij in* Pilgrems, *ſeu in Pelhrzimovv, vel Peldrzimovv.*

Peldrzimovv. Emitur Caſtrum Helfenburg ad Raudnicium

Emit his annis Joannes Archiepiſcopus Pragenſis Caſtrum *Helfenburg* ſitum prope *Raudnicz* Civitatem ſuam, & cùm ſolvendo non eſſet, vendidit in ſuo Archiepiſcopali Oppido *Pelhrzimovv* judicium Oppidanis pro 360. Sexagenis Pragenſium groſſorum, idque anno 1375.

*Pilgram* ab Epiſcopo Pragenſi nomen accepiſſe jam antè dixi; fuit Oppidum Archiepiſcopale. Caſtrum *Helffenburg* ubi ſteterit ad *Raudnicium* diligentiſſimè, & ſæpius à Civibus *Raudnicenſibus* quæſivi, nunquam reſcire potui. Sæpe tamen de eo fit in MM. SS. mentio, & in eo caſtro *reliquias Sanctorum* ex Pragenſi Eccleſia primùm, velut ad tutiſſimum locum depoſitas fuiſſe codices manuſcripti affirmant; quas tamen *Wenceslaus Cæſar revehi* Pragam *juſſit*.

Tuchomysl

*Enumerantur quidam cenſus Eccleſiæ in Tuchomisl. Anno* 1375.

Naczeracz. de Podole.

*Dotatio Eccleſiæ Parochialis titulo S. Wenceslai, & S. Adalberti in* Naczeracz *facta A.* 1375. *à D. Marſikone de* Podole, *dicto in* Selmberg.

Non ſatìs conſtat, cujus ſtirpis D. *Marſiko* fuerit; conſtat alioqui de *Sſelemberg* ab origine eadem cum Hazemburgicis deſcendere; ſed hic *Marſiko* probabiliter Equeſtri ſtirpe editus fuit.

T. 7. Capellæ Jeruſalem.

*Donatio Vineæ cujuſdam, & Piſcinæ pro* Capella *dicta* Jeruſalem *S. Bernardi Confeſſoris à Domina Ela relicta Fridlini Pelliſicis de Praga Anno* 1375.

Hæc donatio ex ſequenti articulo meliùs intelligetur.

Domus S. Bernardi donatur Ciſtercienſibus.

*Literæ* Caroli IV. *Imp. & Boh. Regis, quibus præmiſſo inſigni encomio Ordinis Ciſtercienſis*, Domum S. Bernardi *in antiqua Urbe Pragenſi pridem nuncupatam vulgariter* Jeruſalem *cum Capella, cum ſuis Juribus, ſervitutibus &c.* quemadmodum bonæ memoriæ honorabilis Milicius, quondam devotus noſter dilectus ex pijs Fidelium eleemoſynarum largitionibus dictam Domum tenuiſſe, & conſtruxiſſe dignoſcitur &c. Venerabili Ciſtercienſi Ordini purè, ſimpliciter, & irrevocabiliter in perpetuum, Chriſti nomine invocato (*ùt Carolus ipſe loquitur*) offerimus, damus, &c. 16. *Calend. Januarij. Eaſdem literas recitat, & confirmat* Joannes *Archiepiſcopus Pragenſis A.* 1375. *ultima Junij.*

Laus Milicij

Caroli IV. amor in Ordin. Ciſter.

*Caroli IV.* in Ordinem Ciſtercienſem amor, à materno lacte *Eliſabethæ* Matris ſumſit originem, quæ hujus Sacri Ordinis, & Abbatum ejus ope Regnum Paternum obtinuit, ùt in *Hagecio* legimus; Ex hiſce Caroli literis & illud evidenter intelligimus: *Milicium* malè à *Flaccio*, aliiſque Sectarijs, & ab *Odorico Raynaldo*, Catholico alioquin ſcriptore, in Annalibus Eccleſiaſticis *hæreſiarcham* appellari, cùm tam doctus, ſanctus, & pius Princeps *Carolus Milicium* bonæ memoriæ, & devotum ſuum dilectum appellet: videat, oro, Lector *Epitomen* noſtram hiſtoricam rerum Bohemicarum, in qua *Milicium* defendimus, & virum bonum, & ſanctum fuiſſe probamus; item ejuſdem *Milicij* vitam, quam lib. 4. Miſcellaneorum ex antiquo Trebonenſis Cœnobij codice publicavimus.

In Luticz, Matura.

*Borſſo de Riſenberg Baro Bohemiæ Dominus Civitatis* Luticz, *in Parochiali Eccleſia ibidem fundat, & erigit* Miſſam, *quæ* Matura *dicitur, de B. Virgine quotidie in Aurora canendam. A.* 1375. *ult. Junij.*

Borſſones Oſſecani Comites.

Ex hoc etiam loco confirmantur ea, quæ paulò antè de *Borſſonibus* dixi: erravit profectò hiſtoriæ patriæ peritus, qui hos *Borſſones de Riſenberg* cum *Sſvvihovijs de Ryzmburg* confudit, in quem etiam ſcopulum impegit *Paprocius*, ùt in Stemmatographia ſole meridiano clariùs oſtendemus; cur *Borſſones pauperes de Oſſek* (licèt Comites) appellati ſint, in *Epitome* diximus.

U. 7. Fundatio pro Pauperibus Clericis. Parochia S. Benedicti in Hradczā.

Joannes Archiepiscopus *Pragensis de suis bonis hæreditarijs fundat Domum hospitalem novam in* Hradczana *ante Castrum Pragense, sub titulo. & honore* S. Antonij *Confessoris, &* S. Elisabethæ *Viduæ &c.* pro Clericis pauperibus, & Scholaribus. *ut autem Erectio hujus Hospitalis nihil præjudicet Parochiali* Ecclesiæ S. Benedicti *in Hradczana, statuit, ut ex præfato hospitali, Parochiali Ecclesiæ quotannis una Sexagena grossorum Pragensium solvatur. Statuit etiam, ut in eodem hospitali celebrentur Anniversaria bonæ mem. Magistri* Joannis Medici *de Novadomo Canonici Pragensis; item bonæ mem. Dominorum* Wratívogij Decani *Prag. &* Ctiborij *Archidiaconi Litomericensis Canonici nostræ Ecclesiæ Pragensis &c. Meminit etiam in his literis Joannes Archiepiscopus fundati Altaris S.* Wenceslai *in Ecclesia Pragensi ab Alberto filio Jarossij de* Podiehusf. *Subscripti leguntur Hinko Decanus, Potha Archidiaconus, Adalbertus Scholasticus Eccles. Prag. Anno* 1375. 7. *Julij.*

Eccl. Prag.

Joannes Ocellus de *Wlassim* utilissimi hujus operis Fundator fuit, quæ Fundatio utinam renovaretur nostrâ ætate in tanta pauperum, & oberrantium Clericorum multitudine! Nomina Canonicorum Ecclesiæ Pragens. diligenter sunt notanda, de quibus alio loco.

Eccl. Prag.

*Erigitur Altare in Ecclesia Pragensi* S. Erhardi Episcopi, & S. Ottiliæ *Virginis ex bonis hæreditarijs ab Joanne Archiepiscopo Prag. A.* 1375. 5. *Julij.*

Jam sæpius antè de hoc Altari, ejúsque Erectione in his libris egimus, ideóque supervacaneum est dicta repetere.

S. Castulus Pragæ.

*Erectio & Fundatio Capellæ omnium SS. in Ecclesia S.* Castuli *Pragæ A.* 1375. *pro anima D. Przyboij dicti de* Lithovvicz.

Fortasse scribendum erat de Lethovvicz, qui erant Domini de *Ronovva.*

Hodieticz.

*Fundatio, & Erectio Altaris S. Nicolai in Ecclesia Parochiali in* Hodieticz *à Bohuslao de* Suchdol. *aliàs de* Hradisczе *A.* 1375. *Subscribunt Providi Viri: Walkerus de Suchdol, aliàs de Hradek, Dolassius de Suchdol Patrui mei.*

Prosik.

*Census quidam Ecclesiæ S. Wenceslai in monte Prosik. A.* 1375.

S. Gallus Pragæ.

*Erectio, & dotatio Capellæ S. Annæ in Ecclesia S. Galli Pragæ A.* 1375. *Et pro eodem Altari ibidem alia litera eodem anno.*

Chlum.

*Permutatio Decimarum pro Prato Ecclesiæ in Chlum, facta à Przibicone cliente de Gielda. A.* 1375.

*Pemutatio molæ ad ad* Lipam *pro Plebano Ecclesiæ* Lipensis. *A.* 1375.

Carolus *Canonicus Ecclesiæ* S. Georgij *in Castro Pragensi elocat* Curiam *suam in* Stratievvnicz *ad annos decem. A.* 1372.

Collegiata Eccles. ad Georgium.

Ex hac elocatione postrema evidenter apparet, *Collegium Canonicorum* fuisse in *Ecclesia S. Georgij in Castro Pragensi*; quod clariùs probabitur authenticis instrumentis, dum agemus de Parthenone S. Georgij in sequentibus.

Konanicz.

*Emtio unius lanei agrorum pro Ecclesia in* Konanicz. *A.* 1375.

Tachovia.

*Literæ de censu Altaris SS. Philippi, & Jacobi Apostolorum in* Ecclesia Parochiali Tachoviæ. 1375.

*Limites duarum Parochiarum in* Zaton, *& in* Przidole *A.* 1375.

Zaton.

*In his literis nominatur* Nicolaus Præpositus in Zaton, Ordinis S. Benedicti A. 1375.

Fuit *Zaton ditio & Præpositura* Cœnobij Benedictini, *Ostroviensis* seu *Insulani.*

Archiepisc. Prag.

*Permutatio certorum agrorum* Archiepiscopatûs Pragensis. *A.* 1376.

S. Gallus Pragæ. D. s.

*Ratificatio quarundam literarum spectantium ad dotationem Ecclesiæ* S. Galli *in antiqua urbe* Pragensi. Anno 1362. 1371. 1373. *& iterum aliæ literæ* 1326. 1346. 1357 1365. 1368. 1366. *confirmantur à* Vicario *D. Archiepiscopi A.* 1381. *Omnes hæ dotationes, & Erectiones factæ sunt à Civibus Pragensibus Antiquæ Urbis.*

Lector

# Lectori benevolo S.

*CUm ad hunc locum Typotheta pervenisset, animadvertit ob literarum Typi similitudinem, nullum propè, aut exiguum, inter ea quæ ex* LL. Erectionum Author *exscripserat, & inter* Notas, *quas adjecerat, apparere discrimen; itaque capto in arena Consilio statuit, ùt in posterum* Notæ *& glossemata* Authoris *Asteriscis vel stellulis signarentur, atque ita quæcunque Asteriscis* * * *includentur,* Notæ *sunt & de clarationes Authoris; quæ verò Asteriscos initio non habent, ea sunt ab Authore ex* Libris Erectionum *compendio exscripta.* *Hæc necessariæ claritatis gratiâ, Tibi Lector benevole duximus indicanda.* *Vale.*

# ERECTIONUM VOLUMEN SECUNDUM.

PRonunciatio Vicariorum super Decimis Ecclesiæ Parochialis in *Tissovva*, & quòd Vicarius ad eandem Ecclesiam teneri debeat. Anno 1374. A. 1. Vicarius in Tissovva.

* Hæc Ecclesia ad *Tachoviam* sita esse videtur. *

Litteræ Apostolicæ *Gregorij Papæ*, quibus incorporantur Monasterio *Sedlecensi* Ordinis Cisterciensis omnes *Capellæ* exstructæ in *Montibus Cuttnis*; ibidem asseritur, quòd argentifodinæ *Cuttnenses* inventæ sint in loco de *Patronatu Abbatis*, & Conventûs *Sedlecensis*; nominatur id temporis Abbas *Theodoricus* Dat: Avinione Pontificatûs Anno V. B. 1. Sedlecense Cœnob:

Hasce literas Apostolicas recitat *Joannes* Archiepiscopus Anno 1372. 9. Decembris. præsentes adfuêre Joannes de Litomisl Licentiatus in Decretis Decanus Ecclesiæ S. Apollinaris Pragæ; Johelinus de Praga Inquisitor hæreticæ pravitatis Diœcesis Pragensis.

* Literæ Apostolicæ *Gregorij Papæ* mihi videntur esse subreptitiæ; aut posteriùs alijs Pontificum literis fuit ijs derogatum; siquidem hodie non subsunt Cœnobio illæ Capellæ, ac nominatim *S. Barbaræ Ecclesia*, olim Capella, sui est Juris. * Sacella Cuttnensia.

Census Altaris S. Joannis Evangelistæ & SS. Simonis & Judæ Apostolorum in *Ecclesia S. Galli* in antiqua Praga Authoritate Archiepiscopi aliò transfertur. Anno 1386. S. Gallus Pragæ.

Permuta-

**Fridburg.** Permutatio villæ in *Wagnerſchlag*, & Silvæ, ſpectantium ad Eccleſiam in *Fridburg* eam verò Silvam donârat Eccleſiæ in *Fridburg* bonæ memoriæ Henricus de *Roſenberg*. Datum 1376.

**Zdiar.** Permutatio Agri & prati ſpectantium ad Eccleſiam in *Zdiar* cum Agris, &c. D. Wilhelmi Clientis de *Zdiar* ad flumen Bradavvam. Anno 1376.

**Equites Zdiarsky.** * Hæc memoria videtur ſpectare ad Equites de *Zdiar* ſeu *Zdiarsky*, qui noſtrâ memoriâ novô & antiquis inuſitato nomine *Equites de Sora* appellari maluerunt; qua de re in ſtemmatographia. *

**In Strziczicz Vicarius.** Donatio quædam Eccleſiæ in *Strziczicz* facta ab *Onſſone* de Uhlavv, cujus vi Plebanus Eccleſiæ in *Strziczicz* tenetur in Parochia ſua alere *Vicarium*. Fuit Onſſo Fidei commiſſarius bonæ memoriæ Fratris ſui *Nicolai de Uhlavv.* nominatur ibidem *Maruſſka* genitrix utriuſque &c. Datum in *Uhlavv* A. 1375.

* Aliquot Fundationes *Equitum de Uhlavv* Tomo ſeu Volumine I. retulimus, quos tum ſuſpicabar eſſe *Czeikarum* de Olbramovicz patrueles. *

**Uſerovv.** Donatio duarum Marcarum Censûs Eccleſiæ in *Uſerovv*. A. 1376.

* Hæ literæ tam corrupto charactere ſcriptæ ſunt, támque obſcurâ ſententiâ, ut donatores dicere & annotare non potuerim. *

**Tinhorſſovienſis Eccl. Collegiata.** Braxatorium *Eccleſiæ Tinhorſſovvienſis* exſtructum ab honorabili Viro D. *Przibiſlao* Archidiacono Horſſovienſi in Eccleſia Pragenſi, Theſaurario D. Archiepiſcopi. A. 1376.

* Cum Facultate Archiepiſcopi Braxatorium exſtructum eſt: erat enim *Tina Horſſovvienſis* Civitas Archi-Epiſcopalis. *

**Reginohradecium.** Translatio Cenſûs duarum Sexagenarum Altaris Inſignium D. N. JESU Chriſti in Eccleſia S. Spiritûs in *Grecz* A. 1376.

* De hujus Altaris *Reginohradecij* fundatione dictum eſt Tomo I. Erectionum. *

**Peldrzim:** Erectio Capellæ B. Virginis in Suburbio Civitatis in *Pilgrems* aliàs de *Pelhrzimovv* à D. Nicolao de Pelhrzimovv Doctore Decretorum. A. 1376.

**Budvveis.** Erectio & Dotatio Altaris B. M. Magdalenæ, Lazari, & Marthæ in *Budvveis* facta ab ipſis Civibus. A. 1376.

**Chlum.** Erectio & Dotatio Capellaniæ in *Chlum* à quibuſdam pijs hominibus agente Nobili Viro D. Conrado Milite dicto *ſtup* de Rodicz. A. 1376.

**Capella in Roſenberg.** Ratificatio Cenſûs Capellæ S. Catharinæ in Cœmiterio Eccleſiæ Parochialis in Rozemberg. A. 1376.

* De hac Capella & ejus Cenſu actum eſt ſuperiùs, hoc loco tantùm Cenſus ratificatur. *

**K. 1. S. Gallus Pragæ.** Quidam Cenſus pro *Eccleſia S. Galli* in majori Civitate Prag. A. 1376. à Civibus Pragenſibus.

**Capella Hoſpitalis ſub Wiſſehrado.** Erectio Capellaniæ in *Hoſpitali S. Mariæ de Homilitate ſub Wiſſehrado* Pragæ ex Cenſibus Hoſpitalis ab Ulrico Huemburg, Canonico Eccleſiæ *Wiſſehradenſis & Rectore* ejuſdem *Hoſpitalis*. A. 1377. 19. Januarij.

* De hoc *Hoſpitali ſub Wiſſehrado* alius erit, íſque longè aptior ſcribendi locus. *

**Pagi Univerſit: permutantur.** Permutant quædam bona ſua *Rutherus* de Winkoy Colonienſis Diœceſis *Rector Univerſitatis ſtudij Pragenſis &c.* Villas Broczan, Habenovv, Chudelazy pro alijs Villis, cum *D. Henrico* dicto *Sskopek de Duba* Magiſtro Curiæ D. Reginæ Bohemiæ, & pro villa *Dubeczek*. A. 1376.

**Noſocomiū in Zleb cōmittitur Ciſtercienſ:** Erectio *Hoſpitalis in Zleb à Marquardo* Cameræ Imperatoris Caroli IV. Magiſtro, & Petro *Curiæ Magiſtro* Fratribus de *Wartemberg* Dominis in *Koſt*: ut in eo Hoſpitali alantur perpetuò ſex Monachi Profeſſi Monaſterij *Gradicenſis* Ordinis Ciſterci-

ſterci-

terciensis, ex quibus unus sit *Præpositus* seu Provisor Hospitalis, & in eo duodecim pauperes stabiliter alantur &c. Anno 1377. — Domini de Zleb Wartembergici.

* Hospitale hoc propè æquabat Cœnobij alicujus fundationem, literas ipsas in Cœnobijs postea recitabo. Ex hoc etiam loco satis intelligimus *Dominos in Zleb* hoc tempore *Wartembergicos* fuisse, qua de re hactenus magna fuit inter Authores sententiarum varietas. vide T. 1. F. 6. hoc Hospitale fuit erectum primò (ut ibidem dixi) ab *Agnete de Zleb* Vidua, quod nunc Filij *Agnetis & Hinconis de Zleb*, aut saltem hæredes, tam magnificè auxerunt. *

Ordinatio quædam de Decimis Ecclesiæ in *Zlatnik* ad Pragam A. 1377. — Zlatnik.

Venditio Curiæ in *Hostomicz* quæ spectabat ad Hospitale in *Hradczano* Anno eodem 1377. — Hospitale in Hradczan.

* De hoc *Hospitali pro Clericis pauperibus* erecto diximus superiùs. *

Quidam Census pro Ecclesia in *Netolicz* ab oppidanis donati recensentur An: 1377. nominantur in hisce literis *Bernardus Abbas Monasterij ad S. Coronam.* — Netolicz.

Statuitur Anniversarium faciendum à *Decano S. Apollinaris* Pragæ pro anima *D. Joannis* Decani quondam *S. Apollinaris* ibidem, qui domum solennem apud dictam Ecclesiam pro se & successoribus suis, próque alijs Canonicis magnis sumtibus ædificavit. A. 1375. — M. 1. Domus ad S. Apollin:

*Karolus Imperator* approbat & confirmat Emtionem Castri *Blatnik* cum Oppido *Bohdanecz* & cæteris villis, quæ omnia emit *D. Joannes* Abbas de Orle & Conventus Monasterij *Opatovicensis* Ordinis S. Benedicti à Nobili Viro *D. Alberto de Cunneburg*. Datum Angermundæ A. 1377. x. Calend Junij. — Opatovicẽsis Cœnobij ditiones.

* Quam multas, quâmque præstantes ditiones habuerit *Cœnobium Opatovicense* ex dictis antea, & hoc etiam loco colligitur, cùm ditio *Blatnicensis* seu *Bohdaneczensis* satis lauta & copiosa haberetur. *Cunneburg* hoc loco intelligitur *Cuneticzka hora*, quod Castrum supra Cœnobium situm fuit; unde germanice de *Cunneburg* dictus est Castri hujus Dominus *Albertus*, quem probabile est fuisse ex stirpe Equitum de Pardubicz, hi enim pluribus sæculis hoc Castrum ditione tenuerunt, ut in *Stemmatographia* patebit. — Cuneburg Cunieticzka hora. Domini de Pardubicz.

*Nobilis Vir* appellatur, quòd *Equites de Pardubicz* procedente tempore in favorem *Arnesti I.* Archi-Episcopi Baronibus seu Dominis sint añumerati, ut ibidem probabimus. recepêre tamen postea hoc *Castrum*, aut Emtione impeditâ retinuêre *Domini de Pardubicz*, seu Miletnik; nam constat eos (ut alibi probabo) sub Georgio *Podiebradio* Castrum habuisse in potestate. *

*Petrus Præpositus, Slavata Decanus*, totúmque Capitulum *Ecclesiæ Boleslaviensis* permutant onus feudale Præposituræ suæ, ut armigeri & Clientes qui antea tenebantur *D. Præpositum* ex Castro *Podiehuß* ad bona Præpositurae pergentem comitari cum Lancea jam comitentur cum ballista A. 1377. — N. 1. Coll. Eccl. Boleslav.

* Ex hoc loco aliquantulum intelligitur obligatio *Clientûm & Nobilium*, qui in ditionibus Ecclesiarum, vel aliorum Dominorum habitabant, ut scilicet *Beneficiarios* suos in solenni aliquo itinere armati comitarentur, dicebantúrque *Clientes vel Armigeri*. & tales habebat Pragensis Ecclesia plurimos, qui honoris gratiâ & ob Privilegium (quòd eorum ditiones quodammodo Juris Ecclesiastici essent) appellabant se se *Armigeros Ecclesiæ Pragensis, &c.* qua de re suo loco. Castrum *Podiehuß* spectabat ad *Ecclesiam Boleslaviensem*, aliud ejusdem Nominis in *Bechinensi* spectabat ad *Rosenses*, ut dixi in historia *Capituli Boleslaviensis*. * — Onus Clientûm & Armigerorũ. Armiger Prag. Eccl. quid sit. Castrum Podiehuß.

*Przibislaus* Archidiaconus Horssovviensis & Canonicus Præbendatus Ecclesiæ Pragensis elocat *Ecclesiæ Pragensi* Domum suam in Hradczano sitam A. 1377. — Domus in Hradczan.

*Petrus de Janovvicz Præpositus, Slavata Decanus*, Custos *Ogerius de Sſvvamberg &c.* Canonici, totúmque Capitulum *Ecclesiæ Boleslaviensis* elocant in jus emphitheu- — Coll. Eccl. Boleslaviensis.

Janovvicz, Slavata, Slvvāberg.

ticum villas suas *Suffen*, & Suffnecz discreto Viro Jeskoni dicto *Hurak de Lopucz* Anno 1377.

* Apparet quàm illustres Viros nobilitate, hoc tempore habuerit *Boleslaviensis Ecclesia.* *

Reginohradecium.

Donatio duarum Sexagenarum Censûs Altari S. Crucis in *Grecz* in Ecclesia Parochiali, à Civibus loci A. 1377.

Romberg.

Donatio quædam ad Ecclesiam in *Romberg* A. 1377.

Tein Pragæ

Donatio Censuum Altaris *SS. Procopij & Mariæ Magdalenæ* in Ecclesia *S. Mariæ ante latam Curiam* Pragæ A. 1373. varijs annis donatorum à Civibus.

R. 1. Budvviciū.

Erectio & dotatio Altaris S. *Jacobi* in Cœmiterio Ecclesiæ Parochialis *S. Nicolai in Budvveis* A. 1377. à Civibus.

S. Nicolaus Pragæ.

Erectio Capellaniæ novæ in Ecclesia *S. Nicolai Pragæ* in foro pullorum Anno 1377. à Civibus

Zbraslavv:

Erectio Capellaniæ in *Zbraslavicz* à Nobili Viro *Ulrico de Zbraslavvicz* Anno 1377.

Kolovvrat.

* Domini de *Kolovvrat* olim dicti sunt de *Zbraslavvicz*, ut olim in *Stemmatographia* demonstrabitur evidenter. *

S. Nicolaus Pragæ.

Erectio & dotatio Altaris *SS. Martyrum* in Ecclesia *S. Nicolai* in majori Civitate Pragensi in foro pullorum à Civibus facta Anno 1377.

Vicarij Generales. Tetin.

*Jenzo Præpositus* Ecclesiæ S. Crucis Wratislavviæ, Cunsso de Trzebovvel Decretorum Doctor, & Joannes Prussinecz Canonici Pragenses, *Vicarij* in Spiritualibus Generales approbant permutationem Censûs cujusdam Ecclesiæ in *Tetin* A. 1378. 5. Febr.

Hospitale Boh: Romæ de Rosenb:

Donatio Censûs perpetui Domui seu Hospitali Bohemorum in Roma. Donant D. Petrus, Ulricus, & Joannes Frattes de *Rosemberg*. A. 1378.

* Hoc Hospitale à *S. Wenceslao* Romæ Erectum, & à *Spitihnæo* Principe Bohemiæ perfectum, in *Epitome historica* ostendi omnium *Hospitalium Romanorum*, quæ pro exteris nationibus condita sunt, *primum* fuisse. In *Historia Rosensi* quæ est apud me, recitantur literæ Rosensium hanc Fundationem instituentium. *

Vicarius in Przeczapel

Donatio insignis Ecclesiæ in *Przeczapel* hac conditione expressâ, ut *Plebanus* alat constanter *Vicarium*, cogentibus ad id honorabilibus & Religiosis Domicellis Abbatissâ & Conventu Monasterij *in Teplicz Ordinis S. Benedicti*, Patronis dictæ Ecclesiæ, de Consilio D. Decani Cadanensis A. 1378.

Cœnob. Teplic. ditio.

* Hodie ni fallor, ea villa *Peczapel* nuncupatur; fuisse videtur in ditione Cœnobij Teplicensis cum *Patronatu Ecclesiæ.* *

Cœnob. S. Procopij.

*Petrus* Abbas Monasterij *S. Procopij* Ordinis S. Benedicti, quædam bona Cœnobij sui vendit, alia item emit. quæ omnia à *Vicarijs Generalibus* confirmantur 1378.

S. Jacobus Zatecij.

de Kolovv:

Strenuus Vir Henricus de *Bezderovv* residens in Dessiiez vendit quædam Jura sua, quæ habet in subditos *Ecclesiæ S. Jacobi* sitæ in præurbio Civitatis *Zatecensis* Strenuo militi *D. Jacobo de Kolovvrat* A. 1378.

A. 2. Elisabeth Imperatrix. S. Wences: Altare.

*Elisabeth* Imperatrix & Bohemiæ Regina *Caroli IV.* Cæsaris Conjunx dotat magnificè Altare *S. Wenceslai* in Ecclesia Pragensi, ut in eo singulis hebdomadis *tres Missæ* legantur. Datum Pragæ A. 1378. 14. Maij.

* Hæc *Elisabeth* fuit quarta & ultima *Caroli* Cæsaris Uxor. *

Armigeri Archiepiscopatûs

Literæ super Juribus *Provisionariorum Archiepiscopatûs Pragensis* ubi agitur de ijs qui cum Lancea, & ijs qui cum galea, & ballistis servire debeant D. Archiepiscopo Anno 1378.

De Militia Præsulum Pragensiū.

* Vide quæ supra dixi. N. I. de Armigeris Ecclesiæ Pragensis, eorúmque dignitate & immunitate, alio in loco agemus. Hi *Clientes & Armigeri* sequeban-

tur so-

tur Solennia itinera Archiepiſcoporum Pragenſium, ut ſemper inſigni Nobilium comitatu procederent in publicum, & cùm in Obſequio verſabantur, alebantur ab Archiepiſcopis; horum *dentes* audire ſe non poſſe præparci illi *duo Archiepiſcopi Puchnicus* electus & *Conradus*, qui dimiſſis hiſce ſuæ Dignitatis præſidijs Archiepiſcopatum quodammodo exarmarunt, dicebant; De Militia & exercitu *Epiſcoporum Pragenſium* multa dixi in *Epitome*, cùm agerem *de Tobia* Epiſcopo Pragenſi. *

Donatio Cenſûs Eccleſiæ in *Udicz* à Nobili Viro D. Borſſone de *Riſenberg* An: 1378. 16. Junij. — Udicz.

Aliæ literæ de eodem Argumento. 5. Julij. — Borſſones de Riſemb:

* Quæ fuerit hæc *Borſſonum* familia, jam ſæpius dixi, ſcilicet *Comitum de Oſſek.* *

Incorporatur Eccleſia in *Jablonna* pro *Monaſterio in Gredicz* Ordinis Ciſtercienſis A. 1378. ultimâ Junij. — Cœnob: Hradiſitie.

Quidam redditus Capellæ Caſtri in *Lipnicz* 1378. 8. Octobris. — Capella Caſtri Lipnicz.

Erectio & dotatio Capellæ perpetuæ Miſſæ in Eccleſia S. *Leonardi* Pragæ Anno 1373. confirmatur A. 1378. 2. Novembris. omnis dotatio à Civibus Pragenſibus. — S. Leonardus Pragæ.

*Joannes Archiepiſcopus* Pragenſis hortum & turrim in Inſula infra pontem Pragenſem donat cuidam Nicolao Anno 1378. 5. Novembris. — Inſula infra Pontem.

Cenſus pro *Capella Omnium Sanctorum* in Caſtro Pragenſi, in & ſupra Domo *Decanatûs* Capellæ ejuſdem, quam de ſuis pecunijs conſtruxit *Ulricus de Sulzbach* Decanus Eccleſiæ Omnium Sanctorum A. 1378. enumerantur Canonici: Ditmarus Canonicus Pragenſis, Protivva de Libocz, Theodoricus de Svvaffordia, Hermannus de Wintervvich & Fridmannus de Praga Canonici Eccleſiæ Omnium Sanctorum in Caſtro Pragenſi. — Capella in Eccl. Omn. Sanctorum. Canonici ibidem.

* Hæ Literæ digniſſimæ ſunt lectu, quibus omnino addenda ſunt ea, quæ poſtea cùm de *Univerſitate Pragenſi* agemus, adferentur. *

Fundatio Miſſæ in Eccleſia *S. Nicolai* in foro pullorum in *Antiqua Urbe* Pragenſi facta à Civibus Pragenſibus Anno 1375. confirmata A. 1379. 2. Martij. — S. Nicolaus

Permutatio quædam Cenſuum Eccleſiæ in *Koſtelecz* A. 1379. 22. Martij. — Keſtelecz.

Fundatio Hoſpitalis S. Antonij in *Grecz Reginæ* facta à Civibus A. 1379. — G. 2. Reginohradecium.

Permutatio Agrorum Eccleſiæ in *Przedſlavvicz* cum D. Przechone, Joanne & Weczino Fratribus germanis de *Czeſticz* A. 1379. — Przedslav: H. 2. de Czeſticz.

* Jam ſuprà de his fratribus cujus ſtirpis fuerint, memini me aliquid dixiſſe. *

Nobilis Vir *Zdenko de Sternberg* Dominus Caſtri in Konopiſt prope Civitatem *Beneſſovv* cum conſenſu Nepotis ſui *D. Alberti* filij *D. Petri* de Sternberg donat X. Sexagenas annuas *Monaſterio FF. Minorum in Beneſſovia* pro animabus piæ memoriæ *Joancza & Catharinæ* conthoralium ſuarum, & omnium de cognatione ſua, ſed obligatur *Cœnobium* ad multa præſtanda. A. 1379. — de Sternberg. Cœn: Min: Beneſſoviæ.

* De hoc Cœnobio & pulcherrima Eccleſia ibidē *Beneſſovij* multis tractat *Crugerius* noſter in ſuis *Pulveribus*. Diligenter obſervandum eſt hoc loco, fragmentum Genealogicum ſtirpis Sternbergicæ. *

Permutatio Inſulæ cujuſdam in *Moldava* ſpectantis ad Eccleſiam in *Wrany*. Anno 1380. — Wrany.

Donatio quædam Eccleſiæ *S. Mariæ in Lacu* in Antiqua Urbe Pragenſi facta à Civibus ejuſdem Urbis A. 1379. confirmata 1380. — B. V. in Lacu Pragæ

Fundatio & Dotatio Altaris *S. Wenceslai in Eccleſia Miſnenſi per Joannem* Archi-Epiſcopum Pragenſem *tertium* opulentiſſimè facta, literæ inſcribuntur; *D. Nicolao Epiſcopo Miſnenſi* inter alia: *Jus præſentandi dicti Altaris nobis ut Archiepiſcopo Pragenſi & Nobilibus Martino, Paulo & Wenceslao de Genzenſtein Fratribus noſtris Germanis totaliter re-* — Miſnæ Altare S. Wenceslai. de Genzenſtein.

*liter reservamus ut nobis omnibus sublatis de medio ad Pragenses Archiepiscopos Jus Patronatûs debeat plenariter pertinere.*

Legatus Natus Arch. Prag. Licet autem ( verba recito Joannis Archiepiscopi ) *ratione legationis, utpote sedis Apostolicæ Vicarij, possemus in dicta Misnensi beneficia erigere, & creare, Nos tamen Vobis propter amicitiam in hac parte deferre volentes &c. Datum Franckenfurt Moguntinæ Diœces: A. 1380. 26.* Martij.

* Joannes III. ex familia Procerum de *Genzenstein* S. Wenceslao deditissimus hanc Fundationem fecit, qui hoc primùm anno post obitum Joannis *Woczkonis de Wlassim* Archiepiscopus est electus, de hujus Viri pietate & quâ ratione viso Cœlesti territus *Wolframo* Sororio suo Archiepiscopatum resignârit, in *Epitome* jam scripsimus. ✶

S. Nicolaus Pragæ. Donatio Census pro Missa celebranda in *Ecclesia S. Nicolai* in foro pullorum ad Altare S. Procopij, facta à Civibus Pragensibus. A. 1377.

K. 2. Rakoniciũ. Donatio Census pro Missa celebranda in Ecclesia in *Rakovvnik* A. 1379. confirmata Anno 1380.

S. Clemens in Porzicz. Donatio quædam Ecclesiæ S. Clementis in *Porzicz* à Civibus. A 1380.

S. Leonard. Pragæ. Census pro Altari *S. Wenceslai* in Ecclesia *S. Leonardi* Pragæ à Civibus. Anno 1378.

Census pro Altari *S. Nicolai* in Ecclesia *S. Mariæ ante Lætam Curiam* A. 1379.

Tein Pragæ. Erectio & Dotatio Altaris *SS. Bartholomæi*, Marthæ, & Lazari in Ecclesia *S. Mariæ ante Lætam Curiam in Praga* facta à Civibus A. 1363. aliisque annis, tandem confirmata Anno 1380. 10. Augusti. Ibid.

N. 2. Clatovia. Erectio & Dotatio Altaris S. Nicolai in Ecclesia Parochiali B. Mariæ *Clatoviæ* à Civibus Anno 1380.

Schlakenvvald. Fundatio Missæ B. Virginis Mariæ in Aurora in Ecclesia Parochiali in *Schlakenvvald à Borssone de Risenberg*, loci Domino. Datum in Castro nostro *Borssengrün*. Anno 1380.

Borssones. * Jam sæpius monui quæ *Borssonum* stirps fuerit; fuisse scilicet *Procerum Bohemiæ*, qui rastrum hortense gerebant in Clypeo; fuisse ( ut etiam ex hoc loco apparet ) multarum ditionum Dominos, Fundaverunt Cœnobium *Ossecanum* ad Castrum suum *Risenberg* &c. Vide plura in *Stemmatographia*. ✶

Kosovva hora. Quidam Census pro Ecclesia Parochiali in *Kossovva hora* recensentur A. 1367. facti, qui nunc confirmantur.

Clatovia. Erectio Altaris novi in honorem Christi Domini, B. Virginis, & SS. trium Regum in Ecclesia Parochiali S. Mariæ *Clatoviæ*, erigunt Cives Anno 1371.

Cœn: S. Catharinæ in nova Praga. Ratificatio Curiæ Allodialis *Monasterij S. Catharinæ* in nova Civitate Pragensi. Anno 1380. Literarum initium. *Nos Catharina Priorissa*, Ludmilla Procuratrix, Lucia Custrix, totúsque Conventus Monasterij Monialium S. Catharinæ in Nova Civitate Pragensi *Ordinis Eremitarum de Regula S. Augustini*.

* *De hoc* Cœnobio plura in *Cœnobijs* adferentur. ✶

S. Gallus Pragæ. Erectio villæ *Dalovv* pro Ecclesia *S. Galli* in Praga confirmatur. An: 1380.

R. 2. Zatecium. Fundatio Missæ in Aurora de B. Virgine *Zateczij* à Civibus. An. 1380.

Cœn: S. Crucis Pragæ. Benatek. Incorporatio Ecclesiæ in *Antiquo Benatek*, pro Fratribus *Religiosis de Pœnitentia BB. Martyrum Ordinis S. Augustini* in juvene Benatek; Supplicante Nobili Viro *D. Joanne de Drazicz*, qui habet jus Patronatûs utriusque Ecclesiæ A. 1380. asseritur *Fideles ad Ecclesiam Parochialem in juvene Benatek habere affectionem, & gratiam specialem.*

Draziciorũ Procerum Clypeus. * *Fratres de Pœnitentia BB. Martyrum*, aliàs S. Cyriaci dicuntur; de eorum origine alibi agemus: habuêre in Bohemia vix ultra quatuor Cœnobia, sed opulentissima; *Draziczij* Proceres eorum summi Amatores fuêre iisque Cœnobium hoc *Benatcense* funda-

fundarunt, in cujus Castri ruinis hodiéque cum eorum Cruce Clypeus Draziciorum *ramus virens* (qualis hodiéque in Porta Ecclesiæ S. Ægidij Pragæ & in Ecclesia *Raudnicensi* passim) spectatur, ut ipse vidi. *

Literæ de Censu Altaris B. Mariæ Virgin: in Ecclesia *S. Nicolai* in foro pullorum An: 1369. facto, sed hoc anno 1380. confirmato.

S. Nicolaus Pragæ.

Donatio unius Sexagenæ annuæ Census grossorum denariorum Pragensium cum 6. pullis pro lumine ante corpus Domini perpetuò in una Lampade arsuro in Ecclesia in majori *Uldrzichovv.* facta hæc Donatio à quodam Decano *Wltaviensi.* An: 1381.

Uldrzich: Lampas ante VEN. fundatur.

Donatio liberalissima pro Monasterio in *Trzebon* ex Testamento Fratrum Dominorum de *Rosenberg* , initium Literarum. *Nos Benessius Præpositus*, Jaroslaus Prior totúsque Conventus *Monasterij in Trzebon recognoscimus &c. Quia Domini nostri Petrus, Joannes Domini de Rosenberg Fundatores Monasterij nostri Principales nobis 66. Sexagenarum & quatuor grossorum annui & perpetui censûs ultra illa, quæ priùs cum Fratribus suis nobis donaverant, in Testamentis suis deputarunt &c.* Sequuntur Obligationes & Anniversaria quæ promittunt se servaturos, *Joannis* Regis, D. *Henrici* fratris fundatorum, & Domini *Hermanni de Miliczin* uno eodémque die occisorum &c. Datum in Trzebon. Anno 1380.

Cœn: Trebonense. Aniverseriū pro cæsis in prælio Cressiacensi

* Nemo inficiari potest, ingentes hujus Cœnobij fuisse divitias, adeò utquorundam oculi (quos nominare non audeo) vulnerarentur. Quâ stirpe editus fuerit *Hermanus Miliczin* dubium controversúmque est: quidam eum *Rosensium Patruelem*, alij ex stirpe *Talmbergica* (qui olim de *Miliczin* dicebantur) alij ex *Waldsteinica* prodijsse contendunt. ego tantisper suspendo assertum, donec certiora inveniam argumenta. *

Proceres de Miliczin.

Erectio & Dotatio Capellæ *S. Michaelis* in Ecclesia Parochiali S. *Jacobi Clatoviæ* facta à Civibus loci Anno 1381.

T. 2. Clatoviæ.

Cunslo de Trzebovvel Custos, & Canonicus Ecclesiæ Pragensis, & *Joannes Præpositus* Zderasiensis Decretorum Doctores hoc tempore (An: 1381. scilicet) erant Vicarij, qui Donationes & Erectiones confirmabant.

Vicarij & Officiales.

Census Altaris S. Erasmi & S. Blasij in Ecclesia *S. Leonardi* ab Anno 1338. facti, confirmantur Anno 1376. census omnes à Civibus Pragensibus.

S. Leonar. Pragæ.

Fundatio Missæ quotidianæ & perpetuæ in Ecclesia superiore, seu *Capella in Montibus Cuthnis*, An: 1381. omnia à Civibus.

Cuttna.

Donatio Ecclesiæ in *Medovves* facta, ob quam Plebanus tenebatur alere Vicarium An: 1387.

Vicarius in Medovves.

Erectio & Dotatio summi Altaris in Capella B. Virginis in *Lippa* à *D. Hinkone Berka de Duba* Domino in Lippa; nominatur ibidem Hinko Berka de Duba *Dominus in Hohenstein frater noster* (Hinkonis) *charissimus testis & strenuus Sobehrd de Dizevvicz*, & Henslinns de Svvoykovv Milites nostri 1383.

Lippæ Capellanus. Berka de Hohenstein.

* Domini *Bercæ* multis sæculis *Lipam* tenuerunt: *Hohenstein* Castrum ad Misniam, unde ramus Berkanum prodijt, qui de *Hohenstein* appellabantur, non secùs ac alij de *Ronovv, de Klinstein, de Nachod, de Adrsbach*, principaliter *de Lippa, de Fridlant &c. de Svvoykovv* Capaunij fuere. *

Rami Berkarum varij. Kapaunij.

Literæ cujusdam compositionis inter *Ioannem* Episcopum Litomislensem, & Religiosos viros *Dluhomilum Priorem*, & Capitulum ejusdem Ecclesiæ, approbatur A: 1380. in ijsdem literis est mentio *Arnesti* Archiepiscopi Pragensis, *Alberti* Episcopi Lithomislensijs & Compositionis quam authoritate Apostolicâ fecerat *Przeczlaus* Episcopus Wratislaviensis.

Episcopus Litomislensis.

* Multa diversa jura ab alijs Episcopatibus: *Episcopatus* habuit Litomislensis nam cùm

Episcopus & Canonici Litomisslēses ex Ordine Præmonstratensium.

cùm *Cœnobium Præmonstratense* Episcopo, & Episcopatui incorporatum esset, *Præmonstratenses*, qui in Cœnobio illo degebant, *Canonici Cathedrales* evasêre. Vestitum etiam ferebant utcunque diversum à Religiosis cæteris ejusdem Ordinis, depictúsque est quidam *Canonicus Litomissensis* in Ecclesia Novodomensi in Choro in Altari *SS. Doctorum* Ecclesiæ ex qua Effigie *Lector*, id quod dico, conjicere possit. ✱

S. Clemens in Porzicz.

Census annotati & confirmati pro Ecclesia *S. Clementis in Porzicz* Pragæ An: 1381. 16. Maij à Civibus facti sunt.

Czvvitavia Capitulum Litomissl.

Literæ Capituli *Ecclesiæ Lithomissensis* super Decimis in *Czvvitavia* Nominantur in ijs *Nicolaus Prior*, Dluhomil Custos, Ludvinus Cantor, Sipoldus Scholasticus An: 1381. confirmantur hæc An: 1364.

Kosmonos.

Donatio Ecclesiæ in *Kosmonos ab Ioanne* de Lemberg dicto de *Zvvirzeticz* An: 1383. Sigilla D. Galli de Lemberg dicti de *Zvvirzeticz* genitoris nostri dilecti, Havvlikonis & Wilhelmi de Lemberg dictorum de *Zvvirzeticz* fratum nostrorum, &c

Wartemb: de Zvvirzeticz & de Lemberg.

✱ Ex his literis evidenter constat Dominos de *Lemberg* Zvvirzeticios, id est *Wartembergicæ lineæ Zvvirzeticensis* fuisse, quod ampliùs in Stemmatographia probabitur. ✱

A. 3. Czaslavia.

Erectio & Dotatio Altaris S. Catharinæ facta à Civibus loci in Ecclesia Parochiali *Czaslaviensi* An: 1381.

Cuttna Cœn: Sedlecense.

Fundatio perpetuæ Missæ in Ecclesia Parochiali in *Montibus Cuthnis* An. 1381. à Civibus facta. nominantur ibidem sub An: 1383. *Ioannes Abbas*, Joannes Prior, Joannes Subprior, Procopius Celerarius &c. Monasterij Sedlecensis.

✱ Apparet tum adhuc Ecclesias *Cuthnenses* subjectas fuisse Monasterio *Sedlecensi* ✱

S. Nicolaus Pragæ.

Fundatio Altaris *S. Nicolai* in Ecclesia S. Nicolai in foro pullorum Pragæ An: 1386. à Civibus.

F. 3. Zbraslavv: Kolovvrat.

Erectio & Donatio novem Sexagenarum pro Capellania in Oppido *Zbraslavvicz* Anna relicta quondam bonæ recordationis D. Ulrici de *Zbraslavvicz* de consensu Nicolai de *Kolovvrat*, aliàs de *Chrzenovvicz*, pro se fecit hanc Fundationem *Anna*, & pro filia suâ *Zoffka* & filio suo Charissimo Joanne, & Eliska filia. 1381.

Rami Kolovvratæorū.

✱ De *Chrzenovvicz*, *de Zbraslavvicz* ijdem qui de *Kolovvrat*, ut in *Stemmatographia* dicemus, pluresque alij ab Arcibus & Castris: *Libstein*, *Krakovv*, *Bezdruzicz &c.* ✱

Przibislavia DD: de Ronovv.

Fundatio & Dotatio Altaris B. Virginis in Ecclesia Parochiali *Przibislavv* à Czenkone de *Ronovv* dicto de *Lethovvicz* Barone Regni Bohemiæ pro se & anima *Sdenkonis* fratri sui An: 1381. Sigilla Nobilium Virorum D. *Hinkonis de Lippa* supremi Regni Bohemiæ Mareschalci, & Jeskonis dicti *Ptaczek de Pirchenheim* Amicorum nostrorum dilectorum.

de Lippa de Pirckstein

✱ Omnes hi *de Ronovv*, *de Lippa*, *de Pirkstein* patrueles fuêre, ideóque (ut ijs ætatibus solenne fuit) subscribunt literis Amicorum. *Letovvicz* Castrum in Moravia, quod diu Proceres de *Ronovv* tenuêre, uti & Civitatem *Przibislaviam*; *Lippæi* (qualis Hinczo) Hæreditarij Mareschalci ab *Ioannis Regis* tempore fuerunt, ut in *Officijs Regni* dicetur. ✱

In Ronovv Capella.

Fundatio Capellæ B. V. Assumptæ in *Castro Ronovv* à Czenkone de *Ronovv* dicto de Lethovvicz Barone Bohemiæ pro anima Smilonis patris sui &c. 1381.

Tinhorssovia.

✱ Hinc formari potest fragmentum quoddam Genealogicum: Smilo pater, *Czenko*, *& Zdenko* filij. ✱

Bona & ditiones Archidiaconatûs *Tinhorssoviensis* enumerantur ab *Ioanne* Episcopo Pragensi An. 1331. quæ confirmantur ab *Ioanne* Archiepiscopo! 1381.

Erectio

Erectio Altaris in *Benessovv* in Ecclesia Parochiali à Civibus ibidem; quæ Civitas spectabat ad D. *Ioannem de Michelsperg*, Datum Pragæ in Domo Dominorum de Rosenberg 1381. Benessovv.

* Videtur hoc *Benessovv* non illud esse, quod situm est ad *Konopist*, sed aliud in Bechinensi Provincia. * de Michelsperg.

*Alsso*, & *Benessius* fratres de Wrzesstiovv dicti de Risenburg erigunt & dotant Altare S. Catharinæ in Ecclesia filiali in *Wrzesstiovv* Oppido pro se & pro anima *Alssonis* bonæ memoriæ fratris nostri, & Catharinæ conthoralis ejus An: 1378. Wrzesstiovv.

* De his Dominis de *Wrzesstiovv* & de Risenburg nondum satis liquet, cujusnam stirpis fuerint; alijs eos fuisse *Swvihovios*, alijs *Rassinios*, alijs distinctâ ab omnibus his familiâ provenisse affirmantibus, vide *Stemmatographiam*. Certum est ex his prodijsse *Alssonem* Regni Bohemiæ *Gubernatorem* circa An: 1435. *

Fundatio Capellaniæ B. MARIÆ Virginis in *Castro Strzemelicz* à Nobili Viro *D. Ioanne de Strzemelicz* An: 1381. Aliæ Literæ desuper An. 1382. Sigillum Fundatoris, & Bohunkonis de *Starzovv* & Joannis de *Nebovvid*, & Stephani de *Strzemelicz*. Cap. in Strzemelicz.

* Audivi sæpius Castrum *Sternberg* olim appellatum esse *Strzemelicz* adeóq; ad *Sternbergicos* hæc Fundatio pertineret. Certum est cùm hoc loco *Nobilis* Vir appelletur *Baronem Regni fuisse*. * Sternbergici

*Ioannes de Michelsperg* fundat Altare S. Crucis, & S. Catharinæ in suo Oppido *Benessovv* An: 1381. Subscripti *D. Thimo de Koldicz* Capitaneus Regni Bohemiæ Socer & amicus noster Charissimus, & strenui Viri Byczo de *Citovva*, Hinczyko de *Rybnicz* Milites, Fideles nostri, & Jenissius de *Odicz* Armiger, pro tunc *Capitaneus noster supremus*. Benessovv. de Michelsperg.

* Familiæ *Michelsperg & de Michalovvicz* longè diversæ fuerunt, ut in *Stemmatographia* probabo. *De Michalovvicz* patrum ætate Vir studijs politicis magnus, non fuit veteri illâ *Michalovviciorum* editus stirpe. Proceres de *Koldicz* Misniacæ stirpis, à pluribus sæculis inter præcipuas *Bohemiæ* familias semper censebantur, & pro Patrijs habebantur; *Krupnam* & viciniam illam ditione tenebant; notandum est fuisse *Capitaneum Regni Bohemiæ*, sine dubio à Patre Cæsare commendatum filio suo *Wenceslao* in Regni initijs. Equites *de Citovva* fuêre Fundatores primi aut secundi *Cœnobij Eremitarum S. Augustini ad Mielnikum*, vidi aliquando eorum Clypeum ex annulo, neque ob Antiquitatem discernere potui: videbatur esse saliens Aries, aut animal simile. Bohuslaus de Michalovvicz Vice-Scriba. de Koldicz. de Citovva.

Equites de *Rybnicz* vetustissimi, adhuc in Silesia perseverant: dixi quædam de illis in vita Arnesti I. * de Rybnicz

Erectio & Dotatio Altaris S. Catharinæ in Ecclesia Parochiali in *Svvietla*, à *Domaslao & Petro* fratribus germanis *de Lipniczka* Armigeris An. 1383. K. 3. Svvietla.

* Suspicor hosce Equites *Trczkas* stirpe fuisse. * Trczka.

Pro Lampade perpetuò arsura in Ecclesia *Tinæ Horssoviensis* nutrienda, donatio unius Sexagenæ annuæ à *D. Przibislao* Archidiacono Horssoviensi An. 1382. Lampas Tinhorssoviæ.

* De hoc *Przibislao* multa est in Antiquis Codicibus memoria: apparet fuisse virum doctrinâ ac dignitate conspicuum. * Zibohlavv.

Permutatio quorundam Agrorum Ecclesiæ in *Zibohlavv* An. 1382.

Donatio census annui pro perpetua Missa in Altari S. Wenceslai in Ecclesia *S. Leonardi* Pragæ facta à Civibus, inscripta An. 1383. S. Leonard: Pragæ.

Quidam census pro Altari *S. Joannis Baptistæ* in Hospitali ante novam *Coloniam* à Civibus ejusdem loci. 1359. & 1360. Hospitale Colini.

* Notandum *Colinum novum* à germanis hominibus primùm inhabitari cœptũ, ideóque hæ literæ in Libris Erectionum sunt Germanicæ; progressu temporum unà omnes Colinenses vicinitate cæterorum locorum in Bohemos transierunt. *

Erectio

S. Leonard: Pragæ.

Erectio & Dotatio Altaris *SS. Wenceslai* & Procopij in Ecclesia *S. Leonardi* in majore Civitate Pragensi An. 1382. à Civibus Pragensibus.

M. 3. Naklerzovv

de Lungvvicz.

Erectio Ecclesiæ S. Georgij in *Naklerzovv* in Parochialem postquam dotata est à D. Hinkone *Canonico Capellæ Regiæ in Carlstein*, & Wigando & Rynoldo fratribus Germanis de Lungvvicz An. 1382.

* Equites de *Lungvvicz* celebres in Vetere Bohemia eadem arma gessere, quæ milites de *Petrovvicz* ut antè dixi. *

Wrzessti-ovv. de Risenb:

*Aless & Benessius* fratres de Wrzesstiovv dicti de Risenburg fundant & dotant Altare S. Catharinæ in Ecclesia filiali in Oppido suo Wrzesstiovv. An. 1378.

Vicarius in Libochovv:

Plebanus Ecclesiæ in Libochovvicz fatetur se ob fundationes *Vicarium* alere obligari. hæc dotatio facta est à *D. Wilhelmo de Hasenburg* An. 1382.

Hazmburgici.

* Prima hæc est Fundatio ( quod fælix faustúmque sit ) *Hazmburgicorum*; plurimæ aliæ hujus Illustrissimæ familiæ Fundationes sequentur. *

Pragæ B.V. in Lacu.

Quidam Census pro Ecclesia *B. Virginis in Lacu* Pragæ Anno 1379. facti à Civibus.

Blatna.

Donatio duarum Sexagenarum pro Ecclesia in *Blatna* An. 1382.

Tyss. Q. 3.

Pro Ecclesia in Tyss quædam Donationes 1379. Literæ Plebanorum in Tyss & Blatna A. 1382. obligationes suas recensentium.

S. Ægidij Pragæ.

Fundatio & Dotatio Altaris S. *Agnetis* in Ecclesia *S. Ægidij Pragæ* Sororum Margaritæ relictæ *Gentes*, & Dorotheæ Conthoralis Nobilis Viri Joannis de Okorze 1382.

S. Apollin. Pragæ.

Donatio octo Sexagenarum annui Census pro Canonicis & Ministris *Ecclesiæ S. Apollinaris Pragæ*, dotat D. Svvatoslaus olim Canonicus Ecclesiæ *S. Apollinaris* nunc *Custos* & Canonicus Ecclesiæ S. Petri Wisschradensis. testes D. *Paulus* Abbas Monasterij Slavorum, &c.

S. 3. Tein Pragæ

Erectio Altaris S. *Nicolai* in Ecclesia *S. Mariæ ante latam Curiam* diversorum annorum confirmantur A. 1383.

T. 3. Tein Pragæ

Erectio & Dotatio Altaris S. Bartholomæi, Lazari, & Marthæ in *Lata Curia Pragæ* diversorum annorum à Civibus confirmatæ. 1383.

Clatovia.

Literæ Erectionis Altaris *Conceptionis* B. Virginis Mariæ in Ecclesia Parochiali S. Mariæ in *Clatovia* à Civibus An. 1383.

X. 3. DD. de Novadomo.

*Hermannus de Novadomo* erigit & dotat Altare *duodecim Apostolorum* in Ecclesia Novodomensi in choro à dextra parte. nominatur in his literis bonæ memoriæ *Nobilis Domina Clara de Novadomo*, Subscripti: Petrus & Joannes de Rosenberg, & Zbinko de Kempnicz An: 1383. Mentio etiam fit in his literis *Domûs Cruciferorum Novadomi* permanentium.

Crucigeri Novædomi.

* Nihil mirum esse debet, nominari hoc loco *Crucigeros*, dicam enim alio loco: *Parochiam* illam eos administrasse. *

S. Stephanus Pragæ.

Canonici Capellæ Omnium SS. Pragæ.

Erigitur & dotatur Altare *S. Wenceslai* & aliorum Patronorum Bohemiæ in Ecclesia *S. Stephani* in Rybniczku in Nova Civitate Pragensi à D. *Joanne de Mulberg* Presbytero Misnensis Diœcesis, Studente Universitatis Pragensis An. 1383. Subscripti: *Fridmannus* de Praga Magister in S. Theologia, Tillmannus de Cassele, Joannes Marienvverde Baccalaurei formati in eadem, Lupus de Strazni Magister in Artibus, Menso de Bekhausen, Nicolaus de Gubin, Conradus de Zoltau similiter Baccalaurei formati, & Matthæus de Cracovia Magister in S. Theologia, nec non Magistri in Artibus Canonici *Capellæ sive Ecclesiæ Omnium Sanctorum*.

Drazkovv:

Teutonici Equites Cômotovij.

Fundatio & Erectio Capellaniæ in Drazkovvicz penes Commutovium. Nominantur ibidem Venerabiles & Religiosi Viri *Lupus de Czulhart Provincialis Cruciferorum Domûs Teutonicæ* & Nicolaus Commendator in Commutovv An: 1383.

Notandum est *Teutonicorum Equitum* ditionem *Commotovium* fuisse ( ut alibi probabitur )

abitur ) hinc est origo Bohemici proverbij : wssudy lide / wssudy lide / w Chomutowié Niemczy. Quòd scilicet ditionem illam *Teutonici* obtinerent, & cùm ota Bohemia Bohemicè loqueretur,, ipsi Jura Civibus germanicè redderent. *

Missa Matura iu Eccl. Pragensi. De Chaustn:

Jurziko dictus Lunsky ditissimus Civis Minoris Civitatis Pragensis fundat *Maturam* in aurora de *B. MARIA* ad Altare ejusdem B. V. & SS. Joannis & Matthæi in Ecclesia Pragensi ; eam Fundationem opulentissimam *Wenceslaus Imperator & Bohemiæ Rex* confirmat, & ex parte Regis nominatur *Benessius de Chustnik*, ad hoc specialiter deputatus, ut ea fundatio in Regni Tabulas inscribatur An. 1383. Obligatur Altarista quinque Missas per septimanam legere. insuper idem Launsky fundationem facit perpetuò arsuræ Lampadis in *Capella S. Wenceslai*

Lampas in Capella S. Wenceslai.

* Jam antè in Ecclesia S. *Viti Pragæ* fundata erat Matura ( ut diximus in *Arne*-*sti* Vita ) at hîc fundatur Matura in certo Altari. *

Wesele.

Donatio Censûs perpetui pro Ecclesiâ in Oppido Wesele ad Novamdomum; est autem census ille locatus super Pagum Miletin, qui est ad Trebonam A. 1383.

C. 4. Matura Cõmotovij.

Comunitas Civitatis Commotoviensis cum consensu Venerabilium & Religiosorum Virorum Dominorum *Joannis de Mulheim* Prioris Provincialis Domûs Teutonicæ per Bohemiam & Moraviæ Provincias, *Theodrici de Schomberg* Commendatoris totiusque Conventûs ibidem in *Commutovv*, Christmanni in Praga, Conradi de Zachonicz in Drobolicz, Nicolai Prenner in Lipeni, & Wenceslai Srssa in Bilskovicz Commendatorum prædictæ Domûs Teutonicæ, fundat & dotat Missam Maturam de B. Virgine in Parochiali Ecclesia S. Catharinæ in Civitate Chomutovv, quæ Ecclesia per fratres Domûs Teutonicæ solita est regi & gubernari.

Equites Teutonici.

Inter Teutonicos Equites Boh.

* Notandi sunt diligenter hoc loco Comendatores, ut sciatur quibus in locis Bohemiæ, *Commendæ* Teutonicorum fuerint fundatæ. Apparet item Bohemos in Teutonicum Ordinem recipi solitos cùm *Wenceslaus Srssa* stirpe generosâ Equitum, ratione *Bohemus Commendator Teutonicus* legatur. *

Blovicium Cœn: Pomucense.

Erectio & Dotatio Altaris perpetui in Ecclesia Parochiali S. Briccij in Oppido *Blovvicz* ab Oppidanis ibidem; Census illi petebantur ex Podhorze Villa sita in Parochia Ecclesiæ Parochialis in Korn in bonis Monasterij *Pomucensis*, & partim percipiebantur à Nobilibus Wilhelmo de Zdiar principali, Hermanno de Relczicz, & Missone de Pakonicz.

Equites Zdiarskij.

* Perpetuò, & nunquam aliter in antiquis Codicibus *Nepomukum & Nepomucense* Monasterium, quàm *Pomuk & Pomucense* appellatur. De Zdiar an hoc loco intelligi possit familia Zdiarskiana seu de Sora dubito, cùm ex perpetua phrasi horum Voluminum titulus *Nobilis Viri*, Baronibus & Dominis, & solis Proceribus Bohemiæ tribuatur; Zdiarskiorum verò stirps inde ad nostram usque ætatem in Ordine tantùm Equestri sit censa. *

Tein Pragæ.

Erectio Altaris S. Joannis Baptistæ in Ecclesia B. MARIÆ Virginis *ante lætam Curiam* à Civibus Majoris Urbis Pragæ An. 1384.

VVlczicz.

Transfertur census Ecclesiæ in Wlczicz à Domino Villæ illius, Ulmanno de Wlczicz in alium locum emphiteuticum ; nominãtur in literis *Bussko* Archidiaconus Curimensis, & *Zazema Præpositus* Ecclesiæ Tinensis, Canonici Ecelesiæ Pragensis. Actum 1365. 7. Maij confirmatum 1384.

Novadom. de Novadõ:

Erectio & Dotatio Altaris *S.* Joannis Apostoli & S. Barbaræ in *Choro Ecclesiæ Parochialis Novædomi* ab Henrico juniore de *Novadomo* An. 1383. Novædomi 22. Maij Subscripti velut testes; Petrus, Ulricus, Joannes & Henricus juniores de Rosemberg.

Ibidem.

Eodem die idem Henricus junior de *Novadomo* erigit & dotat aliud Altare in eadem Ecclesia Parochiali *Novædomi* in choro ipsius Ecclesiæ in honorem *Dominici Corporis, ac Conceptionis Beatissimæ Virginis & Matris MARIÆ.*

Albipoli: Capellania.

D. Petrus de *Wrchlabie* erigit liberaliter perpetuam Capellaniam in ditione sua *Wrchlabie* An: 1384.

Skara & Liban.

Wilhelmus & Smilo filius ejus de Pardubicz aliàs de Richenburg Censum æternum pro Ecclesia in Skara, & alium pro Nosocomio in *Liban* aliò transferunt, & hunc literis suis firmant. An. 1384. Subscriptus testis Czenko de *Wartenberg* dictus de Wesele.

Domini de Pardubicz.

Sternbergici à DD: de Pardubicz per fæminas descendunt.

* Jam semel dixeram *Equites* (postea relatos in statum Dominorum) in Vetere Bohemia, opibus abundâsse, quod ex ditionum multitudine patet: tenuêre Cunaci montem, *Pardubicium*, *Richenburg* cum amplissima ditione; *Skaram* Castrum cum ditione, *Libanum*, aliáque hujúsmodi. *Wilhelmus* frater fuit *Venerabilis Archiepiscopi Arnesti I.* ut in ejus vita narravi, hujus filius *Smilo* & Smilonis *Zdenko* filius in *Sternbergicorum Genealogiam* ingreditur ob filiam *Barbaram ex Anna* Domina de Wartemberg susceptam, quam in Conjugem Smilo *Sternbergius* accepit; unde omnes *Sternbergicos* hodie superstites descendere constat; ut in Stemmatographia probabitur. ⁎

H. 4. Peldrzim:

Erectio & Dotatio novi Altaris S. Mariæ in Ecclesia Parochiali in *Pilgremis* à Civibus An. 1384. perfecta.

Novadom:

Henricus Senior de *Novadomo* erigit ibidem *Novadomi* Altare B. MARIÆ Virginis S. Thomæ & S. Elisabeth eodem anno, ultimâ Octobris.

I. 4. Capellania in Sedlczan

Erectio & Dotatio perpetuæ Capellaniæ in *Sedlczan* erigentibus Fratribus Dominis de *Rosenberg* Petro & Joanne An. 1384. In hisce literis nominantur *Ctiborius* Canonicus, & Sacristanus Ecclesiæ *Wissehradensis*.

Holohlavv.

Dotatio ditissima & liberalissima Parochialis Ecclesiæ in *Holohlavv* à Dominis, Benessio, Joanne, Mathia germanis fratribus de *Holohlavv* pro animabus Prædecessorum, & specialiter *Wolkmanna* Genitricis nostræ, & *Hrabissij* fratris nostri germani olim defunctorum. An: 1380. Sunt Census etiam in *Czernczicz*, alibique locati. testis subscriptus: strenuus Miles D. *Strzic zko* de Skalicz.

T. IV. Q. 6. Rodovvsky

* Quæ fuerit stirps nobilissima de *Holohlavv* diximus commodiore loco in Dissertatione de Familia Rodovvskiana; nam ad illos fundatio pertinebat. *Militis* titulus in antiquitate *Equestris Ordinis Virum* significat, ut sæpius monui. ⁎

K. 4. In Tein Pragæ.

Literæ Fundationis Altaris S. Nicolai in Ecclesia *S. MARIÆ ante letam Curiam* à Civibus factæ An: 1371. recitantur & confirmantur An. 1380.

Census quidam Ecclesiæ in *Mirzovvicz* referuntur & confirmantur 1382.

Mirzovvicz Zbraslavv: de Kolovv:

Donatio quorundam Censuum super Villam Rabussovv Ecclesiæ in Zbraslavvicz; promoventibus & adjuvantibus D. Nicolao *Kolovvrat de Chrzenovvicz* aliàs *Zbraslavvicz*, & Conrado de *Tuczap* An. 1384. Subscripti testes: Petrus & Wenceslaus fratres uterini ac Domini de *Ledecz*.

Creutzenburg. Marquart.

Vicarij Archiepiscopales.

Donationes quædam Capellaniæ in *Creutzenburg* apud Ecclesiam Parochialem in Oppido *Creutzenburg* à Spikone de *Hradek*, aliàs de *Creutzenburg*, & filio ejus itidem Spikone An: 1385. confirmant hasce Donationes Nicolaus *Puchnik* Licentiatus in Decretis, & Mathias de Strumpnik eorundem Decretorum Doctor, Vicarij in spiritualibus Reverendissimi DD. Joannis Episcopi Pragensis.

* *De Hradek Marquartiorum* cognomen est: *Puchnici* nomen hoc loco apposui propter Episcopi dignitatem, quæ eidem delata fuit postea, ut suo loco dicetur. ⁎

M. 4. Miliczin. Welharticz.

Permutatio quorundam Censuum Ecclesiæ in *Miliczin* A. 1384.

Permutatio item quorundam Agrorum spectantium ad Ecclesiam Welharticensem An. 1375.

Creutzenburg.

Quidam Census novi pro Capella in *Creutzenburg* à D. Hedvvige relicta D. Hinkonis de *Crucenburg* donati An. 1407. 10. Octobris in ijsdem literis hæc leguntur;

tur; Coram Nobis *Joanne Kbel* Decretorum Doctore Canonico Ecclesiæ Pragensis, Vicario in spiritualibus Reverendissimi in Christo Patris & DD. Sbinconis DEI Gratiâ Archiepiscopi Prag: Apostolicæ Sedis Legati. Sbinko Archiepiscop.

* Notandum hanc dotationem Capellæ prorsus per errorem Scriptoris non suo loco, in his libris collocari, & viginti aliquot annis posteriùs collocandam fuisse. Vide quæ post K. 4. paulò antè de eadem Capellania attulimus. *

Literæ Venditionis Bonorum *D. Wolfram* Meinhardi de *Sskvvorecz* Junioris Canonici Pragensis factæ An. 1385. Sskvvoreczky Archiep. Prag.

* Ex his literis colligitur, quâ stirpe fuerit editus *Wolframus* Archiepiscopus Pragensis. *

Translatio Collegij Universitatis *Carolinæ* ex Domo Lazari Judæi ad Domum *Rotlebi*. Sunt in eam rem literæ *Wenceslai* Regis, item *Urbani* Papæ V. & *Urbani* VI. disertè inter alia hæc verba leguntur; *Idem Carolus Imperator & Rex inter cætera statuit, & ordinavit: quòd ad Canonicatus, & Præbendas Ecclesiæ Omnium Sanctorũ Capellæ Regalis nuncupatæ, sitæ in Castro Pragensi ad Patrocinium Regis Bohemiæ, qui est pro tempore, pertinentis, quotiescunq; aliquod ex eis vacare contigerit, nullus ad illas per Regem Bohemiæ, qui est pro tempore præsentaretur, nisi secundum receptionis suæ Ordinem de numero Collegij supradicti &c. Datum apud Castrum Civitatis Lutetiæ 5. Idus Decembris Pontificatûs nostri Anno VII.* has literas Apostolicas recitat Archipiscopus *Joannes* An. 1385. 25. Septembris Pontificatûs Urbani VI. Anno 8. præsentibus D. Nicolao Puchnik Licentiato in Decretis Officiali Curiæ nostræ, *Przibislao* Decano Ecclesiæ Pragensis, Wenceslao de *Jenczenstein* Præposito Ecclesiæ S. *Christophori* in Tyn. Carolinum.

* Hæc omnia quæ sunt de *Carolino*, diligentiùs prosequemur in speciali tractatu de Carolina Universitate, déque ejus Privilegijs. Ecclesiam *Collegiatam ad Omnes SS.* primus fundavit Carolus IV. Imperator. errant qui antiquitatem nescio quam somniant; fateor Ecclesiam illam pridem, & ante plura sæcula excitatam fuisse, sed Collegiatam fuisse nego; doctrinæ merito, à *Caroli IV.* temporibus usque ad Ziskiana tempora, & paulò ulteriùs claruit, ratio in promptu est; quòd Ecclesiæ illius *Canonicatus & Præbendæ* solis Viris doctis ex Carolina Universitate à Regibus conferrentur, ut diximus modò. * Præmia Doctrinæ.

*Missa B. Virginis* matutina in Ecclesia Sancti *Spiritûs in Grecz Reginæ* fundata à Civibus loci An. 1374. 10. Januarij confirmatur 1385. Census annuus pro Altari B. MARIÆ Virginis in Ecclesia *S. Clementis in Porzicz* Pragæ à Civibus assignatur An. 1385. Ibidem dotatio & Erectio Altaris B. MARIÆ Virginis in Porzicz Pragæ à quodam Georgio Plebano An. 1385. Missa Reginohradecij. P. 4. S. Clemens in Porzicz.

Translatio & commutatio quorundam Agrorum Ecclesiæ in Pozdna An. 1386. approbat Magister Cunslo Vicarius in spiritualibus. Pozdna. Q. 4.

Ecclesia filialis in *Borotin* separatur ab Ecclesia Parochiali in *Kostelecz* & in Parochialem erigitur petente Nobili Viro D. *Nicolao de Borotin* Patrono Ecclesiæ Parochialis in *Kostelecz* 1386. 19. Martij, de eadem re sunt literæ Joannis Archiepiscopi 19. Martij 1386. Borotin. Kostelecz.

* Non possum certò dicere Familiam *Nicolai de Borotin*; *suspicarer Ssvvambergicos* fuisse, sed obstat *Nobilis Viri* titulus, qui solis Dominis, & Proceribus Regni in his libris tribuitur, cùm *Ssvvambergici* posthæc primùm tempora Dominorum Ordini sint adlecti; cogor itaque rem in medio relinquere. * Ssvvamberg

Ratificatio septem Sexagenarum Censûs pro *Capella S. Michaelis sub Wissehrado*, quos assignavit Nobilis Vir D. Conradus Kraier Magister Curiæ Serenissimi Imperatoris *Wenceslai*, cujus hoc loco literæ recitantur, *pro Capella nostra* (ait Kraier) *quæ de collatione nostra, & DD. Wenceslai Regis nostri donatione consistit.* An. 1384. ratificat Capella S. Michaelis sub Wissehrado.

An. 1386. Cunſſo de Trzebovvel Decretorum Doctor, Cuſtos & Canonicus Eccleſiæ Pragenſis Præbendatus, Vicarius in ſpiritualibus *Joannis* Archiepiſcopi Pragenſis.

*Kragirzij ex Procerum familia.*

* Qui *Craieri* hoc loco, & *Craëri* dicuntur, poſterioribus ſæculis dicti ſunt *Domini de Kragku*, vel *Krayde*, ut conſtat ex alijs documentis, & Genealogiâ ipſâ *Kragirziorum* (ita enim etiam vocabantur) uſitatiſſimum illis nomen fuit *Conradi*. Vide Stemmatographiam noſtram. Ab his *Kragirzÿs* quàm plurimæ Boemorum familiæ per fœminas deſcendunt, ut *Lichtenſteinia* Principum, Sſleiniciana, Chinskiana &c. Ad hanc Capellam Cragirzius poſtea Cœleſtinos adduxit. *

*Capella in Zbraslavv: fundatur. Kolovvrat.*

Nobilis Vir D. Nicolaus dictus *Kolovvrat de Chrzenovvicz* aliàs de *Zbraſlavvicz* & *Anna* relicta bonæ memoriæ D. Ulrici de Zbraslavvicz fundant & dotant Capellaniam in Zbraslavvicz An. 1385. ſubſcripti teſtes: Joannes dictus *Kolovvrat de Zrucz*, Wilhelmus de *Suticz* de Caſtro inferiore.

*Czabeliczky.*

* Ex hoc loco apparet *Kolovvratzos* etiam de *Zrucz* appellatos; Equites de *Suticz* ſunt *Czabeliczky* vetuſtiſſimæ ſtirpis. *

*Cœn: Tepl: de Skalka. Wrſſovecij.*

*Joannes* Archiepiſcopus Pragenſis approbat quandam Venditionem factam à D. *Margaretha* Abbatiſſa, & Conventu Monaſterij *Teplicenſis* Ordinis S. Benedicti An. 1386. in eo leguntur Rudgerus, Petrus & Erhardus fratres de *Skalka*.

*Capellania Albipoli.*

Erectio Capellaniæ in Wrchlabe ſeu Albipoli ab Oppidanis; ſunt literæ Bohemicæ, quod hactenus nunquam factum animadverti.

*Colinum. U. 4.*

Fundatur Miſſa perpetua in Eccleſia Parochiali Novæ-Coloniæ ab ipſis Civibus An. 1368. ſed ratificatur An. 1386.

*Tein Pragæ*

Fundatio Miſſæ perpetuæ de Corpore Chriſti omni feriâ V. decantandæ in Eccleſia *S. Mariæ ante lætam Curiam*. de hac fundatione jam ab An. 1368. plures literæ leguntur.

*Capel. in Bavvorovv, & Blanicz.*

Donationes & Erectiones quarundam Capellaniarum in Bavvorovv aliàs in Blanicz factæ à Domino Petro, & Joanne de Roſenberg; in Bavvorovv eſt Parochialis & Matrix Eccleſia *S. Ægidÿ*, Eccleſia verò in *Blanicz* eſt filia ipſius. Fundationis Scopus: *pro anima Fratris noſtri D. Jodoci & pro anima conjugis noſtræ* (videlicet Joannis de Roſenberg) *Eliſabethæ. Item pro Anima D. Genitoris noſtri D. Petri de Roſenberg Supremi Regni Boh. Camerarÿ. Idem D. Joannes de Roſenberg appellat D. Meczkam Landgraviſſam de Leuchtenburg & D. Annam de Lippa Sorores ſuas Chariſſimas.* Item *in die S. Ottmari Anniverſarium pro D. Petro de Roſenberg Præpoſito Eccleſiæ Omnium Sanctorum in Caſtro Pragenſi ſpecialiſſimo Benefactore Eccleſiæ in Bavvarovv &c. & pro Animu Catharinæ de Roſenberg Genitricis noſtræ &c.* An. 1384. Ratificatio verò prædictarum Capellarum ab *Joanne* Archiepiſcopo facta eſt. 16. Junij An. 1386.

*de Roſenb.*

*Genealogia Roſenſium.*

* Ex hiſce literis confirmatur *Genealogia Domûs Roſenbergicæ*, quam Nos magno labore concinnavimus, & in *Syntagmate Originum Familiæ Guttenſteinianæ* publicavimus, ex qua ipſa Tabula Genealogica hæc, quæ modò attulimus, meliùs intelligentur. *

*S. Gallus Pragæ.*

Erectio Altaris SS. Corporis Chriſti in Eccleſia *S. Galli* majoris Civitatis Pragenſis ab ipſis Civibus 16. Auguſti 1386.

*Cœn: in Wilemovv.*

Remiſſio ad Curiam Romanam pro *Monaſterio* in *Wilemovv* Ordinis S. Benedicti An. 1386.

*Prunavv. Proceres de Ronovv.*

Cenſus & dotatio & donatio Eccleſiæ Parochiali in *Prunavv* facta liberalitate D. *Joannis* Plebani; ſunt etiam in hanc rem literæ D. Czenkonis de *Ronovv* dicti de *Letovvicz*, & D. Czenkonis de *Borovv & Jeſſikonis de Zezatim*, qui ibi appellantur *Barones Regni Bohemiæ*. Datum in Przibislavia An. 1386.

*S. Leonard. Pragæ.*

Cenſus quidam pro Eccleſia *S. Leonardi* in majore Civitate Pragenſi à Civibus aſſignati 1371. confirmati poſtea An. 1386.

Separatio

Separatio Ecclesiæ filialis in *Mokovv* ab Ecclesia Parochiali in *Merunicz*; & *Mokovv* fit Parochialis, petentibus id Nobilibus Viris D. Rudgero, Petro, & Erhardo Fratribus germanis de Skalka, & Martinkone de *Wchinicz* Cliente, Patrono Ecclesiæ Parochialis in *Merunicz* Pragensis Diœcesis non procul à Zichovv 18. Octob. An. 1386.

D. 5. Mokovv Merunicz. de Skalka Wrssovecij. Chinsky.

Donatio 70. grossorum pro Ecclesia *S. Ægidij* in majore Praga census perpetui.

S. Ægidius Pragæ.

E. 5.

Una Sexagena grossorum censûs perpetui pro lampade ut perpetuò ardeat in Ecclesia *S. Michaelis* in majore Civitati Pragensi eodem Anno & die ut suprà.

Lampas ad S. Michaelé Pragæ.

Erectio & Dotatio Altaris *S. Wenceslai* in Ecclesia Parochiali in *Janovvicz* ab Honorabili Viro *D. Herbordo de Janovvicz* Canonico Ecclesiæ in Mielnik olim bonæ memoriæ *D. Pauli Decretorum Doctoris* Archidiaconi & Canonici Pragensis germano, nominatur ibidem *Pater* ipsorum Herbordus de *Janovvicz* An. 1387. 6. Junij. Ditiones eorum fuêre Radotin, & Boczina hora.

de Janovv: Proceres.

Coll. Eccl. in Mielnik.

* Vetusta Equitum stirps de *Janovvicz* in plures divisa ramos fuit; de qua re agetur in Stemmatographia. Sed hi Barones fuêre, & in Procerum Ordine inter vetustiores. *

# ERECTIONUM VOLUMEN TERTIUM.

REgistrum Erectionum tempore Cunssonis Doctoris, Vicarij Anno 1387.

Officialis.

*Statutum Synodale* Joannis Archiepiscopi Pragensis contra invasores bonorum Ecclesiasticorum, ut nemo eos audeat absolvere. Pragæ 18. Octobris 1386.

Synodus nationalis.

Aliud item *Synodale statutum* recitatur ejusdem Archiepiscopi eodem Anno & die, adversus eos, qui occiderint Episcopum, Canonicum, Clericum, &c. utque in eo loco statim cesserur à divinis, &c.

Statutum aliud.

* *Joannem hunc de Jenczenstein* Archi-Episcopum de calamitosissimo Bohemicarum Ecclesiarum statu paulò pòst futuro revelationem habuisse, constat ex omnibus Historijs; crediderim Prophetico Spiritu, hæc maximè duo statuta *Ioannem* decrevisse, tota enim hæreseos & hæreticorum rabies his duobus continebatur, ut *Clericos occiderent, aut exterminarent, & Bona eorum possiderent.* Vide *Epitomes* nostræ historicæ librum 4. & quæ postea dicemus de *Synodis* suo loco. *

Joannis Archiepiscopi revelatio.

Erectio & dotatio Altaris S. Mariæ Magdalenæ in *Capella Monetariorum in Superiore Ecclesia in Montibus Cuthnis* A. 1358. Confirmata est hæc dotatio & fundatio sæpissime diversis literis à *Rege Wenceslao* nominatim An. 1387. 20. Maij.

Capella Monetariorum Cuttnæ.

Ratificatio permutationis quorundam agrorum Ecclesiæ in *Chomuticz* factæ cum Alberto cliente de *Radicz* An. 1387. 18. Junij.

Chomuticz.

* Familia Equestris de Radicz hodiéque superest: ferunt in Clypeo Palam argenteam. *

de Radicz vel Radecz.

Erectio & dotatio *Altaris Corporis Christi* & B. MARIÆ Virginis in Ecclesia Parochiali *S. Michaëlis in Opatovvicz* in nova Civitate Pragensi sitâ, erigunt & dotant ipsi Cives; qua de re sunt plurimæ literæ & tandem sequitur Ratificatio An. 1387. feriâ 6. post festum Corporis Christi.

S. Michael in Nova-Civit. Prag.

I. 1: InTetin Jus Patronatûs donaturCanon: in Carlstein. Capit. Prag. dignitas.

Ecclesia in *Tetin* (cujus Collatio ad *Regem Wenceslaum* pertinebat) donatur Venerabili *Collegio in Carlstein*, idque *Ioannes Archiepiscopus* 4. Maij hoc anno confirmat. memorabile est, quod in his literis *Ioannes* Archiepiscopus fateatur se id præstare non potuisse sine Capitulo. Verba sunt hæc: *Licet autem Nos jure permittente, beneficia Ecclesiastica unire possimus, hujusmodi tamen incorporationem per quam materia negotiorum immutatur per Nos facere sine Nostri consensu Capituli non valemus, ipsum Capitulum ob hoc ad certas diem & horam mandavimus convocare. &c.* Subscripti: *Bohuslaus* Decretorum Doctor *Decanus*, Albertus Scholasticus, totúmque Capitulum Ecclesiæ Pragensis An. 1387.

K. 1. Rakovvnic: Straz, Lukovva.

Venditio Molendini quod spectabat ad Plebanum Ecclesiæ *Rakovvnicensis* ratificatur eodem Anno 8. Julij. Villa Zicz cum duabus Molis absolvitur ab Ecclesia in *Stracz* ob distantiam, & applicatur Ecclesiæ in *Lukovva* 9. Iulij.

Domûs Archiepiscop: duplex.

Literæ super Domo D. *Archiepiscopi* sita in Hradczano Pragæ ante Castrum Pragense, & quòd non sit propria *Archiepiscopi*, sed ipsius *Archiepiscopatûs*. 1[illegible]. Iulij.

* Domus Archiepiscopalis (ut describit Benessius & Franciscus Canonici Pragensis) quam inhabitabant olim Archepiscopi, sita erat è regione *Domûs Saxonicæ* in minore Urbe Pragensi, intrantibus Urbem à dextris, & occupabat totum illud spatium usquè ad plateam è Regione Ecclesiæ *SS. Petri & Pauli.* At verò altera Domus in *Hradzano* fuit; utraque erepta est Archiepiscopatui ab hæreticis abolito Archiepiscopatu; prior illa inferiùs prorsus dejecta usquè ad fundamenta. *

Capella S. Michaelis donatur Cœlestinis in Oivvin. Kragirzij.

*Capella S. Michaëlis sub Wissehrado* donatur & incorporatur *Fratribus Cœlestinis Monasterij in Oivvin* (ut ibi Missas quotidie legant, & certis diebus Officium) à D. Conrado de Kreiger Capitaneo in Carinthia, & Domino in Landstein; prout ipse eam Capellam accepit à *D. Wenceslao* Imperatore, ponit quasdam conditiones Kreigirius, quarum unam Archiepiscopus Joannes irritat: *Scilicet ut quoties novus Præpositus Cœlestinis imponitur, hunc D. Conradus vel Successores debeant approbare*; id enim esse contra Sacros Canones. *Kragirzij* literæ datæ 8. Iunij 1387. Ratificatio verò 24. Augusti. Subscripti: Nicolaus Puchnik Licentiatus in Decretis, Ioannes Peczník Scholasticus Ecclesiæ Wissehradensis.

* Non opus est ut reor, quæ de stirpe *Kragirziorum* in Tomo II. attuli, hoc loco repetere. De Monasterio Oivinensi quædam dixi *Miscellaneorum* libro 3. de ipso Sacro Ordine agemus *tractatu de Cœnobijs.* *

M. 1. Malikovv:

Donatio quatuor Sexagenarum cum medio grossorum Pragensium pro Ecclesia in *Malikovvicz* à D. Pascone ejus Ecclesiæ Rectore An. 1387. 8. Septembris.

N. 1. Clatoviæ Matura.

Erectio & Fundatio Missæ quotidie de mane cantandæ ab Joanne Altarista in Ecclesia Parochiali B. Virginis Glatoviæ sic, ut unus canat quotidie (Dominico, feriâ II. III. IV. V. VI.) Missam de B. Virgine, alij in tribus Altaribus legant.

Fundatio hæc facta est à Civibus, quam *Wenceslaus* Rex confirmat An. 1387. 20. Maij, & *Joannes* Archiepiscopus 7. Octobris eodem Anno.

O. 1. Kosirz ad MensamArchiep. pertinuit.

Literæ Archiepiscopi *Joannis* super agris in Villa Kosirz ad mensam Archiepiscopalem spectantibus Pragæ 1387. Subscripti ijdem prorsus qui nuper ad I.

P. 1. Lissa Cœn. Carlovien. Annæ Imp. parentes.

Incorporatio Ecclesiæ Parochialis in Lissa pro Monasterio *S. Caroli* in Nova Civitate Pragensi: sunt in eandem rem *Urbani* Papæ literæ, sunt *Caroli* Imperatoris, *Annæ* Imperatricis (quæ jus Patronatûs ibi donavit *Carolo*, ut is daret Cœnobio, ubi disertè nominat Patrem suum Hinkonem Ducem Svvidnicensem, & Matrem Catharinam Ducissam 1355.) sunt *Arnesti* I. sunt aliæ iterum Caroli IV. An. 1387. quæ omnia confirmat *Joannes* Archiepiscopus 7. Septembris 1387.

* Aliquot hujusmodi Parochias Monasterio suo incorporatas habuêre Canonici Regulares S. Augustini ut *S. Wenceslaum* in Prosik, &c. habitabant verò in ijs

Paro-

Parochijs non unus, sed complures Canonici. ijdem Canonici ædificârunt *Lissæ* ad arcem Ecclesiam *S. Desiderij Episcopi* ( quam unicam in tota Bohemia ab hoc Sancto denominari puto ) ; nam cùm multos ex Canonicis Regularibus Carolus è Gallia, eósque Doctissimos advocasset, memores Galliæ suæ, ubi Sanctus hic colitur, Ecclesiam condidêre; desinant igitur mirari Amici ( qui hanc mihi quæstionem sæpius proposuêre ) quâ ratione tam ignoti Sancti apud nos cultus, in Bohemiam sit inductus. Vide infrà. H. 3. ⁎ S. Desiderius Lissæ olim colebatur.

Dotatio & Erectio Altaris SS. Apostolorum Petri & Pauli in Ecclesia *Lætæ Curiæ Pragæ* 8. Februarij An. 1388. R. 1. Tein Pragæ

Incorporatio Ecclesiæ Parochialis in *Lubenicz* Diœcesis Misnensis, & Capellæ S. Osvvaldi in Castro *Gremis* Merspurgensis Diœcesis pro Monasterio Cellæ S. MARIÆ Ordinis Cistertiensis dictæ *Misna dives* 2. Martij 1388. *Ioannes Archiepiscopus* confirmat. Datum Raudnicz eodem die & anno. T. 1.

* Quâ authoritate, Incorporationes in alienis Diœcesibus, *Ioannes Archiepiscopus* Pragensis confirmare potuerit, si quis quærat, facilè erit respondere id factum *Iure Legationis Apostolicæ*, nam velut *Legato nato* Pragensi Archiepiscopo Diœceses istæ subjiciebantur. vide quæ in *Vita Arnesti I.* diximus, & quæ superiùs attuli volumine II. post H. 2. ⁎ Legatio Archiepiscopi Pragensis.

Erectio & dotatio Altaris B. Virginis MARIÆ in Ecclesia *S. Nicolai* Majoris Civitatis Pragensis in foro pullorum à Civibus facta. 1388. U. 1. S. Nicolaus V. Pragæ.

Dotatio & Erectio duorum Altarium in Capella prope *Castrum Hradist* sita, & in honorem SS. Apostolorum Philippi & Jacobi dedicata. *Primum* erit SS. Philippi & Jacobi, *secundum* SS. Virginum Catharinæ, Dorotheæ & cæterarum Virginum, & duo Capellani ad eam Capellam habitabunt. Erigit & dotat *Andreas* Electus Canonicus S. Prag. Ecclesiæ & Plebanus Ecclesiæ Cziaslavviensis, *hæres Civitatis Usk supra Luznicz* cum consensu fratris sui indivisi D. Joannis. Sigilla *Andreæ* & *Ioãnnis*, & Nobilis D. *Henrici de Rosenberg* An. 1388. feriâ V. die festo S. Virginis Dorotheæ Sponsæque ac Martyris D. N. JESU gloriosæ. X. 1. Duo Capellani ubi nũc stat Taboriũ A. 2. Domini Sezymæ de Austi.

* Hæc Capella & Castrum Hradist ad Taborium (quæ Civitas post hæc tempora primùm surrexit ) sita fuit. *Andreas & Ioannes* fratres & *Domini de Austi* ferebant rosam cæruleam, & erant patrueles remoti, ab eadem tamen origine cum *Rosenbergicis, Landsteinijs, Novodomæis, & Strazijs* descendentes; de horum *Sezymaorum* ( nam hoc nomen ea stirps ad nostra usque tempora, cùm interijt, gessit ) ditione Ustâ, multis agit Anonymus Scriptor *Historiæ Rosensis* quæ est apud me. *D. Ioannem de Austi* suspicor fuisse Patrem *D. Sezymæ*, quem *Taboritæ* postea Religionis odio crudelissimè trucidarunt, ut in *Martyribus Bohemiæ* dictum est à nobis. ⁎ Usta Sezymæa ad Taborium.

Erectio & dotatio Altaris SS. Apostolorum in Ecclesia Parochiali *S. Galli* Pragæ à Civibus factâ An. 1368. confirmatur ab *Joanne* Archiepiscopo Pragensi 12. Aprilis 1388. B. 2. S. Gallus Pragæ.

Erectio & Dotatio Altaris *SS. Lucæ* Evangelistæ & *S. Laurentij* Martyris in Ecclesia *ante Latam Curiam* Pragæ à Civibus An. 1388. C. 2. Tein Pragæ.

* *Hoc Altare* S. Lucæ *nostrâ memoriâ exornandum sibi sumsit* Carolus Screta *Civis Pragensis & pictor ætate nostrâ in Patria summus.* ⁎

*Donatio Censûs annui & perpetui 8. Sexagenarum pro Ecclesia* Parochiali in Rakovvnik *à Civibus loci 1388. 12. Maij.* D. 2. E. 2. Rakovvnik.

*Erectio Hospitalis in Usk super Luznicz à Nobili & Venerabili Viro* Sezema de Usti *bonæ memoriæ*, Tynensi Præposito & Pragensi Canonico Præbendato *pro octo pauperibus cum Rectore uno Sacerdote, quam Fundationem Patrui sui petunt confirmari Nobiles & Mágnifici Viri Domini* Zazema, Andreas, Joannes & Joannes *Fratres de Usk Barones Regni Bohemiæ An. 1388. in festo S. Martini.* F. 2. Hospitale in Usta Sezymæa.

* Paulò

Proceres Sezymæ de Austi.

* Paulò antè in A. 2. dixeram, quæ stirps fuerit Dominorum *de Austi*, qui Zezymæ postea cognominabantur. *Usk* Civitas postea à Taboritis prorsus deleta (ut in *Epitome historica* narravimus) *Usta vel Austa* ab origine dicebatur, sed vulgus *Usk* dicere solebat, ipsi verò loci Domini, *Sezymas de Austi* subscribere se solebant. *

G. 2. Wolin.

*Dotatio & Erectio Altaris SS. Corporis in Ecclesia Parochiali in* Wolina *ab oppidanis.* 23. *Maij.*

N. 2. B. V. in Lacu.

*Quidam census spectantes ad Altare S. MARIÆ in Lacu in Majori Civitate Pragensi à Civibus.* 4. *Novembris.*

L. 2. Sſvvambergici.

*Erectio Capellaniæ B. Virginis in Ecclesia Parochiali in* Bor *à Nobilibus DD. Bußkone & Bohuslao Fratribus de* Sſvvamberg *& ab* Anna *Matre eorum 26. Novembris* 1388.

* *Hæc prima fundatio à* Sſvvambergicis *in hisce Erectionum libris legitur sed plures sequentur.* Bor *hodie Germanis* Heide. *

M. 2. Capellania in Tetzen: de Wartemberg.

*Erectio perpetua* Capellaniæ in Tetschin (*Dieczin vel Tetschen*) *in Ecclesia B. V. MARIÆ in Antiqua Civitate* Castro Tetschin *situata à Nobili & Magnifico Viro D. Ioanne de* Wartemberg *Domino in Tetschin, Tutore Ioannis Benessij, & Wenceslai filiorum D. Joannis Jošt Fratris nostri dilectissimi dicti de* Wartemberg *A.* 1388. *in Vigilia S. Catharinæ.*

* *Ex his Literis* Dieczinensis *lineæ* Wartembergicorum *Genealogia firmatur.* *

N. 2. Austa ad Albim.

*Erectio Altaris S. Andreæ in Ecclesia S. MARIÆ in* Usk *super Albea, à* Mathia *Plebano ibidem. Confirmatur literis* Wenceslai Cæs. *in Nürnberg* 1387. 1. *Augusti &* Joannis *Archiepiscopi.* 4. *Januarij* 1389. *in Castro nostro* Helffenberg. * *Hæc est altera* Austa ad Albim *sita Regia Civitas.* *

O. 2. Capellania Austæ.

*Erectio perpetua Capellaniæ in Ecclesia Parochiali B. V. in* Usk *super Albea ab honorabili Presbytero Paulo Herbordi de Usk* 4. *Januarij.*

P. 2. Poczapel.

*Literæ quædam spectantes ad Ecclesiam filialem in* Poczapl *ad Veronam* 12. *Januarij.* 1389. *Verona* Berauna *hodie dicitur.*

Q. 2. Richnoviú.

*Erectio & Dotatio Altaris SS. Falicis & Adaucti in Ecclesia* Richnovv *à Theodrico de* Rychnovv *& conjuge illius* Oſtka *die Divisionis Apostolorum. Subscripti : Ioannes Senior de Lonchremburg, Raczko de* Cunſtat *aliàs de* Podiebrad, *Kolda de* Ziampach *aliàs de* Czernikovvicz, *Stephanus, & Ioannes fratres de* Dobruſska, *Ulricus de* Rychnberg *aliàs de* Przepich *testes.*

Proceres de Rychnovv.

* Rychnovij *Barones hodieque superstites ab eadem cum Kaunicijs & Martinicijs Origine proveniunt. dolendum tam illustrem prosapiam cum egestate diu conflictatam.* *

R. 2. Malſſicz. Rosenberg.

*Donatio pro Ecclesia in* Malſſicz *per Dominos de* Rozmberg *Petrum, Ulricum, & Ioannem fratres germanos. primæ literæ datæ in Przibenicz* 1373. *secundæ ab Ulrico de Rozmberg & ejus filio* Henrico *A.* 1386. *confirmatio verò à* Vicarijs *A.* 1389. 23. *Martij.*

S. 2. Zbraslavv. Kolovvrat.

*Erectio certorum redditnum ad Capellam S.* Gotthardi *in Zbraslavvicz à D. Nicolao dicto* Kolovvrat *de Chrzanovvicz aliàs de Zbraslavvicz An.* 1389. 26. *Aprilis. testes : Ioannes & Albertus fratres uterini de Zrucz. confirmatio.* 1. *Maij.*

* *De Zrucz etiam* Kolovvratæi *origine fuêre, ut ex plurimis Erectionum locis clarè apparet.* *

T. 2. S. Nicolaus Pragæ.

*Ratificatio permutationis quorundam censuum Altaris* S. Crucis *in Ecclesia* S. Nicolai *in foro pullorum* 17, *Maij* 1389.

U. 2. Trebonensis Abbas. X. 2. Cœn. Trebonensi.

*Literæ* Urbani Papæ VI. *quibus Benessium Præpositum Trebonensem & Successores ejus omnes ex* Præpositis *creat* Abbates, *& ut benedicantur ab Ioanne Archiepiscopo, & ut libere uti possint mitrâ, anulo, sandalijs, baculo pastorali, & alijs insignijs Pontificalibus.* 6. *Id. Decembris Pontificatûs Anno* 9. *Mittitur etiam formula Iuramenti, quam debent Abbates præstare. hæc omnia recitat, & declarat Ioannes Archiepiscopus Pragensis, & testatur insuper esse* bona sufficientia pro Abbate, *& quod præter* Præpositum 20. Canonici Trebonæ *ali possint.*

* Mirari

✶ Mirari hoc loco satis non possum hæc ab ijs ignorari, ad quos ea res maximè pertineret. ✶

A. 3. Othmochovij Ecclesia Collegiata.

Joannes *Archiepiscopus Pragensis Apostolicæ sedis Legatus & Commissarius ad infra scripta à sede Apostolica deputatus recitat literas* Urbani Papæ VI. *sibi à* D. Wenceslao *Episcopo & Capitulo Wratislavviensi præsentatas, & sibi inscriptas; quibus* Papa *creat novam* Ecclesiam Collegiatam in Othmochovv *Wratislavviensis Diœcesis ad Ecclesiam* S. Nicolai *sitam sub fortalitio* Wratislavviensis Ecclesiæ. *Fundator bonæ memoriæ Berkoldus Fulschüssel Physicus, pro animæ suæ & suorum salute 154. marchas argenti census annui ex certis bonis stabilibus percipiendis dedit* Wenceslao *Episcopo, ut is congruo loco* Wratislavviensis Diœcesis *Collegium certi numeri Canonicorum sæcularium de novo institueret, &c. Datum Perusij 4. Id. Octobris Pontificatûs Anno X. Ioannes Archiepiscopus declarat futuros XII. Canonicos An. 1389. 27. Septembris.*

B. 3.

C. 3. Officialis. Przibislav: tres Vicarij:

*Ioannes Pomuk* Decretorum Doctor Canonicus Ecclesiæ Wissehradensis *Vicarius* in spiritualibus Reverendissimi D. Joannis Archiepiscopi Pragensis confirmat donationem censuum pro Ecclesia Parochiali in *Przibislavv*, quódque Plebanus teneatur *tres Vicarios* alere.

D. 3. Ronovij & Lippæi patrueles.

Donatio est à D. Czenkone de *Ronovv* dicto de *Letovvicz*. Subscribunt testes: Henricus de Lippa supremus Regni Bohemiæ Marschallus, & Joannes dictus *Ptazek de Pirkenstein*, & Czenko *de Borovva*. Datum Letovvicz An. 1389. confirmatum eodem anno 3. Octobris.

E. 3. Liboczan.

Mutatio agrorum Ecclesiæ in *Liboczan* cum Martino Pittkauso Cive Zatecensi. Patronus Ecclesiæ *Busko* Abbas Monasterij Portæ Apostolorum Ordinis S. Benedicti An. 1389. nominatur & Benessius Decanus Zacensis. Sigillum Abbatis: infulatus Abbas cum suo apparatu, dextrâ tenens baculum pastoralem, sinistrâ librum.

Sigillum Abbatis in Porta Apostol:

✶ Ex hoc etiam loco apparet: Abbates Cœnobij Portæ Apostolorum, Infulæ & Pedi privilegium habuisse. ✶

F. 3. Broda Boh.

Erectio & Dotatio Altaris S. Bartholomæi in *Broda Bohemicali*, facta à Civibus loci 23. Septembris 1389.

G. 3. Czaslavia.

Erectio & Dotatio Altaris S. Nicolai in Parochiali Ecclesia *Czaslavviæ* à Civibus 26. Octobris.

H. 3. Cœnob. S. Caroli. I. 3. de Wartéb:

*Procopius Abbas* totúsque Conventus Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Monasterij S. Caroli promittunt quotidie unam Missam pro Nobili D. Petro de *Wartemberg* Domino in Kost, *quia ipse fuit actor principalis, ut Lissa Monasterio traderetur, & quàm primùm eò quinque Sacerdotes inducentur, ibi quot septimanis habebitur pro eo una Missa &c.* 1389. 8. Novembris.

K. 3. Lissa.

✶ Ex hoc loco evidenter, quod antè dixeram probatur *Lissam* ditionem fuisse Monasterij Carolini. vide suprà P. 1. ✶

Quatuor Capellaniæ in Czestin Kostel. de Petrovv:

Erectio & Fundatio quatuor perpetuarum Capellaniarum in Czestin Kostel à D. Zbinkone Presbytero Pragensis Diœcesis nato quondam Meykonis de Czestin-Kostel 1388. 3. Novembris.

✶ Czestin Kostel plurimis fundationibus Altaristarum ornatum fuit, quod sæpius sum admiratus; de ipsa Ecclesia quædam attuli L. 3. Miscellaneorum, quis fuerit *Meyko* vide: N. 3. ✶

L. 3. Witicz.

Dotatio & Erectio Capellaniæ in Ecclesia Parochiali in Witicz à famoso Viro *Nicolao Wrbik* de Tysmicz 1388. 12. Junij.

M. 3. Vinea Archiepisc. in monte Petrino.

Donatur ad vitam Domini Archiepiscopi *Joannis Vinea in Monte Petrino* Henrico Irtucz Notario Cameræ Archiepiscopi Pragensis. Quæ Vinea spectat ad Mensam Archiepiscopalem, consensit Capitulum ob fidelia Henrici obsequia An. 1385. 8. Maij.

N. 3. In Czestin-Kostel quinque Capell:

Erectio Altaris S. Mariæ Magdalenæ in *Czestin Kostel* à D. Zbinkone Presbytero de *Czestin Kostel hærede* bonorum illorum; qui fuit filius *Nicolai de Petrovvicz* A. 1387. 26. Augusti.

Idem *Zbinko* erigit in eadem Ecclesia aliud *Altare SS. Trinitatis*. 26. Augusti 1388.

* Apparet hunc *Zbinkonem* Presbyterum valde liberalem in suam Ecclesiam Czestin Kostel extitisse; jam quintum Capellanum in eadem Ecclesia fundando, fuit verò nobili genere editus *Equitum de Petrovvicz* (ex qua stirpe Aviam paternam meam quoque prodijsse scio *Dorotheam de Petrovvicz*) qui nuper (K. 3.) *Meyko* vel *Miko* de Czestin Kostel appellabatur, hoc loco appellatur Nicolaus stirpe de *Petrovvicz*. *

O. 3. Mnichovv.

Donatio unius Sexagenæ cum media censûs perpetui pro Ecclesia in *Mnichovv* à Drazkone de *Wrssovv* Domino loci An. 1388. 2. Julij.

de Wrssovv.

* Scio *Comites Wrssovvecios*; ad eos tamen non puto (ex certis conjecturis) hanc fundationem spectare, sed ad *Equites* hujus nominis. Literæ *Leonardi Presbyteri* de Montibus Cuttnis, spectant ad sequentia. *

P. 3. Q. 3. R. 3. Cuttna.

Erectio Altaris *S. Wenceslai* in Superiori Ecclesia in *Montibus Cuttnis* An. 1388. 16. Septembris.

S. 3. T. 3. U. 3 Bilan ad Archiep.

Literæ Petri dicti de *Libnovvicz* Nobilis super Judicio in *Bilan* prope *Brodam* ad Archiepiscopum pertinente. An. 1388.

* Cùm *Broda Bohemica* eâ ætate ad Archiepiscopum Pragensem pertinuerit; nihil mirum vicinas quoque villas ejus Judicio subjectas fuisse. *

X. 3. Hostislaus de Bilska.

Permutatio XII. Sexagenarum cum media Domini *Hostislai Decani Daudlebensis*, *Plebani in Crumnavv*, & Andreæ de *Bilsk* Armigeri fratris ejus germani, cum *Capellanis in Niemczicz* An. 1389. 8. Novembris.

* *Crumnovv* vel *Crumpnau*, hodie *Crumlovium* dicimus, in eo olim Ecclesia tantùm Parochialis fuit, cujus *Plebanus*, *Daudlebensis Decani* titulum gerebat, ut plurimis constat exemplis. *Hostislaus* cujus stirpis fuerit, facilè ex fratris nomine cognoscitur, fuit verò *Hostislaus* Vir maximi nominis, ac summæ apud Rosenses authoritatis, qui totam eam Domum & stirpem regebat; De ejus Testamento cùm de *Ecclesia Crumloviensi* sermo recurret, plura adferentur. *

Z. 3. Lippa. Berka. de Chlum.

Erectio & Dotatio Altaris S. Crucis in Ecclesia S. Crucis in prædurbio Civitatis *Lippensis* à Civibus loci. Confirmatio ejus Erectionis ab *Hinkone Berka* de Duba Domino in Haynstein & in Lippa An. 1389. testes: strenuus Henzlinus dictus de *Chlum* residens in *Svvoykovv* & Validus Hinko de *Nedbanovv*.

* *Lippa* ad quos antè spectârit, dixi in superioribus. *Berkarum* stirps à prima Civitatis origine dominabatur hoc loco. *Heynstein* meliùs ab alijs *Hoenstein* vel *Hohenstein* appellatur. Notandum est: Equites de Chlum, Svvoykovv (Capauniorum originariam sedem) tenuisse, vel olim Capaunios de Chlum, dictos. *Validi* titulus idem est quod strenui, ísque titulus Militibus, vel Equitibus dabatur. *

B. 4. C. 4. Lippa.

Erectio & dotatio Altaris B. MARIÆ Virginis in Ecclesia S. MARIÆ prope Civitatem *Lippensem* à Civibus & ejusdem *Hinkonis Berka* loci Domini super ea re consensus An. 1389. 20. Decembris.

D. 4. Kralovvicz.

Donatio censûs perpetui duarum Sexagenarum pro Ecclesia in *Kralovvicz* à Joanne aliàs Gesskone de *Kralovvicz* Cliente An. 1390. 21. Januarij.

Joannes Pomuk Officialis.

* Omnes hasce & procul superiores Donationes & Erectiones confirmat *Joannes Pomuk* Decretorum Doctor Canonicus Ecclesiæ Wissehradensis Vicarius in spiritualibus *Joannis* Archiepiscopi. Sed diversus à *B. Joanne Nepomuceno*, qui jamante annos aliquot Martyrio coronatus erat. *

Erectio

Erectio Altaris SS. Petri & Pauli Apostolorum & S. Palmatij M. in *Ecclesia O-nium Sanctorum* Parochiali, à famosis Viris Michalkone de *Nucznicz*, Czenkone le Mireslovvicz & Kocziczka de Borcz Armigeris fratribus An. 1390. 27. Januarij. F. 4. de Mireslo-vvicz.

Bulla anni *Jubilæi* ab Urbano Papa An. 1390. hoc loco recitatur. G. 4. Jubilæi Bul:

Erectio Altaris B. MARIÆ Virginis in Ecclesia S. Nicolai majoris Civitatis Pragensis; assignantur X. Sexagenæ pro ea fundatione, quas dabunt *Gertrudis* Ab-batissa, Catharina Priorissa, & Conventus *Sanctimonialium Monasterij S. Spiritûs* aliàs ad *Misericordias Domini* Ordinis S. Benedicti Majoris Civitatis Pragensis, loco *Claræ Viduæ* Henzlini Freybergeri, eò quod Clara Monasterio donârit Villam Przeboy. 1390. 4. Martij. H. 4. S. Nicolaus Pragæ. Cœn: S. Spiritûs Pragæ. I. 4.

Dionysius de *Talemberg* & Woyslavv de *Miliczina* Sacerdos Arbitri constituti, decem Sexagenas adjudicant Bechoni Plebano in Hosticz, contra Przibikonem de Nasovvrk An. 1390. 5. Martij. hæ literæ (quod vix unquam aliàs) Bohemicè sunt scriptæ. Hosticz. L. 4. de Talemb. seu de Miliczin.

* *Talembergios* olim dictos esse de Miliczina & esse Slavicæ Originis ab eadem stirpe cum Kaunicijs & Czernczicijs de Kaczovva descendentes, nimis certum est, probátque disertè *Paprocius*; qui aliud dixerint, refellentur totiûs Bohemiæ Veteris sensu, & neque unquam Clypeum suum ex ullo *Germaniæ Circulo* poterunt comprobare. *

Literæ Nobilium Dominorum Purkhardi, Genczonis & Theodorici fratrum de Janovvicz super Capellania in Parochiali Ecclesia in Poczepicz 1390. 12. Martij. L. 4. Poczepicz.

* Multæ in Bohemia stirpes hoc nomine in Bohemia gaudent, quæ tam origine, quàm Clypeo differunt, ut in Stemmatographia probabitur; hi quos modò nominavi, de Janovvicz Fratres, in Procerum (non Militum) Ordine censebantur, quod & titulus *Nobilium Virorum* (qui in his libris solis datur Baronibus terræ) ostendit, & inferiùs clarè elucescet. Jam verò nôrint Lectores me ampliùs decennio dubitasse, & investigasse, quonam hæc familia Procerum de Ianovvicz (ex qua etiam ortus fuit supremus sub Regis Wladislai initia *Burgravius Genecz de Ianovvicz & Petrsburg*) quonam inquam, hæc familia pertinuerit, & quem Clypeum gesserit; tandem post diligentissimam annis pluribus inquisitionem deprehendi, non, ut alij scripserunt *Berkam* aut *Waldsteinium*, sed ejus familiæ fuisse quæ de *Nachod* dicebatur, & Leonem gestabat in Clypeo; id in Stemmatographia planum faciemus, & ex his ipsis *Erectionum* libris infrà probabimus suo loco. * Domini & Proceres de Ianovvicz.

Donatio octo Sexagenarum censûs perpetui pro Ecclesia Parochiali in Civitate Curia facta à Civibus loci; Consensus desuper Germanicè scriptus *Agnetis DEI Gratiâ Ducissæ Silesiæ*, Dominæ in Fürstenberg, Svvidnicz & Jaur. An. 1390. Svvidnicij. M. 4. Curia Reg: N. 4. O. 4.

* Qua ratione dotalis hæc *Civitas Reginarum* ad *Agnetem* pervenerit, in Epitome innuimus. *

Erectio Altaris S. Georgij in Ecclesia Omnium Sanctorum in Miza à Civibus 16. Maij. P. 4. Miza.

Hinko DEI & Apostolicæ Sedis Gratiâ Episcopus Ladmirinensis Ordinis FF. Eremitarum S. Augustini *Vicarius Ioannis Archiepiscopi Pragensis* in spiritualibus, testatur præsentibus literis, se contulisse sacros Ordines cuidam. Datum in Domo habitationis meæ propè *Monasterium S. Thomæ* in minori Civitate Pragensi. 1386. 11. Novembris. Hinko Suffraganeus. Cœnob: S. Thomæ.

* Pragenses Archiepiscopi omnibus sæculis Suffraganeos suos habuêre, & præcipuè ex Ordine S. Augustini, etiam si aliquando ad id Præmonstratenses, aliique legerentur. *

55. Gerzicz. Q. 4. Donatio 55. grossorum Pragensium census annui pro Ecclesia in *Gerzicz* à D. Joanne de *Mzan* Plebano Ecclesiæ in Horzinievves, Marquardo de Mokrovvaus, Marco de Mzan fratribus germanis, natis quondam Zdislai dicti Sokol ibidem de Mzan & Dominæ Zderæ, item pro Offka de Gerzicz An. 1390. 16. Aprilis. confirmatum 9. Augusti.

Rodovvsky * Sciendum est: (quod potentiùs probabitur in Stemmatographia) Dominos de *Mokrovvaus* eosdem de Hustirzan fuisse proinde ijdem censendi sunt de Mzan, Sokol, &c. cùm germani fratres appellentur. *

R. 4. S. 4. T. 4. Lobkovv: de Zasada. Erectio, dotatio, donatio Altaris S. Catharinæ in Ecclesia Parochiali in *Lobkovvicz* à famoso Viro D. Joanne Czuch de Zasada residente in Lobkovvicz, Marsalco Serenissimi Regis *VVenceslai* 19. Augusti.

* Dominos de *Zasada Lobkoviciorum* Originarios fuisse credibile est, ídque postea probabitur. *

U. 4. Hobssovv: Census quidam annui pro Ecclesia in *Hobssovvicz* à quadam Civilis statûs Fæmina 1390. 23. Augusti.

S. Michael N. Pragæ. Translatio censûs Altaris B. MARIÆ Virginis in Ecclesia Parochiali *S. Michaelis in Opatovvicz* in Nova Civitate Pragensi à Civibus 23. Augusti An. 1390.

X. 4. Capitulum Generale, Canonici quidam nõ Sacerdotes. *Statutum Ecclesiæ Pragensis, & Joannis Archiepiscopi* in Capitulo Generali, quod consuetum est celebrari circa Festum Translationis S. Wenceslai; ut nemo Canonicorum Ecclesiæ Pragensis in minoribus Ordinibus constitutus percipiat portiones grossas vel funerales, sed de Corpore Præbendæ suæ tantum debet esse contentus. 1390.



# ERECTIONUM VOLUMEN QUARTUM.

A. B. C. D. vacant. E. 1. Budvicium. EXortis inter Plebanum de *Budvveis* & Altaristas ibidem quibusdam discordijs Arbitri duo nominati sunt: *Magister Borsso Archidiaconus Bechinensis*, & *Benessius* Præpositus Canonicorum Regularium S. Augustini in Trzebon An. 1376. confirmatur hæc pronunciatio ab Joanne Archiepiscopo A. 1390. ultimâ Augusti.

H. 1. S. Stephan: Pragæ. Donatio sex Sexagenarum censûs annui pro Ecclesia *S. Stephani* in nova Civitate Pragensi à quadam paupere fæmina 1390. 6. Augusti.

I. 1. Choczerad. de Wesce. Donatio octoginta grossorum annui censûs pro Ecclesia B. Virgnis in *Chocerad* à famoso Viro Nicolao cliente de Wesce. 3. Septembris.

* Familia *Equitum Popel de Wescze* perantiqua fuit, quæ originem dedit alijs quoque familijs. *

K. 1. Budvicium. Dotatio Altaris SS. Petri & Pauli Apostolorum in Ecclesia Parochiali S. *Nicolai in Budvveis à Cive* quodam A. 1390. 27. Septembris.

Capellania in Zbraslav: Kolovvrat. Donatio & Erectio perpetuæ *Capellaniæ in Zbraslavvicz* à Nicolao dicto *Kolovvrat de Chrzenovvicz* aliàs de *Zbraslavvicz* 1390. 22. Septembris.

L. 1. de Saumar. *Georgius Lunsky* minoris Pragæ Civis donat jus Patronatûs, quod habuit ad Altare S. *Matthæi* in Ecclesia Pragensi Nobilibus Viris DD. Borzivoio & Zachariæ fratribus de Saumar.

* Certum est Dominos de Saumar ex Procerum gente prodiisse, atquis eorum Clypeus fuerit, ignoratur. *

Consen-

Consensus Venditionis duarum Sexagenarum Censûs perpetui Ecclesiæ *S. MARIÆ* majoris Civitatis Pragensis pro *Monasterio Slavorum* A. 1372. ratificatum 1390. 19. Novembris. M. I. B. V. in Lacu

Dotatio & Erectio Altaris S. *Leonardi* Confessoris, & Fælicis & Adaucti Mart. in Ecclesia Parochiali Czaslaviensi à Civibus An. 1390. 5. Decembris. N. I. Czaslaviæ.

Joannes Pomuk Decretorum Doctor Archidiaconus Zacensis Vicarius in spiritualibus Archiepiscopi declarat dispensatum esse cum quodam in defectu Natalium. Archidiac. Zatecij.

Donatio duorum Sexagenarum cum xx. grossis censûs perpetui pro Capellania in *Zbraslavvicz* à Nicolao dicto de *Kolovvrat*, aliàs de Chrzenovvicz Anno 1390. 2. Decembris. Vid superiùs K. I. O. I. Zbraslavv. de Kolovvr.

Concordia inter Abbatem Benessium divinâ miseratione Monasterij *S. Ægidij* in Trzebon & Plebanum in Lissovv. 1391. 3. Februarij. P. I. Cœn. Treb.

* Ex singulari Privilegio Sedis Apostolicæ Præpositura Canonicorum Regularium S. Augustini erecta est in Abbatialem, ut antè notatum est, & ex hoc loco apparet. *

Concordia inter eundem Abbatem & Conventum Monasterij *Trebonensis* & Plebanum in Stiepanovv. 1389. 1. Januarij ratificatio 3. Februarij 1391. S. I. Stiepanovv.

Donatio silvæ Ecclesiæ in *Chlum* à famoso Viro Hinkone de *Radicz* pro anima *Annæ* Conthoralis suæ, & pro anima Domini sui Nobilis Viri D. Joannis de Landtstein, olim Præpositi Mielnicensis. Subscripti: Genssico de *Chlum*, & Joannes de Ossusse Famosi Viri Ecclesiæ in Chlum Patroni An. 1391. 17. Februarij. T. I. Chlum. de Radicz.

* Non ideo *Ioannem de Landtstein* appellat Dominum quòd ejus servus fuerit conditione, sed quòd in ejus Aula servierit, ut eâ ætate fieri solebat. De *Radicz* Equites hodiéque perseverant. * de Landstein.

Erectio & Dotatio Altaris *SS. Trinitatis* & trium Regum in Ecclesia *S. Michaëlis* in Majore Civitate Pragensis à Civibus illius Urbis. 1391. 14. Martij. U. I. S. Michael Pragæ. V.

Donatio triginta grossorum censûs annui pro Ecclesia S. Procopij in *Horzinioivves* à Joanne de Mzan Plebano in Horziniovves, Marquardo de Mokrovvicz, Marco de Mzan Fratribus germanis natis Famosi Zdislai dicti Sokol ibidem de Mzan A. 1390. 27. Augusti. X. I. Horziniov.

* Probabo in Stemmatographia hos omnes: de Mzan, Sokol, de Mokrovvaus, Rodovvskianæ stirpis fuisse, ac proinde hanc & omnium Equitum de Mokrovvaus gloriam ad hodiernos Rodovvskios, eorúmque Patrueles pertinere. * Rodovvsky

Donatio 5. Sexagenarum grossorum annui censûs pro Ecclesia *Horzicz* ut mane de B. Virgine MARIA quotidie Missa cantetur; facta donatio à strenuo Milite Domino Neplach de Ostrovv, cujus erat frater Marsso An. 1391. 8. Aprilis. A. 2. Horzicz.

* *Neplach* vel *Neplacho* scio nomen fuisse, erat tamen & cognomen Equitum, ex quorũ stirpe editus fuit *Neplacho Abbas Opatovicensis*, ut superiùs memini dicere. * Neplacho.

Dotatio & Erectio Altaris S. Nicolai in Ecclesia *S. Michaëlis* majoris Civitatis Pragensis à Civibus. 22. Maij. 1390. B. 2. S. Michael V. Pragæ.

Altaris S. Annæ Erectio in Ecclesia Parochiali in Oppido Svvin ab ipsis Civibus. 22. Junij 1391. C. 2. Svvin.

Erectio & Dotatio Altaris S. Catharinæ in Ecclesia Parochiali in Czestin Kostel à D. Zbinkone de Czestin Kostel Presbytero. Fundator Jus Patronatus (illius Altaris S. Catharinæ) reservat pro se & D. Colmanno Plebano Ecclesiæ in Rovvny & Magnusio de Zdebuzovvez, fratre germano ipsius D. Colmani; post eorum mortem verò decernit, ut ad filios nostros, videlicet *Nicolaum*, *Zbinkonem*, & *Zdenkonem*, fratres germanos de *Petrovvicz* devolvatur, exceptis tamen filijs *Nicolai* D. E. F. 2. Czestin Kostel. Colmannus de Zul. de Petrovv.

*Zul de Krzeſſicz* videlicet Meikone, Zbinkone, Bohunkone, & Nicolao. Datum 1363. 1. Maij. Nos quoque *Ioannes Pomuk* Decretorum Doctor Archidiaconus Zacenſis in EccleſiaPragenſi approbamus, &c. 1391. 5. Julij.

* Hæc familia militares Viros quàm plurimos edidit; de Zul bellicoſiſſimi E-quites poſt Ziſcæ tempora prodiêre, omnes cognomen habebant vetuſtum de *Petro-vvicz*; an *Colmannus* (quem ego olim inter *Martyres Bohemiæ numeravi*) ex ea ſtirpe ſit editus, viderint *Oborziſſtienſes*. ⁎

G. 2. Cœn. Wyle-movienſe.

Incorporatio Eccleſiæ Parochialis S. MARIÆ intra muros *Monaſterij in Wyle-movv* ipſi Monaſterio Ordin. S. Benedicti ab Joanne Archiepiſcopo Pragenſi (qui priùs recitat *Bullam Bonifacij IX.* in favorem Abbatis & Conventûs.) Datum Pragæ 1391. 5. Julij. præſentibus Venerabilibus *DD. Nicolao Puchnik* Licentiato in Decretis Officiali, *Joanne Pomuk* in ijſdem Decretis Doctore, Vicarijs in ſpiritualibus noſtris, Wenceſlao Tinenſi, & Wenceslao Miſnenſi, Mathia de Mutina Olomucenſis Eccleſiæ Præpoſitis, Wenceſlao Radecz Decano S. Apollinaris Pragenſis noſtræ Eccleſiæ Præpoſitis.

H. I. 2. Sufficium.

Erectio & Dotatio Altaris S. Bartholomæi in Sicca ab ipſis Civibus facta An. 1390. 26. Octobris.

K. L. 2. Zderaz.

*Joannes Præpoſitus Monaſterij Zderaſienſis ſepulchri Dominici Hieroſolymitani Ord. S. Auguſtini impetrat à Papa Bonifacio IX.* ut poſſit ſuos ex Parochijs ad Monaſterium, & Clauſtrum quoties libuerit ſine contradictione Archiepiſcopi Pragenſis revocare, & alios ſubſtituere. Romæ apud S. Petrum Id: Maij Pontificatûs Anno I.

* Notandus eſt hoc loco titulus Præpoſiti Zderazenſis. ⁎

M. 2. Sacellum Bethlehem.

Erectio & Dotatio Capellæ S. Innocentium, aliàs *Bethleem* in majori Civitate Pragenſi à *Cruce Inſtitore*, & Joanne de *Mulheim*. finis fundationis: quòd non habeant locum *Bohemici Prædicatores alibi concionandi* An. 1391. 20. Maij. Additur limitatio donationis ejuſdem Capellæ.

* Diligenter hujus Erectionis literæ ſunt legendæ: continent enim prima hære-ſeos ſemina, quæ in *Bethlëem* jacta ſunt ab Huſſo; deinde & illud *Bohemicis Prædicatoribus Cathedram* non ſuppetere. quod velut arcanum hoc loco non pandam. ⁎

N. O. 2. Chotieborz.

Erectio & dotatio Capellaniæ in Chotieborz à Civibus loci A. 1391. 17. Novembris.

Tinæ Vicar.

Locatio & Arendatio Beneficiorum Dominorum Vicariorum Eccleſiæ *S. Chriſtophori* in Tein. 1391. 17. Novembris.

Q. 2. Wrzcesko-vvicz. de Raupo-vva.

Erectio & Dotatio Capellaniæ in Eccleſia Parochiali in *Wrzeskovvicz* à Nobilibus Viris D. Hieprone de Raupovv & Purchardo ibidem A. 1391. die S. Remigij confirmatum 22. Novembris.

* Hoc primùm in hiſce *Erectionum Libris* invenio monimentum Pietatis Illuſtris familiæ de *Raupovva*. ⁎

R. 2. Erectio in Metropol. Joannes Görlicenſis Dux. An. 1398.

Erectio & Dotatio Altaris B. Mariæ Virginis, SS. Philippi & Jacobi Apoſtolorum & S. Georgij Martyris in Eccleſia Pragenſi ab Illuſtri Principe D. Joanne Dei Gratiâ *Marchione Brandenburgi & Luſatiæ, ac Duce Görlicenſi* An. 1389. Pragæ confirmatum ab Joanne Archiepiſcopo Pragenſi. 1391. 3. Decembris.

* De hoc Joanne plura in Libris Regum & Ducum Bohemiæ dicentur; neque enim omnia ſimul unóque in loco ſunt proferenda. ⁎

S. 2. Bigan.

Translatio unius Sexagenæ cenſûs annui ad bona Ruthardi de *Bigan* pro Eccleſia ibidem in *Bigan* An. 1391. 12. Januarij.

T. 2. S. Gallus Pragæ.

Erectio & dotatio Capellæ & Altaris S. Ioannis in Superiori parte Eccleſiæ *S. Galli*, majoris Civitatis Pragenſis à Leonardo Plebano ibidem. nominatur in his literis Magiſter Nicolaus Javvr SS. Theologiæ Baccalaureus & Magiſter in Artibus, Prædicator S. Galli An. 1392. 18. Januarij.

Erectio

U. 2. Miechnegovv de Sternberg.

Erectio & dotatio Altaris B. MARIÆ Virginis in Ecclesia Parochiali in *Miechniegovv* à D. Alberto *de Sternberg*, qui nominat in ijdem literis Genitricem suam Elissam An. 1393. confirmatur An. 1392. 1. Aprilis.

X. 2. Pieczin. Cœn. Strakonicense.

*Joannes* Archiepiscopus Pragensis, jussu Bonifacij IV. Papæ Ecclesiam Parochialem in *Pieczin* incorporat Monasterio in Strakonicz, in quo, ut ait Pontifex, Præceptor & Fratres Hospitalis, Divinis Officijs insistentes Hospitalitatem tenentes, & infirmis degentibus inibi ministrantes, existunt, nè contingat eos propter victûs inopiam dispergi. 6. Aprilis.

* Mihi non fit verisimile ad ipsos Equites Melitenses, olim Rhodios, hanc incorporationem pertinuisse, sed ad Sacerdotum Collegium Melitensium, quod erat inibi fundatum, de quo dicemus suo loco. *

A. B. 3. Peldrzim:

Erectio Altaris S. *Sigismundi* in Capella S. MARIÆ Ecclesiæ Parochialis in *Pilgremis* annexa fundatio à Civibus An. 1391. 18. Decembris.

C. 3. Wlassim.

Erectio & Dotatio Altaris SS. Nicolai & Martini & aliorum Confessorum in Ecclesia Parochiali in *Wlassim* à Joañe & Paulo fratribus uterinis de *Wlassim* A. 1392. 6. Maij.

Proceres de Wlassim.

* *Wlassimiorum* Illustrissimam stirpem ab omni memoria habitasse in Bohemia apud nos (ut jam antè monui) hæ literæ, si abessent alia, & nomen ipsum loci *Wlassim* satis ostendunt. *

D. 3: Broda Boh.

Erectio Altaris Visitationis S. MARIÆ in *Broda Bohemica* à Civibus ejus loci. 18. Maij. 1392.

E. 3. S. Leonard. Pragæ.

Donatio Juris Patronatûs SS. Patronorum Wenceslai & Procopij in Ecclesia *S. Leonardi* majoris Ecclesiæ Pragensis Kunczliconi Civi dictæ Civitatis à Procopio Witkonis de *Praga* Cive ibidem 18. Maij 1392.

Biecharz.

Elocatio Curiæ & Agrorum in *Biecharz*, à Joanne de *Geczen* Licentiato in Decretis Archidiacono Gradicensi in Ecclesia Pragensi, in Personam Joannis dicti *Krog de Ztetin* consentiente *Joanne* DEI gratiâ Archiepiscopo Pragensi. Nos quoque *Bohuslaus* Decanus totúmque Capitulum Ecclesiæ Pragensis omnia rata habemus & grata. Datum in Capitulo nostro Generali. An. 1392. feriâ 3. post Festum Translationis S. Wenceslai.

F. 3. S. Leonard: Pragæ.

Literæ quædam spectantes ad *Altaristam* SS. Patronorum Wenceslai & Procopij in Ecclesia *S. Leonardi* majoris Urbis *Pragensis*. An. 1392. 22. Maij.

S. Michael Pragæ.

Cessio Juris Patronatûs Altaris Corporis Christi in Ecclesia *S. Michaelis in Praga majori*, à Cive Pragensi alteri Civi Wogtiechoni & Annæ ejus Uxori prætextrici prætextarum aurearum. 1392. 3. Aprilis.

* Fuêre quondam in Bohemia alia, quàm nunc sunt tempora: tot artificum & opificum nomina sub *Carolo IV*. Pragæ laborantium enumerat *Hagecius*, ut neque quid sibi illa velint, ætas nostra intelligat; hoc loco prætextarum aurearum prætextrix unius tantum artificij singulare nomen est. *

G. 3. Lippa.

Dotatio & Erectio Altaris S. Wenceslai, & S. Ludmillæ in *Ecclesia Parochiali in Lippa*; Dotat Hinko Berka dictus de Duba, Dominus in Honstein & in Lippa. Plebanus verò nominatur Kunko dictus Krabicze. An. 1391. confirmat Joannes *Pomuk* Vicarius.

Krabiczij.

* De Berka Domino in Hohenstein jam sæpe dixi: Plebanus ex illustri Equitum Krabicziorum de Weitmil familia prodijt, de qua multis in Stemmatographia agetur. *

H. 3. Planiasy. de Genczenstein.

Donatio octo Sexagenarum Censûs annui pro Decimis Ecclesiæ Parochialis in *Planias* ab Joanne Archiepiscopo Pragensi & ejus fratribus germanis Paulo & Wenceslao de *Genczenstein*, nominatur ibidem Pater eorum *Paulus de Genczenstein* bonæ memoriæ supremus Cameræ Regni Bohemiæ Notarius. An. 1392. 14. Junij.

Hæc

* Hæc Familia Procerum de *Genczenstein*, vel *Genczstein* jam pridem extincta est, dicta ab Arce quam tenebat, *Genczenstein*, cujus ruinæ hodiéque occurrunt dextrâ viæ parte *Brundusium Pragâ* proficiscentibus. *

I. 3. Eccl. Prag.

*Venditio, ut Veteres loquebantur, seu apertiùs Donatio trium Sexagenarum ad Altare S.* Annæ *Pragæ in Metropolitana Ecclesia Pragensi à famoso Viro Radslao Cliente de* Stochovv 25. *Junij* 1392.

deStochovv

* Perantiqua stirps Equitum de *Stochovva* ab Hagecio Annalium nostrorum Scriptore etiam antè quàm Bohemia Christum adoraret, nominatur. *

K. 3. Planik

Sezimæ de Austi.

*Translatio & Incorporatio Molendini sub* Strkovv *ad Ecclesiam in Planik cum consensu Nobilium Virorum Sezemæ, Hinkonis & Joannis fratrum* de Usk super Luznicz; *petente Leone de* Stokovv *Armigero, approbante Mathiâ de Stramnik Decretorum Doctore Vicario Archiepiscopi Joannis.* 1383. 15. *July.*

* *Sezemæ de Austi*, ut certum est ex historia M. S. Rosensi, nunquam bona sua dividebant ad conservandam stirpis suæ potentiam, licet Majoratum, ut vocant, non haberent; Sed qui conjugem acciperet, ei certa ex Bonis portio obveniebat, ad stirpem totam post mortem reditura; filij rursus & proles in eadem & ex eadem ditione manebant & vivebant; cæteri, qui sine prole decederent, bona sua fratribus aut fratrum filijs relinquebant: ejusmodi hæreditates vocabantur indivisæ, & fratres indivisi Nedjlnj Bratřj. ob eam caussam consentiunt in illam Translationem omnes fratres de nomine, alioquin uno nesciente vel contradicente nulla *Translatio* fieri potuisset. Qui fuerint *Sezimæ* dictum est superiùs; de Equitibus de *Stokovv* dicetur inferius. *

K. 3. de Waldst. Cœn. S. Caroli.

*Nobilis Vir D.* Woko Miles de Waldstein *donat* 20. *Sexagenas censûs perpetui pro* Monasterio S. Caroli in Praga, ut quotidie cantetur Missa de B. V. Gloriosa; approbat Fundationem *Joannes* Archiepiscopus. 1392.

Waldsteinij gẽs antiqua

* Scio gloriam *Wartembergicorum ad Waldsteinios*, qui à Wartembergicis descendunt, pertinere; at hæc Fundatio non revocatoriè, & indirectè (ut ita loquar) sed propriè ad *Waldsteinios* spectat. Ex titulo Nobilis viri usu illorum temporum, discere quisque potest, Dominorum & Procerum familiam jam tum fuisse *Waldsteinicam*, neque ea de re dubitari potest, cùm *Waldsteinios* etiam ad Anni 1200. initia Proceres fuisse, & *Wartembergicos* à quibus oriuntur, ante annum 1300. inter Proceres censos esse sciamus. Gratis verò se se fatigant, qui ex *Hassia* originem arcessunt: nam, ut taceam, *Waldsteinios* nostros semper Dominos & Barones, illos Equites appellari, Clypeísque gentilitijs (quæ perpetua est familiarum nota) discrepare, certè gesta *Waldsteiniorum* in Bohemia tam antiqua sunt (jam sub Joanne Rege circa 1315. & *fundatio Iglaviensis Prædicatorum Cœnobij* vivente ad huc S. *Dominico* circa A. D. 1218. perfecta, aliáque hujusmodi) ut omnem illorum *Equitum in Hassia* antiquitatem & memoriam exsuperent, adeò ut si antiquitas Memoriarum spectanda sit *Hassi à Waldsteinijs* nostris potiùs, quàm *Waldsteinij ab Hassis* (si alterutrum admittendum sit) descendant. itaque non audiendi sunt licet aliarum familiarum Imperialium periti, qui *Familias Bohemiæ* ignorant & quocunque argumento nominum utuntur ad hanc vel illam Originem probandam: infirmissima enim à nomine in Genealogijs probatio habetur, præsertim cùm aliâ non congruant. Sanè eum qui *Bohemicarum Familiarum Origines* producere velit, gentis totius historiam penitùs pernosse oportet; *Nos* in Stemmatographia totius Regni & Tabularum authoritate evidenter probabimus, primum (qui dictus est *Waldsteinius*) *Zdenkonem* nomine, Patrem habuisse de Wartemberg, & ab Arce Waldstein, quæ ei in sortitione hæreditatis paternæ obtigerat, (quæ hodiéque ad Turnovium spectatur, quámque *Albertus Waldsteinius Dux* de novo exstruere cogitabat) de *Waldstein* appellari cœpisse. *

Waldsteinij gentiles Bohemi neque ex Hassia proveniunt.

*Festum*

Visitatio B. V. festũ fori.

*Festum Visitationis B. V. MARIÆ* statuitur esse & fore *Festum Fori*, instituit illud *Urbanus Papa VI.* confirmat *Bonifacius IX.* Romæ 8. Id. Novembris Pontificatûs Anno I. Recitantur etiam Indulgentiæ pro eodem Festo in Bohemia datæ à Joanne Archiepiscopo Pragensi 1392. 3. Januarij:

Joannes Archiep. huic festo tenere addictus.

* Notandum est *Joannem Archiepiscopum Pragensem laborâsse* potissimùm, ut hoc festum in Ecclesia induceretur, primúsque illud in Bohemiam induxit contradicentibus quibusdam *Canonicis Pragensibus*, ac negantibus Archiepiscopum, sine scitu Papæ posse eam festivitatem inducere. Extant hac de re tractatus in Manuscriptis Bibliothecis nostris Pragensi & Trebonensi, Adalberti Ranconis. Canonici Pragensis; vicit tamen *Joannes* Archepiscopus, qui cùm cederet Archiepiscopatu Wolframo, ut in Epitome diximus, plurimum commendavit, ut hoc Festum tueretur, si D E I benedictionem in hoc munere impetrare vellet. *

M. 3. Miliczin.

Donatio trium Sexagenarum Censûs annui pro Ecclesia in *Miliczin* ab Adamo de Borek, & Catharina ac Milka Viduis de *Miliczin* 1392. 27. Julij.

* Traditio est pervetus quam sequitur Bohemiæ Stemmatographus Paprocius, Dominos de *Talemberg* olim de *Miliczin* appellatos esse, ut jam toties dixi. *

N. 3. Cœn. S. Spiritûs.

Donatio unius Sexagenæ Censûs annui pro Altari S. Elisabeth in Monasterio S. Spiritûs, aliàs ad Misericordias Domini, à Leonardo Plebano Ecclesiæ S. Galli 1392. 29. Julij.

* Erat hoc Monasterium Sanctimonialium *Ordinis S. Benedicti*, cujus Archivi partem non modicam, & originales literas gaudeo me legisse, quæ suo loco adferentur. *

O. 3. Reis Eucharistia.

Statutum Synodale Joannis Archiepiscopi, ut damnati ad mortem SS. Eucharistiâ procurentur, quod aliqui nimium scrupulosi ut dicere solemus, Stoicâ quadam duritie, clamabant permittendum non esse. 1392. 17. Junij.

P. 3. S. Gallus Pragæ.

Erectio Altaris S. Erasmi in Ecclesia S. Galli Urbis majoris Pragensis à Martino Rotlevv Cive Pragensi residente in Kolodeg. An. 1391. 2. Septembris. confirmat *Joannes Pomuk &c.*

Opes Rotlevvi.

* Hic est ille Rotlevv aut ejus filius, de cujus opibus admiranda sunt in Hagecio, nósque etiam aliqua diximus in I. Miscellaneorum libro. Ex hoc etiam loco apparet *Pragenses Cives* habere & habuisse Jus, bona, ut vocant, terrestria possidendi. *

Q. 3. Duxoviæ. de Rysmb:

Erectio & Dotatio Altaris S. Crucis in Capella S. Crucis extra muros Civitatis in Duchczovv, à Nobili Viro D. Borssone Seniore Domino in Rysmburg. confirmat *Nicolaus Puchnik* Licentiatus in Decretis, Pragensis & Olomucensis Ecclesiarum Canonicus, Officialis & Vicarius in Spiritualibus Reverendissimi D.D. Joannis Archiepiscopi Pragensis. 1392. 16. Octobris.

T. 3. Tustæ Capella.

Erectio Capellæ S. Petri Apostoli sitæ in Cœmiterio Ecclesiæ S. Jacobi in Præurbio Civitatis Tustensis, à Civibus ejusdem loci. 1392. penultimâ Octobris confirmat *Puchnicus*.

* De Borssonibus Risembergicis vel Risenbergicis, qui in conspectu Duxoviæ in Castro Risemberg supra Cœnobium Ossecanum habitabant, jam alio loco diximus. Ex Erectione Capellæ Tustensis apparet Ecclesiam S. Jacobi ad Cives spectasse. *

X. 3. Reginohradecium.

Translatio Censûs Altaris SS. Apostolorum in Ecclesia S. Spiritûs in Grecz ad alia bona; confirmat *Joannes Pomuk* Vicarius Joannis Archiepiscopi. 1392. penult. Novembris.

A. 4. Abbatissa S. Georgij.

Cunegundis dicta Kolovvratovvna dispensatione divinâ Abbatissa Monasterij S. Georgij Sanctimonialium Ordinis S. Benedicti in Castro Pragensi emit & deputat

de Kolovvr.

putat certos Censûs pro certis solennitatibus Ecclesiæ S. Georgij, & certi sunt grossi, qui dantur Monialibus canentibus, & Presbyteris Præbendatis, & Vicarijs & Scholaribus &c. dicti Monasterij.

Hujus verò Fundationis curam habebunt Virgines Sororinæ ipsius Abbatissæ; Offka Priorissa, Catharina Custrix, Dorothea Infirmaria, Elisabeth Capellaniæ præses, & Anna cognata nostra; *ipsis verò mortuis, si quæ fuerint in Monasterio Virgines ex cognatione Kolovvratiana, alioquin Priorissa* ) 392. die S. Leonardi, Benedictionis nostræ Anno V. Confirmat *Joannes Pomuk* omnia, quæ Religiosa Domicella statuit. ) 392. 14. Decembris. nominatur in his litteris debitor *Gimramus de Rziczan.*

de Rziczah.

Collegiata Eccl. cum Vicarijs &c. ad S. Georg.

* Ex hoc loco cuiq; datur intelligi, in Ecclesia S. Georgij non modò *Canonices* ut antè probavi, sed etiam Vicarios, & Scholares fuisse. Item Virgines sacras accepisse pecuniarios Census, ac denique non paucas *Virgines ex Illustrissima stirpe Kolovvratæorum Procerum* in hoc Parthenone sacro vitam Religiosam excoluisse. *

C. 4. Tuczap.

*Erectio & Dotatio Altaris Corporis Christi in Ecclesia Parochiali in* Tuczapy *non procul Sobieslavia, à famosis Viris & Clientibus Conrado de* Tuczap, *& Hinkone de Dub An. 1393. 1. Januarij.*

* Jam antè dixi pervetustam Tuczapiorum Equitum prosapiam ætate nostrâ perisse. *

E. 4. Collegiata Eccl. ad Omnes SS.

*Erectio Altaris S. Wenceslai & S. Catharinæ in* Ecclesia Omnium SS. in Castro Pragensi *ab honorabili Viro D. Joanne dicto Sadek Sacristano Ecclesiæ Omnium Sanctorum, & duobus Civibus Pragensibus Ditlino de Zultzpach (cujus Consanguineus dicitur fuisse D. Ulricus de Zultzbach, olim Ecclesiæ Omnium Sanctorum Decanus) & quodam Henslino. Recitantur literæ Joannis Præpositi, Blasij dicti Lupus Decani, & totius Capituli Ecclesiæ Omnium Sanctorum quas confirmat* Joannes Pomuk *Decretorum Doctor, Archidiaconus Zacensis in Ecclesia Pragensi* Joannis *Archiepiscopi Vicarius Generalis. 1393. 15. Februarij.*

F. 4.

*Erectio Capellaniæ in Ecclesia Parochiali S. Wenceslai in Niemczicz à famosis Viris Joanne dicto Hruza de Uhlavv, & Przechone de Czesticz.* approbatur 1393. 14. Febr.

de Uhlavv, & de Czest:

* De Equitibus Uhlavv conjecturam meam pridem attuli; porrò alia stirps Equitum fuit de Czesticz, alia de Czechticz. *

H. 4. Obrzistvvi.

Donatio Censûs annui quatuor Sexagenarum pro Ecclesia S. Catharinæ in Ecclesia Parochiali S. Joannis in Obrziestvvie, à bonæ memoriæ Joanne Armigero de Obrzestvvie An. 1388. testis inter alios Nicolaus Jacobi de Praga Canonicus in Ecclesia S. Georgij in Castro Pragensi; approbat Joannes Pomuk 1393. 3. Martij.

* Quæ fuerit Familia Equitum de Obrzistvvi, memini me aliquid dixisse in historia VEN: Capituli Boleslaviensis. *

K. 4. de Waleczovv. de Bosna.

*Erectio & Dotatio Capellaniæ in Ecclesia Parochiali in Bossna à Strenuo Milite Herssone de* Waleczovv, *& famosis Viris Clientibus Gesskone dicto Czernecz de Bossna, & Joanne ac Blahutone ibidem de* Bossna. *approbat Nicolaus Puchnik Licentiatus in Decretis Prag: & Olomucen: Canonicus, Officialis & Vicarius* Joannis *Archiepiscopi. 1393. 21. Aprilis.*

L. 4. Bavvorovv.

*Dotatio Capellaniæ ad Altare SS. Confessorum in Ecclesia in* Bavvorovv *à Waczlone Cive de Bavarovv. Literæ super ea fundatione D.D. Petri & Joannis de Rozmberg 1382. approbantur à Nicolao Puchnik Vicario. 1393. 20. Maij.*

Slapy. de Korkinie & de Trnovve.

Erectio Capellaniæ in Slaps, alias in Slapy, vel Slapich à Dobrka de Korkin relicta, Martini quondam Militis de Trnovve, consentiente fratre suo famoso Odoleno Cliente ibidem de Korkin. Inspectio in Capellaniam illam assignatur Abbati Monasterij Aulæ Regiæ, cui etiam in Nativitate Christi in recognitionem Capellanus dare tenebitur duos Carpiones, quorum quilibet tres grossos valebit. Approbat Puchnik. 1393. 2. Junij.

deKorkinie.

*. Duplex eáque diversa apud nos Equitum stirps fuit de Korkin & Kurkinie;

kinie; quæ ſtirpes cùm unâ tantùm literâ differrent, multos in errorem induxerunt. Korkinij Stellam Sexangularem geſtabant in Clypeo, & ſuper galeam Ciconia ſtabat Korkinie de Drakovva dicebantur. perijſſe hanc ſtirpem probabile eſt; de qua nihil unquam à viventibus audivi; at Kurkiniorum Illuſtris Familia à ſua ditione Kurkinie appellata, in Clypeo Rates gerebat inſtar Valli compoſitas, Kurka enim Caudicem vel Corticem ſignificat. apud nos hæc ſtirps interijt, ſed ante aliquot ſæcula unus aliquis ex Equitibus hujus ſtirpis in Poloniam ſe ſe tranſtulit, & ob militaria facinora Regibus Charus evaſit; is Originem dedit Proceribus illis magnis in Polonia, qui hodéque eadem inſignia, *Rates* ſcilicet, gerunt. Ab eadem Origine proceſſit inclytus ille bello adverſus Svecos Dux *Czarnecius*, eodem prorſus Clypeo, quo noſtri quondam uſi ſunt de *Korkinie* uſus. Agnoſcit eandem Originem, & ex Bohemia hanc ſtirpem (uti aliàs quàm plurimas) tranſlatam ingenuè fatetur Bartholomæus *Paprocius* Polonorum & Bohemorum, ætate Patrum, Stemmatographus nobilis. * Czarneczkij Majores ex Bohemia. Paproc. in Stematogr. in Kurkinijs

*Dotatio & Erectio Altaris Corporis Christi & B. MARIÆ V. in Eccleſia S.* Jacobi in Przibram *ab Joanne Rubaſs Judice. nominatur in hiſce literis Nobilis Vir D. Zdenco de Rozmital.* 1393. 12. *Iulij.* P. 4. Przibramũ. Leo.

* De Rozmitalijs Leonibus commodior erit ſcribendi locus, ſuperſunt adhuc in Moravia. *

*Fundatio & Dotatio Altaris S. Catharinæ Virginis in Eccleſia Parochiali S. MARIÆ à famoſo Viro D. Ioanne Czuch de Zaſada reſidente in Lobkovvicz, Marſchalco Sereniſſimi Regis Wenceſlai; Puchnicius approbat.* 1393. 24. *Septembris.* Q: 4.

* Jam antè facta eſt mentio ejuſdem D. *Ioannis Czuch*, qui ex qua ſtirpe ſit editus, poſtea dicetur. * Lobkovvicz

*Donatio Cenſus annui pro alendo jam quarto Vicario in Miliczin & incorporatio ejuſdem; utrumque factum ab honorabili Viro D. Wogſlao Rectore Eccleſiæ Parochialis S. Ioannis Baptiſtæ in Miliczin ex bonis ejuſdem patrimonialibus; præſcribit omnia Vicarijs etiam certum habitum Wogſlaus, &c.* 1393. QuatuorVicarij in Miliczin.

* Hunc Wogſlaum multa oſtendunt, ut poſtea dicemus, in ſumis opibus & Illuſtri genere natum. Vide etiam quæ de Talembergicis pridem ſcripſi. *

*Erectio & Dotatio Altaris S. Petri in Eccleſia Parochiali in Kemnicz à Civibus, conſentiente Domino Oppidi Ioanne de Michelſperg.* 1394. *confirmat hæc omnia Ioannes Kbel Decretorum Doctor Vicarius Generalis Ioannis Archiepiſcopi Pragenſis.* R. 4. Kemnicz. de Michelsperg.

*Erectio & Dotatio Altaris S. Hieronymi in Eccleſia S. MARIÆ ante lætam Curiam à Sigiſmundo Huler Sub-Camerario Regni Bohemiæ, & Andrea fratre ipſius. literæ ſunt deſuper Wenceſlai Regis.* 1394. 3. *Ianuarij.* S. 4. TeinPragæ. Huler Sub-Camerarius.

*Erectio Altaris S. Crucis in Suburbio Civitatis Lippenſis ab Hinczone Weytmul Cive Lippenſi, approbatur* 1394. 22. *Maij.* T. 4. Lippa.

* Notandum eſt Hinczonem, non fuiſſe Equeſtri loco ortum, licet cognomen Weytmiliorum habuerit, ut ſæpe contingit in alijs quoque familijs. *

*Literæ ſuper jure Patronatûs Eccleſiæ in Dobrovvyczievves; fuit lis de eo jure inter Nobiles Viros Bokunkonem de Omarzecz & filium ejus Henykonem ex parte una, & Mezydruhonem & filium ejus Horſſonem Clientem de* Dobrovvyczievves. *hic compoſitio facta eſt, arbitri nominantur : Gallus de Lemberg dictus de Zvvirzeticz, Paulus Commendator ad S. Vitum de juvene Boleſlavia A.* 1371. X. 4. Dobrovviczovves. de Omarzecz. Wartemb:

*Erectio & Dotatio Altaris Corporis Chriſti in Eccleſia Parochiali* S. MARIÆ Virginis in Krupka *ab honeſto Viro Michaele Cliente de* Krupka. *Sunt Literæ ſcriptæ Germanicè; Conſentiunt Wenceſlaus, Albertus, Thimo & Georgius fratres de Koldicz & Hanuſs dt Coldicz minorennis filius D. Sigiſmundi fratris prædictorum, qui ſuperiores unà cum* A. 5. Krupka. Koldiciorũ pars Genealogica.

 *Sigiſ-*

*Sigismundo filij fuerunt D. Thomæ de Koldicz. Michaël prædictus habuit villam emtam à se Cagervvicz subjectam ratione feudi Castro in Krupka. datæ 1393. die S. Georgij confirmantur omnia ab Ioanne Kbel 1394. 22. Martij.*

Lippa.

*Venditio Curiæ cum aratura Agrorum D. Plebani Ecclesiæ in Lippa & emtione X. Sexagenarum grossorum Census pro eadem Ecclesia de consensu Nobilis Viri D. Henrici dicti Berka de Duba Domini in Lippa. 1394. 7. Maij.*

D. 5. Opoczen.

*Provisio duarum Sexagenarum ad Ecclesiam in Opoczna à quadam Virgine Zoffka de Wichovvnicz, de Consensu Puthæ Senioris de Czastolovvicz, & filijs ejusdem itidem Puthæ Literæ Bohemicæ An. 1394. in Vigilia S. Bartholomæi.*

deCzastolovvicz.

*Apparet ex hoc loco Opocznam vel emtione aliquâ, vel hæreditate à D. Mutina & Sezema ejus filio (de quibus multa superiùs Tomo I. D. 3. ad An. 1361. diximus) ad Patrueles eorum Dominos de Czastolovvicz transisse. *

E. 5. Piseka.

*Erectio & Dotatio Altaris S. Procopij in Ecclesia in* Pieska à *Cive Nicolao Wolinsky approbatur 1394.* 10. Decembris.

F. 5. Chvvoynecz.

*Translatio unius Sexagenæ Census pro Ecclesia Parochiali in* Chvvognecz, *à Nicolao Cliente de Teletin 1394, 20. Novembris.*

G. 5.

*Expositio Agrorum Ecclesiæ in Kbel ab Joanne Kbel Decretorum Doctore, & Rectore Ecclesiæ Parochialis ibidem in Kbel. Literæ consensûs Ioannis Archiepiscopi 1394. 5. Decembris.*

Nahorzedczicz.

*Donatio mediæ Sexagenæ grossarum Censûs annui pro Ecclesia in* Nahorzedzicz *à Ioanne Fabro Cive Rakonicensi 1395. 23. Februarij.*

H. 5. Capitulum. S. Apollin: de Czastolovvicz. Wolframus pôst Arch: Kostomlat.

*Permutatio quorundã rusticorum cũ Insulis PræposituræEcclesiæS.* Apollinaris *Pragensis cũ D. Puotone de Czastolovvicz, nominantur Præpositus Ecclesiæ S. Apollinaris honorabilis Vir D. Wolframus Illustris Principis DD. Ioannis Marchionis Brandenburgensis & Lusatiæ, ac Ducis Görlicensis Cancellarius, Wenceslaus Decanus, totúmque Capitulum Ecclesiæ S.* Apollinaris *Pragensis; Putha appellatur Dominus Castri & bonorum in Kostomlat, Confirmat omnia Ioannes Archiepiscopus. 1395.*

* Quis fuerit Putha de Czastolovvicz, & cujus stirpis antè dixi & in Sivvihovvskiorum Genealogia latiùs dicetur; Wolframus paulò post hæc Archiepiscopus Pragensis evasit, Joanne resignante, cujus fuit Sororius. *

K. 5. Czernina & Lippovv.

Unitur Ecclesia in *Czernina* Ecclesiæ in Lippovva petente famoso Viro Ottikone Cliente de Czernina Patrono, ab Joanne Kbel & Wogslao Plebano Ecclesiæ in Miliczin Correctore Cleri Diœcesis Pragensis, Vicarijs Joannis Archiepiscopi Pragensis. 1395. 28. Aprilis.

Correctores Cleri.

* Hoc A. 1394. Wogslaus de quo quædam superiùs diximus, Vicarius Generalis factus est ab Archiepiscopo Joanne Laudatissimo Præsule; simul etiam commissa illi fuit Cleri Correctio, munus pulcherrimum, utilissimum, & sæculis illis, ut passim legimus utitatissimum magno divinæ gloriæ incremento. *

Reginohradecium.

Erectio & Dotatio Altaris B. Margaretæ in Ecclesia S. Spiritus in Grecz à Cive facta 5. Maij 1395.

L. 5. S. Nicolaus V. Pragæ.

Erectio & Dotatio Altaris B. MARIÆ Virginis in Ecclesia S. Nicolai in foro pullorum Majoris Civitatis Pragensis à Civibus Pragensibus, quam Nicolaus Puchnik approbat 1393. 10. Julij.

M. 5. Capellanus in Niemczovves.

Donatio sex Sexagenarum Censûs annui pro Capellania erigenda in Ecclesia Parochiali in Niemyczovves à strenuo Milite D. Marslone de Popovvicz, instituitur Capellanus primus Jacobus Presbyter Vicarius de minore Slatina. Census locantur in Villa Lhota Hrnczirzska, confirmat Joannes Kbel Officialis D. Archiepiscopi. 1395. 4. Junij.

Kamenicz-ky Eques.

* Marslonem de *Popovvicz* ex familia Kameniczkiorum extitisse (qui lupum è silva egredientem ferebant in Clypeo) probabilis est conjectura. * Dona-

Donatio unius Sexagenæ Censûs pro Ecclesia S. MARIÆ Virginis ante lætam Curiam à Cive quodam Pragensi, ut singulis quatuor temporibus Requiem seu Missa defunctorum legatur 1395. 12. Julij.

N. 5. Tein Pragæ

Erectio & Dotatio Altaris S. MARIÆ & S. Catharinæ in Ecclesia Parochiali in *Przedhradi* à D. Hersone de Zageczicz Domino in Przedhradi, cujus frater nominatur Alsso de Zageczicz residens in Pnievv 4. Augusti.

O. 5. Przedhradi.

* Nota de Zageczicz Familia Procerum eadem omnino fuit cum Rziczanijs. Ut ex Tomo XIII. seu ultimo, O. 9. clarè probari potest. ⁎

Rziczan seu de Zageczicz.

Erectio & Dotatio Altaris Sanctorum Confessorum in Ecclesia Parochiali in *Wlassim*, à Nobili Viro D. Joanne de Wlassim, ac fratre ejus bonæ memoriæ Paulo ibidem de Wlassim. Confirmat Joannes Kbel Decretorum Doctor & Woyslaus Rector Ecclesiæ Parochialis in Miliczin, Corrector Cleri Diœcesis Pragensis, Vicarij Generales 1395. 29. Martij.

P. 5. Wlassim.

Iidem confirmant Erectionem Altaris Omnium Sanctorum in Trzebochovvicz à D. Anezka de Rudnicz relicta D. Smilonis de Sternberg, Sorore Nobilis Viri D. Hinkonis dicti Hlavvacz de Trebochovvicz aliàs de Duba, cum Sigillo D. Hinaczkonis de Wysburg aliàs de Duba. 1395. 27. Augusti.

S. 5. Trebechovvicz. de Sternb:

* Omnes hi ab ab eâdem Origine cum Lippæis & Bercis prodierunt: Hlavvaczij, Adrspachij, Weissenburgij, Nachodij, Lichtemburgij, &c. ⁎

Berkarum rami.

Literæ spectantes ad Altaristam Altaris S. Leonardi in Grecz. eodem Anno 28. Augusti.

Reginohradecium.

Erectio Capellaniæ perpetuæ in *Dymokur* à Thoma Plebano ejusdem Ecclesiæ, & Jacobo Cliente de Dymokur; ibidem est mentio Annæ bonæ memoriæ conthoralis Sezimæ de Dymokur. 3. Octobris.

T. 5. In Dymokur. Capel:

Erectio & Dotatio Altaris B. MARIÆ Virginis in Ecclesia S. Joannis in Vado majoris Civitatis Pragensis, à Cive ejus Urbis; confirmat Nicolaus Puchnik 1395. 16. Octobris.

U. 5. S. Joannes in Vado.

Donatio insignis facta Ecclesiæ Parochiali in *Chomuticz* à Wenceslao, Przechone, & Alberto de Radecz fratribus Germanis. primus fuit Decanus Ecclesiæ S. Apollinaris Canonicus Ecclesiæ Pragensis; *Przecho* fuit Rector Ecclesiæ Parochialis in Chomuticz 1390.

X. 5. Chomuticz de Radecz.

* Quæ fuerit stirps de Radecz cognoscetur ex Stemmatographia. Wenceslai de Radecz quasdam virtutes egregias leges in Phosphoro Domini Pessina. ⁎

D. Henricus de Komburg dictus de Wartemberg donat censum annuum 12. Sexagenarum pro Ecclesia Parochiali in Paka antiqua pro duobus Capellanis, qui quotidie pro eo defuncto Sacrum celebrent, & pro ejus Conjuge Zofka; Subscribit Henrici filius Joannes de Wartemberg, & alij Nobiles Viri. 16. Octobris. 1395.

A. 6. Paka duo Capellani. de Wartemberg.

Donatio unius Sexagenæ Annui Censûs pro Ecclesia in *Lippa* à Cive loci; confirmat Puchnik sub Joanne Archiepiscopo 1395. 1. Octobris.

B. 6. Lippa.

Erectio Capellaniæ in *Chrzenovvicz* in Ecclesia Parochiali à Nobili Viro D. Nicolao de Chrzenovvicz dicto de Kolovvrat. aliàs de Zbraslavvicz. confirmat Puchnik 1395. 1. Octobris.

Chrzenovvicz Capellanus. de Kolovv:

Donatio partis Villæ Dobravviczka pro Fraternitate in Ecclesia Pragensi.

C. 6. Fraternitas in Ecclesia Pragensi.

* De hac Fraternitate Vicariorum Ecclesiæ Pragensis quàm plurima possent adferri; in Bibliotheca MM. SS. Codicum Collegij Clementini habentur initia & Regulæ hujus fraternitatis. Vide interim Phosphorum Pessinæ. De Villa autem Dobrovviczka sic se res habet: Petrus Bratoss Cliens de Dubnicz volens sepulchrum Domini & alia loca sancta transmarina invisere pietatis studio, Domino Wenceslao de

lao de Radecz Decano S. Apollinaris, & Canonico Præbendato Ecclesiæ Pragensis. partem villæ Dobravviczka donavit; cùm autem esset mortuus in via Constantinopoli tertiâ die post festum Narivitatis S. MARIÆ, prædictus D. Decanus de Radecz pro anima ejus tanquam Amici specialis donat prædictam Villam *Fraternitati Dominorum Ministrorum, & Vicariorum Ecclesiæ Pragensis*, cum certis obligationibus pro anima ejus & D. Wenceslai. 1395. 12. Octobris. *

D. 6. S. Benedict: Pragæ.

*Erectio Altaris SS. Petri & Pauli Apostolorum & S. Agnetis in Ecclesia S.* Benedicti *in majore Civitate Pragensi* 1396. *14. Decembris, à Civibus facta.*

F. 6. Capella Bethleem. Hussus Prædicator.

*Erectio Altaris S. Margarethæ, S. Catharinæ, & aliarum SS. Virginum in* Capella SS. Innocentium in Praga seu in Bethleem à Cruce Institore; *plurima Privilegia Concionatori illius loci tribuuntur, quæ confirmat Puchnik. 1396. 8. Januarij.*

* Hæc Privilegia, quæ in literis latiùs enumerantur, non parvam fortasse caussam præbuerunt Hussio Nova in Religione tentandi, hic enim primus fuit in hac Capella prædicator; de prima Fundatione hujus Capellæ vide quæ superiùs sunt dicta. *

G. 6. Cœnob: in Orlik Zampachij.

Donatio Censûs perpetui quatuordecim grossorum singulis septimanis Priori & Conventui Monasterij in Orlik Ordinis Fratrum de Pœnitenria Beatorum Martyrum ex testamento Nobilis Domini Joannis bonæ memoriæ de *Zampach* à fratre ejus Nicolao de Zampach dicto de Potstein. 1395. die *S.* Martini, census hic percipiebatur ex Molendino in Choczna. Subscripti velut Testes: Proczek de Cunstat, Nicolaus de Potstein Archidiaconus Curimensis Wenceslaus de Potstein, Kubin de Ryznburg, Tamchin de Adrspach &c. Confirmat Puchnik. 1396. 28. Januarij. Ibidem recitatur Tenor instrumenti, in quo dicitur: quòd *Nobilis Vir D. Joannes tenuerit Castrum Zampach, cujus hæres sit frater ejus Nicolaus.*

* Ditissima fuerunt, licet paucula sacri hujus Ordinis Cœnobia, tum ad S. Crucem Pragæ, tum hoc in Orlik in Provincia Reginohradecensi, tum in Benatek. Zampachiorum hoc loco Partialis Genealogia diligenter est notanda, quos Carolus IV. ante hæc tempora egregiè subnervavit (ut ipse in vita sua narrat) Castris eorum captis & ruptis, ut Chocznâ, Zampachio, Potsteinâ & alijs, in quibus habebant fiduciam. *

H. 6. Miza.

*Erectio & Dotatio Altaris Visitationis S. MARIÆ in Ecclesia Parochiali Omnium SS. in* Miza *à Civibus 1396. ultima Januarij.*

I. 6. Chrzenovv: Kolovvrat.

Census annuus 72. grossorum pro Ecclesia in *Chrzenovvicz* à Nicolao dicto Kolovvrat de Zbraslavvicz aliàs de Chrzenovvicz cum Sigillo filij Ulrici. 1393. confirmat Puchnik sub Joanne Archiepiscopo. 1396. 12. Aprilis.

K. 6. Krupna de Koldicz.

Donatio 8. Sexagenarum Censûs pro Ecclesia Parochiali in Krupka, & ut teneatur Plebanus alere Vicarium, à Wenceslao & Thimone fratribus germanis de Koldicz, & pro alijs fratribus suis. 1396. 17. Februarij.

M. 6. Pruffin: Nebylovvsky.

Erectio & Dotatio Altaris S. Catharinæ in Ecclesia in Prussin à Wilhelmo de Netmicz filio bonæ memoriæ Raczkonis de Nebelovv & ab Anna relicta Raczkonis matre Wilhelmi & ab Elisska sorore Wilhelmi, Ulricus avunculus fuit illius Patronus. Confirmat Adamus de Nezeticz Vicarius, & Archidiaconus Gradicensis in Ecclesia Pragensi 15. Aprilis.

N. 6. de Lippa. Slapanovv.

* Equestris stirps de Nebylovv vetustissima ætate nostrâ interijt, tanta olim ejus amplitudo fuit, ut in Plznensi, PrachinensíqueProvincia vix ullum ex Equitibus, Baronibus in Vetere Bohemia reperire possis qui à Neby lovvijs per fœminas non descendat; de Netmicz olim ijdem Nebilovvij dicebantur, quorum hîc partialis est Genealogia. *

Erectio Altaris S. Catharinæ in Ecclesia Parochiali in *Slapaus* aliàs in Slapanovv

novv à Nobilibus Viris Henrico & Hinczone de *Lippa* Mareſcallis Regni Bohemiæ. 1395. in Teplſtein & iterum in Polna 1396. approbat Georgius Bora Licentiatus in Decretis Curiæ Archiepiſcopalis Officialis & Vicarius Archiepiſcopatûs Generalis 25. Aprilis. 1396.

* Fuêre hi duo fratres, & quia Mareſcallatûs Regni fuit hæreditaria dignitas Lippæorum, uterque eodem titulo Mareſcallorum utebantur. *

*Censûs trium Sexagenarum groſſorum pro Eccleſia S. Ægidij in* Libina *ab Odolemo patre & Alberto filio ejus de Rzepan; porrò frater Odolemi fuit Alſſo de Pſovvlk, qui hoc legavit moriens 1336.*

N. 6. Libina Pſovvlk.

*Dotatio & Erectio Altaris decem Millium Martyrum in Eccleſia Parochiali in Drachovv à Thoma, & Ulrico de Drachovv, nec non Jacobo Rectore Eccleſiæ ibidem. Sub Erneſto Archiepiſcopo 1353. Qui hæc omnia confirmat. 1354. 22. Februarij.*

O. 6. Drachovv. Drachovvsky.

* Equites Drachovvsky de Drachovva celebres bello fuêre, & Clientes Roſenſium; de quibus ſæpe agitur in Manuſcriptis Libris Roſenbergicorum. *

*Erectio Altaris S. Crucis in Eccleſia Parochiali SS. Petri & Pauli in* Lippa *à Cive Hinkone Weytmül.* 1396. *confirmat* Georgius Bora *Vicarius in ſpiritualibus Archiepiſcopatûs Pragenſis.* 1396. 5. *Maij.*

Lippa. P. 6.

*Eodem die ibidem in eadem Eccleſia erigitur Altare SS. MARIÆ Virginis in* Lippa, *à Civibus.*

*Przíba relicta Girzikonis bonæ memoriæ de Huſtirzan Militis, & Bavarius de Mokrovvaus, & Wolkmannus de Holohlavv erigunt novam Capellaniam in Eccleſia Parochiali in Ziezelevves. An.* 1396. *confirmat Adam de Nezeticz Decretorum Doctor Archidiaconus Gradicenſis in Eccleſia Pragenſi Vicarius Generalis Archiepiſcopatûs Pragenſis.*

K. 6. Rodovvsky

* Omnes hæ tres appellationes de Huſtirzan de Mokrovvaus, & de Holohlavv ad Rodovvskios ſpectant, & ad eorum patrueles Bukovvskios & Zarubas, ut jam ſuperiùs indicavi; quæ ſtirpes hodiéq; ſuper ſunt. Vide I. 4. Tomo I. Erectionum, fuêre enim Patrueles hi duo Bavarius & Wolkmannus; per Bavarios autem Rodovvskios intelligi oportere in Stemmatographia noſtra probavimus, & jam ante nos Paprocius inſinuavit. *

*Paproc. in Equitibus. c. 23.*

*Donatio trium Sexagenarum Cenſûs annui Altariſtæ S. Catharinæ in Eccleſia Parochiali in Lobkovvicz à famoſo Viro de Lobkovvicz ſuper Villa Ugezdecz ad Mielnik, quam tenet Wenceſlus dictus Haras Armiger. 1396. 12. Maij.*

Lobkovvicz

* Duæ (Illuſtriſſimæ Comitum hodie) ſtirpes nominantur hoc loco. *

*Erectio Capellaniæ Novæ in Eccleſia Parochiali S. Jacobi in* Cladrub *à Civibus cum Conſilio Joannis Prioris & Conventûs Monaſterij Cladrubenſis, & accedente conſenſu Wenceſlai dicti Tievvak de* Sſvvamberg *pro tunc bona ipſius Monaſterij nomine D. Wenceslai Bohemiæ Regis tenentis, & Regentis. confirmat* Nicolaus *Puchnik Domini D. Wolframi S. Pragenſis Eccleſiæ Electi Vicarius in ſpiritualibus Generalis.* 1396. 14. *Junij.*

In Cladrub Capellania. Wolframus Electus Archiepiſcop:

* De Wolframo Archiepiſcopo notandum eſt, hoc ipſo anno electum eum eſſe à Canonicorum Collegio Archiepiſcopum, reſignante Joanne & Romam concedente, viſo cœleſti (quod ei calamitoſiſſimum Bohemiæ ſtatum paulò pòſt futurum repræſentabat) terrefacto. Quo autem die Joannes ceſſerit & *Wolframus* electus ſit, certò dicere in defectu librorum (ſcribo enim hæc in Arce Grünbergâ 1680. in Junio, peſtilentiâ proh dolor! latè regnante) non poſſum; facilè tamen colligimus: An. 1396. inter 12. & 15. Aprilis ceſſionem Joannis, Electionem verò Wolframi inter 5. Maij & 14. Junij perfectas eſſe, quod manifeſtè probatur: quia ut ſuprà I. 6. annotavimus, Puchnik ad 12. Aprilis ſub Joanne Archiepiſcopo ſcribere ſe profitetur; at 15. Aprilis Adamus de Nezeticz non ampliùs ſe Vicarium Archiepiſcopi ſed Archiepiſcopatûs ſubſcribit. Similis probatio eſt de Electione; nam 5. Maij. hoc

Quando ſit electus A.chiep: Wolframus.

hoc eodem Anno Georgius Bora Vicarium se Archiepiscopalem tantùm, at 12. Junij Puchnik jam se Vicarium Wolframi Archiepiscopi Electi disertè profitetur. Cur autem hoc tempore Wenceslaus Rex bona Cladrubensis Cœnobij occupârit, non satis liquet. Quid si eadem caussa est ob quam *Joannem Suffraganeum* mergi Rex jussit, quod Abbatem Cladrubiensem sine suo scitu consecrasset? vellem hæc diligentiùs à peritioribus examinari. ⁎

S. 6. Launa.

*Erectio Altaris Corporis & Sanguinis Christi, quatuor Doctorum, & S. Barbaræ in Ecclesia Parochiali in* Luna *à Cive quadam Gutha appellata 1396. 24. Julij. desuper etiam recitantur literæ* Wenceslai Regis 25*. Februarij. ad Relationem Nobilis Viri Georgij de Rostok ; Wlachinko de Wegtenmüle subscriptus. Sub Wolframo Ecclesiæ Pragensis Electo.*

Miczan de Klinstein.

* Miczaniorum de Klinstein Illustrissima stirps ab eadem cum Bercis Origine descendens, à ditione sua Roztok ad Pragam, antiquitus legitur appellata. ⁎

T. 6. Launa.

Donatio Curiæ Allodialis ac unius lanei agrorum Ecclesiæ Parochialis in Luna ab ipsis Civibus. Nicolaus Puchnik Reverendissimi D. D. Wolframi S. Pragensis Ecclesiæ Archiepiscopi Vicarius in Spiritualib⁹ Generalis. 1396. 12. Julij confirmat.

Wolframus

* Apparet ex hoc loco, quàm tituli etiam in sacris accrescant: *Arnestus* Archiepiscopus in MM. SS. Codicibus sæpe A. R. D. ac Pater Arnestus appellatur, post pauculos annos *Reverendissimus D. Joannes* Archiepiscopus, hic Wolframus, *Reverendissimus Dominus Dominus* ( iteratò ) nominatur. Est & illud notandum : Electionem Wolframi Româ confirmatam & inter 24. Junij & 12. Julij Pragam esse perlatam : nam 14. Junij adhuc tantùm Electus dicebatur, 12. Julij absolutè vocatur Archiepiscopus, non quòd tam paucis diebus ire Romam ac redire Româ literæ potuerint, sed quòd pridem missæ inter hos duos terminos Pragam advenerint. ⁎

U. 6. Trzebochovvicz.

*Donatio Agrorum Ecclesiæ in Trzebochovvicz ab Hinkone Hlavvacz de Trzebochovvicz dicto de Duba 14. Julij 1396. subscripti ; Nobilis Dominus Theodricus de Nachod dictus de Ianovvicz ; famosus Vir Zdislaus de Krmovvicz dictus de Slatin.*

Nachodienses Bercæ.

* Etsi Domini de *Nachod* aliud quàm Bercæ insigne gestarînt, scilicet Leonis coronati ( cujus rei caussam habet in Annalibus suis Hagecius) ad Berkas tamē originem suam referebant ; amisso postea Nachod, & acquisito Castro Petrsburg, aliter subscribebant se se: Verbi gratia : *Genecz de Ianovvicz & de Petrsburg supremus Burgravius* ; alij retinuêre in Moravia cognomen Nachod, ex quibus ultimus stirpis suæ nostrâ ætate interijt.

In Libzovv. duo Vicarij.

*Donatio Ecclesiæ in* Libczovves *liberalissima, sic ut Plebanus obligaretur ad alendos duos Vicarios. facta à nobili Viro Pessikone de Minicz. 27. Julij.*

X. 6. Capella S. Barbaræ Cuttnæ.

*Erectio Capellaniæ in nova Capella Corporis Christi & S. Barbaræ Virginis in montibus Cuttnis ex testamento Henlini Pergsmid Civis Cuttnensis. 1384. Henlinus assignavit X. Sexagenas graves census pro Capellano. confirmat Puchnik. 1396. 28. Julij.*

* Vel ex hoc loco apparet antiquiorem esse primam Capellæ S. Barbaræ originem, quàm vulgò feratur, & scribatur. ⁎

A. 7. Welharticz.

Erectio & dotatio Capellæ SS. Mariæ Magdalenæ & Dorotheæ Virginis in Wilharticz à Nobili Domino Joanne de Novadomo dicto de Wilharticz, confirmat Puchnik. 1396. 12. Augusti.

Domini de Welharticz & de Novadomo ijdē.

* Quod Castrum *Welharticz* hodie dicimus, antiqui semper Wilharticz vocabant. Certum est Dominos de Welharticz ex Dominis de Novadomo prodijsse ; at cur gentilitia signa mutârint, non æquè notum est omnibus. ⁎

B. 7. In Kbel duo Vicarij de Perucz

Donatio Census 8. Sexagenarum pro Ecclesia in Kbel à piæ recordationis Domina Katrusse relicta quondam Unjeczonis de Perucz, & filia quondam Alberti de Sedlczan, & à D. Joanne de Kbel Decretorum Doctore Plebano Ecclesiæ in Kbel Canonico Pragensi & Curiæ Archiepiscopalis Pragensis Officiali ut alatur ibidem

Vicarius

Vicarius secundus. Confirmat Puchnik præsentibus honorabilibus Viris D. D. Wenceslao Episcopo Nicopoliensi, Wenceslao Præposito Misnensi, & alijs 1393. 7. Julij. Suffragãeus

Permutatio Agrorum Ecclesiæ in *Wsseborsko* à D. Wenceslao Plebano ibidem cum famoso Kunslone Cliente de Wsseborsko. Puchnik confirmat D. Wolframi Archiepiscopi Vicarius Generalis 1396. 3. Octobris. Wsseborsko

Erectio Altaris novi in Ecclesia S. Galli Pragæ à Civibus An. 1378. C. 7. S. Gallus Pragæ.

Erectio Altaris Omnium SS. Apostolorum in Ecclesia S. MARIÆ Virginis ante lætam Curiam in Praga à Cive quodam 1369. facta, sed confirmatur à Puchniko 1396. 4. Octobris. TeinPragæ. D. 7.

Erectio Altaris S. Joannis Baptistæ in Ecclesia Parochiali S. Leonardi in Reichenstein à Civibus ibidem. testis Nobilis Vir Henricus Ramsperger Burgravius Castri Carlsperg, confirmatum. 1396. 13. Octobris. E. 7. Reichenstein

* Bergreichenstein hodie dicitur, unde non procul Arx Carlsperg, aliàs (nî fallor) Casperberg, unde Bohemis fodinæ illæ auri Kasspersky hory dicuntur. Remsperger familiam inter Bohemos non nôvi; quid si legendum esset Rensperger? * Casperberg. Rensperger.

Wolframus DEI gratiâ sanctæ Pragensis Ecclesiæ Archiepiscopus confirmat literas Nicolai Plebani in *Zvvolynavves* super emtione sex Sexagenarum grossorum Censûs annui in bonis Monasterij Breunoviensis; ibidem recitantur literæ Ulrici Divinâ miseratione Abbatis &c. 1378. confirmatum 1396. 22. Augusti. G. 7. Zvvolynavves. Brzevvniovv.

Census super Altari SS. Catharinæ & S. Dorotheæ in Ecclesia S. Galli Pragæ aliò translatus. 1396. 27. Decembris. K. 7. S. Gallus Pragæ.

Erectio Altaris Sanctorum Apostolorum in Ecclesia S. MARIÆ. ante lætam Curiam à Civibus. 6. Novembris. I. 7. TeinPragæ.

Elocatio Curiæ in *Strativvnicz Præbendæ S. Georgij in Castro Pragensi. Ioannes DEI gratiâ Sanctæ Pragensis Ecclesiæ Archiepiscopus &c. Constitutus coram nobis honorabilis Bussko de Skuhrovv Canonicus Præbendatus Collegij S. Georgij in Castro Pragensi Ordinario nobis jure subjecti, &c. &c.* & de arbitrio duorum Canonicorum Ecclesiæ S. Georgij, &c. 1387. 13. Maij. K. 7. Collegiata S. Georgij

* Certissimum haberi debet Collegiatam Ecclesiam olim ad S. Georgium fuisse, ut ex hoc loco & ijs quæ antè attulimus, & adferemus patet, & ex ipsis autographis probabimus, cùm de Cœnobio Georgiano disseremus. Equitum de Skurovv familia, nostrâ ætate perijt, inclyta gestis militaribus & summâ in res sacras pietate. * de Skuhrovv

Literæ spectantes ad Altaristam Visitationis B. MARIÆ in Usk super Albea in Ecclesia Parochiali quod Altare fundavit Paulus Rector Ecclesiæ ibidem. 1396. L. 7. Ustã.

Wenceslaus Romanorum & Bohemiæ Rex, Decano, Canonicis totique Collegio Regalis Capellæ in Carlstein donat Ecclesiam Parochialem S. Nicolai in Minori Civitate Pragensi, cujus Collatura hactenus ad Reges Bohemiæ spectabat. 1396. 13. Septembris, ut possint vel ex suo corpore vel alium Plebanum instituere, & fructus omnes percipiant, &c. confirmat hæc Wolframus Archiepiscopus & Capitulum Pragense. Nos Bohuslaus Decanus Decretorum Doctor, Joannes Scholasticus, totúmq; Capitulum Ecclesiæ Prag: An. 1396. 2. Novembris. Donatur S. Nicolaus in p. parte Collegiatæ Carlsteinẽsi.

Erectio Capellaniæ in Strunkovvicz à Blahutone oppidano ibidem 1397. 22. Ianuarij. M. 7. Strunkovv:

Pro Ecclesia Parochiali in Biela census annuus I. Sexagen. à Cive quadam 1393. subscripti Nobiles Viri Sezema de Biela, & Sezema dictus *Sstiepanovvicz.* confirmatur à Puchniko 1397. 22. Ianuarij. O. 7. Biela. Sstiepanovv

Erectio Altaris S. Margaretæ in Ecclesia S. Castuli in Praga; Literæ Fundatoris P. 7. S. Castulus Pragæ.

toris Pauli de Genczenftein Cameræ Regni Bohemiæ Notarij ( quem fratrem fuum appellat ibidem Joannes Archiepifcopus Pragenfis ) ordinat hæc Anniverfaria : Anniverfarium fororis meæ Domicellæ Catharinæ, quæ jacet ad S. Jacobum, Item Jenklini foceri mei, &c. Item Anniverfarium Domini Michaëlis de Wlaffim fratris mei, qui jacet Bononiæ apud Minores. Item Margaretæ Uxoris meæ, quæ jacet ad S. Jacobum fepulta. Item inftituit lampadem, quæ ardeat die, noctúque perpetuò in Ecclefia S. Caftuli. Datum Pragæ 1368. confirmat hæc omnia Joannes Archiepifcopus Pragenfis 1368. 2. Octobris.

Joañes de Wlaffim Archiep. confanguineus Joannis de Genczẽftein Archiepifc:

* Evidenter ex hifce literis Erectionis intelligere poffumus, fi non fratres, certè intimâ confaguinitate conjunctas fuiffe hafce duas familias Illuftriffimas *Wlaffimianam* fcilicet, & Genczenfteinianã: probabiliter dici poteft, (nè familias confundam?) *Ioannem Ocellum de Wlaffim* Archiepifcopũ Pragenfem & Michaëlem de Wlaffim qui obijt in ftudijs Bononiæ fratrem fuiffe Pauli de Genczenftein, non quidem ex eodem Patre, fed ex eadem Matre; rurfus verò Paulum de Genczenftein patrem fuiffe Joannis ejus nominis II. Archiepifcopi Pragenfis dicti de Genczenftein, & alterius Pauli de Genczenftein junioris; unde folvitur quæftio : quâ ratione *Altare S. Ottiliæ & S. Erhardi* ad utrumque Archiepifcopum Joannem de Wlaffim ( qui in eô Sacrario tumulatus eft) & Joannem de Genczenftein item Archiepifcopum, pertinere potuerit ( vide Tom: I. Erectionum poft, D. 5. & iterum poft K. 6. ) nimirum: cùm Joannes Wlaffim fratrem nullum ex Patre haberet, fratri fuo ex matre Paulo de Genczenftein & Filijs ejus Præfentationem ejus Altaris conceffit, ut Tomo I. M. 6. legimus, adeóque Altaris S. Ottiliæ & Erhardi Præfentatio ad Joannem III. Archiepifcopum & ejus fratres Martinum, Paulum, & Wenceflaum, devolvebatur. *

Q. 7. S. Michael fub Caftro Pragenfi.

*Literæ* Nicolai *Puchnik Vicarij generalis permittentis, ut fiat murus ad Cœmiterium Ecclefiæ S. Michaëlis fub Caftro Pragenfi.* 1397. 3. *Ianuarij.*

Chvvaltin. R. 7.

*Erectio & Fundatio Capellaniæ Novæ in Chvvaltina à famofo Viro Ioanne Czul.* 1397. 28. *Martij.*

Sacellum in Arce Crumlovienfi.

*Transfertur Capellania ex Munitione dejecta in Beneffovv ad Capellam S. Georgij in Caftro Crumau à Wolframo Archiepifcopo petente id Henrico de Rozmberg. An.* 1397. 26. *Martij.*

* Non eft intelligendum hoc loco Beneffovium quatuor Pragâ milliaribus diffitum, fed id quod ad Rofenfes fpectabat in Bechinenfi Provincia; porrò ad Sacellum S. Georgij ornandum omne fuum ftudium conferebant Rofenfes, ídque Uelo B. V. Sanguineo, aliífque rariffimis Sanctorum Cimelijs decorarunt. *

Sftieknæ fundatio plurium Clericorum. de Janovv:

*Donatio uuius integræ Villæ Przefftiovvicz pro Parochiali in Stiekna, ut Plebanus Capellanum fecundum, videlicet Vicarium & Capellanum, & duos Clericos valentes pro cantu alat, à Domino Paulo de Winterberg refidente in Stiekna pro anima fratris ejus Nicolai de Stiekna. Subfcripti: Purghardus de Ianovvicz, Theodricus de Ianovvicz, Ioannes filius, D. Purghardi de Ianovvicz, promittimus cùm D. Paulo fratre noftro prædicto.* 1397.

* Rurfus nova familia Dominorum & Procerum de Janovvicz, qui Lupam cum Remo & Romulo geftabant in Clypeo, de qua olim, DEO dante, in Stemmatographia. *

Novavilla Archiepifc:

De Menfa Archiepifcopali in Nova Villa. 1397. 9. Maij.

S. 7. S. Ægidius Pragæ.

Erectio Altaris feu Capellaniæ S. Dorotheæ in Ecclefia S. Ægidij majoris Civitatis Pragenfis à Cive Elifabetha; Puchnik approbat. 1397. ultimâ Aprilis.

T. 7. Cuttna.

Erectio Altaris B. MARIÆ Virginis gloriofæ in Capella Ruthardi in Superiori Ecclefia in Montibus Cutthis, à Conrado Ruthard alias Kunczlino. 1397. 12. Januarij. confirmat Puchnik 13. Maij.

Erectio

Erectio Altaris SS. MARIÆ Virginis ac SS. 4. Doctorum in Ecclesia Parochiali in Novadomo ab Hermanno de Novadomo 1397. in Festo S. Georgij. Altare stetit intrando Ecclesiam à sinistris de novo constructum, nominatur ibidem Przibiko de Straz. Nos igitur Hermannus, Ulricus & Joannes Senior de Novadomo promittimus, &c. Hermannus principalis dotator & Fundator, reliqui dotatores subscripti: Sezema de Usk Joannes dictus Smrczka de Monacho, & Ulricus de Studena. X. 7. Novadom; de Straz.

* Hoc Altare à D. Hermanno de Novadomo fundatum [ postquam Ecclesia Parochialis à D. Henrico de novo ædificari cœpit ] translatum est in Chorum Musicorum ad finem Ecclesiæ. Przibiko de Straz fuit patruelis Novodomensium, & Rosensium, tres qui sequuntur fratres; Sezema de Usk sive de Usta ad Luznicz patrueles; duo postremi Smrczka z Mnichu / & Ulricus de Studena testes; priorum stirps hodiéque perseverat; Mnich z Mnichu seu Monachus villa [ unde se se scribunt ] non procul Novadomo visitur. *

Erectio Altaris S. Bartholomæi in Grecz Reginæ in Ecclesia S. Spiritûs à Civibus facta 1397. confirmatur à Puchniko 7. Maij. Ibidem & in eadem Ecclesia Erectio Altaris S. Barbaræ à Cive. 1397. confirmatur à Puchniko. 5. Junij. Y. 7. Reginohradecium. A. 8.

Erectio Altaris SS. Stephani, Laurentij, & Urbani in Ecclesia Parochiali S. MARIÆ in Zacz per famosos Viros Henslinum Schadernicht de Copicz, & Otikonem Rys de Losiovvicz. 1397. B. 8. Zatecium.

Erectio Altaris SS. Corporis Christi & S. Crucis à Communitate Oppidi in Benessovv prope Castrum Scherffenstein in Ecclesia Parochiali; cum Licentia Nobilis Domini Joannis de Michelsperg, cui etiam donant Jus præsentationis, sed cum consensu suo. 1397. C. 8. Benzen hodie dicitur.

Erectio Altaris S. Catharinæ in Ecclesia Parochiali in Chomuticz ab Alberto & Wilhelmo fratribus patruelibus de minori Chomuticzek. Subscripti: Joannes dictus Gdulinecz de Ostromecz & Joannes dictus Ssipka de Ugezd. 1397. confirmat Puchnik 17. Julij. D. 8. Chomuticz. de Ostrom.

Literæ Vicariorum Ecclesiæ S. Apollinaris Pragensis super villa Libkovvicz in qua habent directum Dominium. 1397. 18. Julij. E. 8. S. Apollin: Pragæ.

Donatio 2. Sexagenarum annui censûs pro Ecclesia Parochiali in *Bubovvicz* à Przibikone Cliente de Ssvvihovv. 1397. 4. Maij. nominantur ibidem Vicarij duodecim. F. 6. In Bubovv: Vicarij duodecim.

Erectio Altaris S. Margarethæ Virginis in Ecclesia Parochiali in *Chomuticz* à D. Wenceslao Decano S. Apollinaris in Praga, Przechone Plebano in Chomuticz & Alberto Cliente fratribus germanis de Radecz & Sorore eorum Elisabetha cum consensu Venerabilis Viri Magistri Adæ Decretorum Doctoris Pragensis, & Olomucensis Ecclesiarum Canonici & Archidiaconi Gradicensis in Ecclesia Pragensi. in Ecclesia Parochiali in Chomuticz, cujus Ecclesiæ collatio ad prædictum Dominum Archidiaconum pertinere dignoscitur. An. 1397. confirmat Puchnik 13. Septembris. G. 8. Chomuticz de Radecz:

Donatio mediæ Sexagenæ censûs pro Ecclesia in Unhost Pragensis Diœcesis, à quodam Marzikone. Puchnik confirmat 1397. 18. Septembris. G. 8. Unhost.

Dotatio pro Altari S. Laurentij & S. Stephani in Ecclesia Parochiali Omnium Sanctorum in Miza à Civibus. 1396. H. 8. Miza.

Erectio Altaris S. Laurentij in Ecclesia Parochiali in *Truttnovv* à Cive Catharina de consensu Venerabil: & Religios. Virorum Dominorum Valentini Præpositi, & Conventûs Monasterij *Zderasensis* in Praga Ordinis Sacrosancti sepulchri Dominici, dictæ Ecclesiæ in Truttnovv Patronorum. confirmat Puchnicus. 1397. 2. Octobris. I. 8. Trutnovia, Zderaz.



# ERECTIONUM VOLUMEN QUINTUM.

A. 1. Pravvnovv. DOtatio Censûs 4. Sexagenarum Ecclesiæ Parochiali in *Pravvniovv* [ ut quotidie Missa de B. Virgine cantetur ] facta ab Joanne Litmir Plebano Ecclesiæ ibidem apud famosum Armigerum Jeskonem dictum de Kstetin aliàs de Minichsperg, commendatur tota fundatio Jodoco, Sigismundo & Smiloni dictis de Ronovv aliàs de Letovvicz etiam contra Regem defendenda. Sunt ibi istorum literæ datæ Przibislaviæ, 1397. cum Sigillis famosi Clientis Jessikonis de Minicz, Witoslai de Wodierad, &c. confirmat Puchnik eodem Anno 17. Octobris.

de Ronovv. de Minicz. de Wodierad.

B. 1. Reginohradecium. *Erectio Altaris S. Joannis Baptistæ in Ecclesia Parochiali S. Spiritûs in Grecz Reginæ à Cive quadam Anno 1397. confirmatum à Puchnico eodem Anno 10. Octobris.*

C. 1. Broda Boh: *Dotatur Altare Corporis JESU in Ecclesia Parochiali Brodæ Bohemicalis. 1397. à Civibus. die 29. Octobris.*

D. 1. Coll: Eccl: in Lipnicz. de Landst: *Collegiata Ecclesia creatur in Castro* Lipnicz, *id est: Decanus & 6. Canonici Præbendati ad Capellam S. Laurentij à Nobili D. Wilhelmo de* Landtstein *in villis Bystry, &c. Wolframus Archiepiscopus omnia confirmat, & conscribit certas leges Canonicis ut simul comedant, &c. primus Decanus nominatur Svvatoslaus Presbyter Pragens. Præsentatio Decani ad Archiepiscopum pertinebit, Canonicorum verò ad Decanum Anno 1397. 14. Novembris.*

H. de Guttenstein. ✶ Hanc ego existimo ultimam fuisse ante Ziscæ tempora Collegiatam Ecclesiam; describentur suo loco literæ fundatoris, ut pietas Wilhelmi hujus de Landtstein, qui albam rosam gerebat in Clypeo, ejúsque conjugis lectissimæ ex Guttensteinijs ortæ cognoscatur. ✶

E. 1. Benessovv. de Sternb: de Wlassim. Erectio Altaris SS. Apostolorum & S. Dorotheæ Virginis in Benessovv in Ecclesia Parochiali ab Alberto de Sternberg D. in Konopist, & Procopio Plebano Ecclesiæ in Grecz Reginæ, constituunt Altaristam primum Venerabilem D. Joannem, aliàs Hankonem natum Andreæ de Wlassim Presbyterum Pragensis Diœcesis 1398. 9. Januarij.

✶ Plurimis ætatibus hoc Benessovium ad Castrum Konopistie pertinuisse omnium scriptorum veterum testimonio constat; Procopius ille Plebanus Sternbergicâ stirpe, uti etiam Altarista ex Wlassimiorum ortus videtur: nihil illâ ætate Nobilitati Sacerdotia etiam in pagis derogabant, quod innumeris exemplis potest ostendi; adde quòd Sternbergicus, nisi nobilissimum, in Confundatoris titulum ægre admisisset; de Hankone etiam illud probat, quòd nunquam facilè Venerabilis titulus Plebanis addatur ex usu temporum illorum, nisi ijs, qui aut summâ dignitate inter Clerum eminebant, aut Illustribus natalibus orti fuissent. ✶

G. 1. Budvicium. Hora. de Lippa. *Pronunciatio inter D. Bohunkonem Plebanum Ecclesiæ in* Budvveis *& Religiosos Viros Fratrem Petrum Priorem, & Conventum Monasterij Ord. Præd. ibidem per Adamum de Nezeticz Archidiaconum Gradicensem in Ecclesia Pragensi, &* Georgium Horam *Decretorum Doctorem Arbitros definitur: ut priùs Plebanus pulset pro Matura canenda, &c. tum alia præscribuntur pro concordia inter eos, præsentibus Venerabilibus Viris D. Jaroslao de Porziessin Decretorum Doctore Canonico Ecclesiæ Pragensis, Zenkone de Lippa Præposito Ecclesiæ Cremsiriensis, Stephano Canonico Ecclesiæ in Monte S. Petri Brunæ, &c. An. 1398. 3. Januarij. Datum in Schola Juristarum studij Pragensis, in Sala inferiori prope hortulum.*

Hora

* Hora Equestri stirpe de Oczedelicz prognatus fuit; Czenko de Lippa ex Marescallis Regni Bohemiæ. *

H. 1. S. Ægidius Pragæ.

Erectio Altaris S. Crucis in Ecclesia S. *Ægidij* Pragæ à Civibus. 1398. 8. Januarij.

I. 1. Capitulum Boleslavv: de Hazmb:

Pronunciatio inter Prælatos, & Vicarios, & Ministros Ecclesiæ Collegiatæ S. Wenceslai in Boleslavia, Arbitro Venerabili & Nobili Viro D. Wilhelmo de Hazmburg Barone Regni Bohemiæ Præposito ipsius Ecclesiæ Boleslaviensis 1398. 8. Januarij.

K. 1. Kolovvrat.

*Septem Sexagenæ Censûs annui Ecclesiæ S. Petri Parochiali in Ledecz à D. Petro de Ledecz. Subscripti: Wenceslaus de Ledecz Nobilis Vir Petri frater, & Nicolaus dictus* Kolovvrat *de Chrzenovvicz aliàs de Zbraslavvicz, Leo de Chrzenovvicz, Wilhelmus de Suticz. 1390. die S. Augusti, approbat Puchnik. 1397. 26. Januarij.*

de Suticz.

* De Suticz stirpe Czabeliczky fuit. *

M. 1. S. Castulus Pragæ.

Donatio 3. Sexagenarum pro Altari Omnium Sanctorum in Ecclesia S. *Castuli* ab Honorabili Viro D. Joanne Canonico Ecclesiæ S. Georgij in Castro Pragensi, ac Rectore Altaris S. Alexij in Ecclesia Pragensi qui est Patronus Altaris Omnium Sanctorum in Ecclesia S. Castuli, suo ac Nobilis D. Pauli de Genczenstein compatroni sui nomine. 1395. 5. Januarij Puchnik confirmat.

N. 1. Bystrzicz. Wartemb: Berka de Lesstna.

*Donatio 14. Sexagenarum cum 2. grossis pro Ecclesia Parochiali in Bystrzicz, ut Plebanus ibidem alat Capellanum; fundant Margareta de Zvvierzeticz relicta quondam Nobilis D. Benessij de Duba, aliàs de Lestna, & filij ejus Andreas, Hassko, Benessius & Wenceslaus fratres dicti de Duba aliàs de Lestna: & ut in choro dictæ Ecclesiæ semper Lampas ardeat die & nocte ob reverentiam Corporis Christi. Eorum literæ recitantur. 1398. die S. Vincentij,*

de Sternb: Duces,

* Lestna Castrum longissimo temporis tractu ad Berkarum Proceres pertinuit, deinde [ut alio loco probabimus] Sternbergicæ Familiæ accessit; visuntur in ea Arce vetustissima hodieque picta *Sternbergicorum* Insignia diversa ab hodiernis, stellarum numero, & supernè cum Tartarorum Mitris, atque insuper Titulo Ducum de Sternberg; quæ omnia ad Jaroslaum Sternberg Tartarorum ad Olomucium Victorem. An. 1241. existimo pertinere. *

N. 1. Sekyrzany: Archidiac: Pilsnensis.

*In litibus inter Busskonem Plebanum Ecclesiæ Parochialis in Sekyrzany & famosum Virum Wilhelmum de Wrhakocz nominatur Arbiter honorabilis Vir D. & Magister Joannes Eliæ Archidiaconus Plznensis in Ecclesia Pragensi Sacræ Theologiæ Baccalaureus formatus. 1398. penult. Februarij.*

Janovv.

*Erectio Altaris B. M. Virginis S. Crucis, &c. in Ecclesia Parochiali in* Janovv *ab Alssone de Risenburg (& Elisska ejus conthorali) residente in Selmberg. Datum in Selemberg 1397. Subscripti: Divissius de Talmberg. Cunsso de Balvvramanicz, aliàs de Suchdol. Confirmat Puchnik. 1398. 1. Martij.*

de Risemb: de Talmb:

* Ex hac stirpe de Risenburg ortus est Alsso de Rismburg hujus Alssonis, ùt reor, filius, de quo multa attulimus in Epitome. dubium, controversúmque est, quem Clypeum Alsso gesserit; inde enim facilè cognosci posset, quæ fuerit viro gentis origo; ad Svvihovios, qui de Rizmburg appellantur, multi Alexium referunt; Nos tantisper sententiam nostram suspendimus. Dominorum de *Talemberg* prima hæc est in his Erectionum Libris mentio; antè semper sub nomine Dominorum de Miliczin latebant. *

P. 1. Pflug. Rabstein. de Chiss Pietipesky.

Senæ literæ Ecclesiæ Parochialis in Rabstein. *Primùm*: dotatur Ecclesia Parochialis in Rabstein noviter constructa ab Ulrico Pflugo Seniore Regni Bohemiæ Sub-Camerario, & Ulrico Phlugo filio ejus de Rabstein sub Joanne Rege A. 1308. Subscripti nobiles, & strenui Viri D. Odolenus de Chiss, Przibislaus de Stiedra, &c.

*II. Privilegium.* alij reditus Ecclesiæ in Rabstein assignantur ab Ulrico Phlugo de Rabenstein Anno 1350. Subscripti: Joannes filius noster, Albertus de Hertemberch, &c. Tertiæ Literæ à Civibus in Rabenstein. 1352. Quartæ; Pacificatio & compositio litium inter Nobilem Virum Henricum, dictum Rabenstein de Rabstein, & Plebanum ibidem 1378. Quinta: augmentum dotationis illius Ecclesiæ Parochialis S. Matthæi ab Joanne dicto Rabstein, & conthorali ejus Catharina 1395.
Hostialek. Sextæ Literæ: Dant tres Sexagenas census annui Theodoricus, & Hostalko fratres uterini de Hagnest dicti Hostalkovve. 1397. subscripti Borzivvoy de Zvvinarz supremus Bavariæ & Chebiæ Capitaneus, Przedbor de Kunovv Marschalcus Regni Bohemiæ. confirmatum 1398. 22. Decembris.

de Rabstein. * Duæ prorsus diversæ Dominorum de Rabstein stirpes in vetere Bohemia reperiuntur. altera qui Phlugij, seu Pluhovve cognominabantur, aratrum ferebant in Clypeo; alteri Leones duos gestabant cum quibusdam lineis: illi Rabstein propriè dicti, ad maximas in Regno dignitates ascenderunt: Ulricus (de quo hîc est mentio) sub Joanne Rege omnia poterat, & Regnum absente illo (sed avarissimè) gubernavit; sub Ferdinando I. post annos 200. rursus quidam Phlugius Cancellarij supremi dignitatem obtinuit, fuitque maximarum turbarum caussa ob defensionem Joannis Friderici Saxoniæ Ducis, ideóque loco motus, & proscriptus est; plura de ejus fraudibus in actis Ferdinandi I. leguntur, & in Apologia Slavatina. *

Q. 1. Czachovv: Augmentum Ecclesiæ Parochialis in Czachovvicz à quodam Frana, 1398. 1. Martij approbat Ogerius Rector Ecclesiæ Parochialis in Liticz Corrector Cleri Diœces. Prag. ac Vicarius in Spiritualibus D. Archiepisc. Prag.

Q. 1. Gothlavia. Donatio 7. Sexag. pro Ecclesia in Gothlavia, erigenda ibidem Capellania in Civitate Gotlaviæ à Civibus. Idem Ogerius confirmat. sunt literæ germanicæ. 1398. 18. Aprilis.

R. 1. Oldrzichovvice. Pro Ecclesia in minori Oldrzichovvicze à Zbynek Buchovvecz z Buchowa.

Miza. Erectio Altaris SS. Laurentij, & Stephani in Ecclesia Omnium Sanctorum in Miza à Civibus. 1398. 20. Aprilis. Ogerius approbat.

S. 1. Horzinovv: Translatio census mediæ sexag. Ecclesiæ in Horzinievves super humuleto.
Rodovvsky. nominatur Marquardus de Mokrovvaus. Ogerius confirmat. 1398. 8 Aprilis.

Reginohradecium. Erectio Altaris S. Margaretæ in Ecclesia Parochiali S. Spiritûs in Grecz Reginæ. approbat Puchnik. 1398. penult. Aprilis.

T. 1. Broda. Pronunciatio inter *Plebanum* in Broda, & Oppidanos ibidem à Wolframo Archiep. 1398. 25. Maij.

U. 1. Eccl. Prag. Erectio Altaris B. M. Virginis SS. Petri, & Pauli, S. Wenceslai, & S. Catharinæ in Ecclesia Pragensi à Wenceslao de Ugezd, assignando decem Sexagenas & 2. grosf. & 52. pullos Altaristæ, ex Domo penes Nobilem Virum Georgium de Roztok in Hradzano. approbat Ogerius 1398. 12. Junij.

de Ugezd. * Aliquot illustres in Bohemia stirpes cognomen in vetere Bohemia traxerunt vel ab Augezd vel Augezdcze. vel Augezda, de quibus in Stemmatographia de Roztok, Miczanij fuêre, Berkarum ramus, ijdémque de Klinstein sunt appellati. Scio tamē ante aliquot sæcula fuisse Proceres, qui Roskoff de Roztok dicebantur. *

X. 1. Opatovvicz Pragæ. *Translatio census Altaris B. M. V. in Ecclesia S. Michaëlis in Opatovvicz Novæ Civit. Prag. à Civibus. transfert Joannes Kbel Decretorum Doctor Pragens. & Olomuc. Ecclesiarûm Canonicus. An. 1398. 21. Junij.*

B. 2. *Donatio quædam Ecclesiæ Parochiali in Skalsko à Sulkone de Kovvan Sulconis itidem filio 1398. approbat Ogerius eodem An. 24. Iunij.*

* De

* De Kovvan, vel Kovvanie illustris Equitum apud veteres Bohemos prosa- de Kovvan.
pia, qui tres Lunas sibi obversas corniculatas gerebant in Clypeis; quales hodeque
in Polonia perseverant, ùt est videre apud Okolsky. *

*Bonifacij Papæ IX. literæ, quibus incorporat Ecclesias in Mur, Kmetinaves, & in Sr-* B. 2.
*bicz Monasterio Religiosarum Virginum in Doxano. propter onera hospitalitatis præcipuè,* Cœn. Doxā.
*Pontificatûs anno 9. Gimramus Divinâ miseratione Præpositus Sanctimonialium Mona-*
*sterij Doxanensis, Ord. Pramonstratensis, & Gitka Priorissa nominant Plebanum in Mur*
*Nicolaum professum Monasterij Strahoviensis. 1398.*

* Magnum olim onus Cœnobiorum fuit innumera hospitum vis, qui ad ea
Cœnobia, etiam ad Parthenones confluebant; ob eam caussam quidam sacri Ordi-
nes per *Pontificum Bullas* ab eo onere sunt liberati. *

*Erectio Capellaniæ in Sobeslavv pro Altari Corporis Christi in Ecclesia Paroch. à stre-* C. 2. Sobeslavv.
*nuo, & famoso milite D. Wilhelmo de Zelcze. Literæ confirmatoriæ desuper Henrici de*
*Rozmberg, supremi Burgravij Pragensis, & filij ejus Petri 1398. Item literæ Wilhelmi*
*de Zelcz ad Archiepisc. Wolframum eodem Anno. Puehnik approbat eodem Anno 16. Au-*
*gusti.*

* Familia Equitum de Zelcz militaribus factis celebratissima jam perijt; Bo- de Zelcz.
hemus Eques de Zelcz quàm præclarè se gesserit in prælio Polonorum adversùs Pru-
tenos Crucigeros capto hostium Duce habes apud Miechovium, & Cromerum. *

*Pronunciatio inter D. Buzkonem Plebanum Ecclesiæ in Jessenicz & Nobiles Viros* D. 2. Jessenicz.
*Bohussium, & Nicolaum Clientes de Zvvierzinecz fratres. Arbitri: Ven. D. Woyslaus*
*Plebanus in Miliczin, ac Decanus Wltaviensis, & D. Wlastko Plebanus in Krzeczovicz.*
*16. Augusti.*

Erectio Altaris S. Mariæ Magdalenæ in Ecclesia Parochiali S. MARIÆ in E. 2.
Clatovia à Civibus. Ogerius confirmat 1398. 19. Julij. Clatovia.

Donatio 8. Sexagenarum censûs annui perpetui Ecclesiæ in Czastolovvicz. E. 2. de Czastolovvicz.
Literæ Nobilis D. Potæ de *Czastolovvicz, in qua Ecclesia genitor meus D. Poutha, &*
*Mater mea Domina Machna, avus, abavi, & proavi, nec non alij amici requiescunt.* fun-
dat Missam in aurora de Annunciatione B. Virginis, &c. 1398. 29. Junij. Subscri-
pti: Nobilis Vir D. Hinko Hlavvacz dictus de Duba, aliàs de Trzebochovvicz, Die-
trzisko de Janovvicz aliàs de Nachod, Theodoricus de Rychnovv, Colda de
Zampach, aliàs de Czernikovvicz, Havvlo de Stirin, &c. approbat Puehnicus. 17.
Septembris.

* Czastolovicensis Ecclesia opulentissima quondam fuit liberalitate ejus op-
pidi Dominorum, de quibus jam in prioribus dixi: ferebant in clypeo lineas senas,
quales his pereuntibus, suis clypeis intulerunt Zampachij. Hlavvaczij de Trzebo-
chovvicz Bercæ fuerunt, ùt mille locis probari potest; de Janovvicz, seu de Na-
chod ijdem, ùt jam antè monui; Czernikovvicz Zampachij fuerunt. *

*Erectio Altaris S. Dorotheæ in Ecclesia Parochiali in Civitate Ostros extra Bohemi-* G. 2.
*am ab Abbatissa Euphemia, & Conventu in Siffridorff. Puchnicus confirmat 1398. 18.* Ostravia. Cœn. in Siffridsdorff.
*Septembris.*

*Augmentum Ecclesiæ Parochialis in Oppido Oticz à Joanne Seniore de Oticz Raczko-* Oticz.
*ne de Javvor dicto de Oticz, & Joanne Seniore de Oticz fratribus germanis, & loci Do-*
*minis. 1396. Subscripti Alsso de Oldrzichovv, dictus de Lestina, Chvvalo de Lestina, &c.*
*Ogerius confirmat. 1398. ultimâ Septembris.*

*Dotatiô Ecclesiæ Parochialis in Krzeczovvicz à Plebano loci Wlastkone super famoso* Krzeczovvicz de Radicz.
*Viro Odoleno dicto Pifelka, cliente de Kurkinie, & famoso cliente Hinkone de Radicz, & Iaro-*
*hnevvone, dicto Weghak, confirmat Officialis Joannes Kbel. 1398. 1. Martij.*

* Kurkinij

H. 2. Drachovv: * Kurkinij Equites clari nominis in Bohemia, rates, vel Navis rostrum ex ratibus compositum ferebant; eorum posteritas, ùt plurimarum aliarum stirpium, quæ à nobis in Poloniam commigrârunt, ùt Paprocius, & Okolsky demonstrant, in nobilissimo illo Regnò hodieque perseverat. *

Drachovv. de Budislavvicz. Babka. *Donatio Ecclesiæ in Drachovv pro anima Przibikonis de Drachovv à tutoribus ejus Orphanorum Joanne de Rozmberg, Mrakssone de Petrovvicz Burgravio Przibenicensi, Henrico de Radholczonicz Burgravio Crumloviensi 1386.*

*Pronunciatio Ecclesiæ Drachoviensis in lite inter Plebanum, & famosum clientem Joannem Wchyna de Przezovv. mentio fit Andreæ dicti Opat de Budislavvicz, & Ulrici dicti Babka de Quassierovvicz clientum Jenissij de Smyssioczovicz, & Tstiborij de Wyhnanicz famosorum, &c. Confirmat hæc omnia Puchnik Vicarius Generalis. 1398. 2. Octobris.*

I. 1. Dobrovvitovv. *Donatio pro Ecclesia in Dobrovvitovv à Sociehrd de Dobrovvitovv Domino loci. 1398.*

Straz. *Erectio Capellaniæ in Ecclesia Parochiali S. Wenceslai in Oppido Straz prope Przimdam ab Oppidanis loci. approbat Puchnik, 1398. 25. Octobris.*

K. 2. Nemczicz. Hruza. *Translatio censûs de villis Brzezie, Temlim, & Krztinovv pro Capellanis duobus Ecclesiæ Parochialis in* Niemczicz. *Patronus eorum nominatur famosus Vir Joannes dictus Hroza de Wlhlavv. approbat Puchnik. 1398. 18. Novembris.*

Czeika. * Hroza de Wihlavv antiquo scribendi modo (hodie enim Hruza de Uhlaw scribendum esset:) ex Czeikarum stirpe, ùt ante monui, vel Czeicæ ex his prodierunt. conjecturam hanc meam alio loco potentiùs probabo. *

L. 2. Kbel. *Donatio 8. Sexag. pro Ecclesia in Kbel à Ioanne Rectore Ecclesiæ ibidem Officiali Curiæ Archiepiscopalis. Adamus de Nezeticz confirmat* 1398.

M. 2. Nevveklov: *Erectio Capellaniæ in Ecclesia Parochiali in* Neweklow. *à famosis Viris Henrico de Tloskovv, Ctiborio de Nevveklovv, Jacobo dicto Genecz de Rzehovvicz. 1399. 18. Novembris.*

N. 2. S. Nicolaus V. Pragæ. Erectio Altaris B. MARIÆ Virginis in Ecclesia S. Nicolai in foro pullorum majoris Civit: Prag. ad Missam de B. V. quotidie canendam, à Cive Clara Vidua. 1398. 7. Decembris.

O. 2. Rubik. Erectio Capellaniæ seu Altaris B. MARIÆ Virginis in Ecclesia Parochiali in villa Hlawatecz à famoso Viro Ctiborio dicto *Rubik* cliente de Hlawatecz, aliàs de Wyhnanicz, suo, & fratrum Bernardi, & Marquarti nomine. confirmat Puchnik. 1399. 4. Januarij.

P. 2. Canonici S. Georgij. Venditur Vinea quædam Honorab: D. Nicolao Puchnik Vicario in Spiritualibus generali, à Nicolao de Wssierub, Alberto dicto Gregora, Joanne dicto Oziedle, & Joanne de Duba Canonicis Præbendatis Ecclesiæ S. Georgij in Praga, suo, & aliorum Canonicorum nomine. approbat Wolframus. 1399. 16. Januarij.

* Jam pridem ostensum est superiùs, & mille locis codicum manuscriptorum ostendi potest: Collegiatam Ecclesiam ad S. Georgium in Castro Pragensi fuisse; cujus tamen neque Hagek, neque ullus scriptorum nostrorum mentionem hactenus fecit. vide infrà x. 2. *

Q. 2. S. Nicolaus Pragæ. *Erectio Altaris Omnium Sanctorum Apostolorum in Ecclesia Parochiali S.* Nicolai *majoris Civitatis Pragensis à Cive Christiana Vidua Sorore germana Procopij de Praga Presbyteri. 1398. 9. Decembris.*

R. 2. Capellania in Sobotka. *Erectio Capellaniæ, ut alatur Capellanus à Plebano in* Sobotka, *fundat liberalissimè Petrus de Wartemberg, aliàs de Kost. 1398. approbat Puchnik. 1399. 21. Februarij.*

S. 2. Lippa. Zittaviæ Melitenses. *Census Altaristæ SS. Trinitatis in Lippa fatentur se obligatos solvere 20. Sexag. grosß. Prag. Frater Petrus Komberg Commendator, Nicolaus Meppel Vice-Commendator, &c. & totus Conventus Domûs Parochialis Ecclesiæ S. Ioannis Baptistæ Zittaviensis Ord. FF. Hospitalis*

*ſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani Prag. Diœceſis. Confirmat Contractum Herſſo de Zvvirzeticz Prior Generalis Domorum per Bohemiam, Poloniam, Auſtriam, &c. conſtitutarum Ordinis S. Joannis Hieroſolym.* 1399. *Datum in Svviechla, confirmat Wolframus eodem 26. Februarij.*

* Hinc evidenter patet, Zittaviam in Pragenſi Diœceſi olim cenſam eſſe; imò adeò ipſa Urbs in Bohemia cenſebatur, quod ſatis probatum eſt l. 3. Miſcellaneorum, & ex enumeratione Diſtrictuum Bohemiæ. Horſſo de Zvvirzeticz è ſtirpe Wartembergica ortus, ſummum in Boh. ſui Ordinis Magiſtratum geſſit. ⁎ Wartemb: Generalis.

Erectio Capellaniæ in Parochiali Eccleſia in villa Hoſticz à Clientibus Przibicone de Lhota, & Buzkone de Sedlo. nominatur frater noſter chariſſimus Wilhelmus felicis mem. de Lhota. 1399. 14. Aprilis. T. 2. de Lhota.

Literæ ſuper cenſu Altaris SS. Trinitatis in Eccleſia Parochiali S. Caſtuli majoris Civit. Prag. & Erectio Capellaniæ in villa Dubicz in Eccleſia S. Petri ad Altare S. Laurentij, & tertij Altaris apud eundem S. Caſtulum à Fridlino Cive Pragenſi ſub Arneſto, qui hæc confirmat. An. 1357. 27. Septembris. U. 2. Capellania S. Caſtuli & S. Petri Pragæ.

Erectio novæ Capellaniæ in Eccleſia Parochiali in Bezna à famoſis Viris Bohunkone, & Czenkone clientibus de Bezna. 1399. 13. Maij. Bzensky.

* Erectionis hujus gloria ad Familiam illuſtrem, qui Bzensky nominantur, pertinet; de quibus aliquid jam ſuperiùs diximus. ⁎

Donatio 10. Sexag. annui cenſûs pro Canonicis, & Vicarijs Eccleſiæ S. Georgij in Caſtro Prag. approbat Wolframus Archiep. pro parte Reverendiſſimi in Chriſto Patris, & D. D. Wenceſlai Patriarchæ Antiocheni, & Venerabilium, & circumſpectorum Virorum Dominorum Petri de Wſſerub, literarum Apoſtolicarum Correctoris, Nicolai Puchnik Licentiati in Decretis, Nicolai de Wſſerub, Wenceslai dicti Obeſslo, Georgij dicti Gregora, Nicolai Pictor, Joannis Oziedle, & Joannis de Duba Canonicorum Præbendatorum, cæterorúmque Vicariorum Eccleſiæ S. Georgij in Caſtro Pragenſi fundat 8. Sexag. annuas Honorab. Vir D. Henricus Plebanus Eccleſiæ in Jeczovvicz, & duas antedictus Joannes Oziedle. An. 1399. 8. Aprilis. X. 2. Canonici S. Georgij Pragæ.

*Erectio Altaris S. Catharinæ in Eccleſia Omnium Sanctorum in Litomerzicz à Nobili, & Venerabili Viro D. Sbynkone de Hazmburg Præpoſito Eccleſiæ Mielnicenſis ſuper villa Klapy ſub Caſtro Hazmburg. conſentientibus fratribus ejus Nicolao, Jaroſlao, & Joanne fratribus de Hazemburg. Anna, & Gitka erant ſorores D. Zbinkonis, & eorum fratrum. A. 1399.* A. 3. de Hazmb:

* Notanda eſt hoc loco particula Genealogiæ Hazmburgicæ, ut aliquando ad liquidum poſſit adduci, quod multi fruſtra tentârunt. ⁎

*Pronuntiatio inter D. Wenceſlaum Plebanum Eccleſiæ S. MARIÆ in Lacu Pragæ, & Ctiborium Plebanum in Luzecz. 1499.* B. 3. B. V. in Lacu.

Erectio novæ Capellaniæ, & Altaris in Eccleſia Paroch. in Przibiſlavia à Cruce Plebano ejus loci. conſentiente D. Jodoco de Ronovv; aliàs de Letovvicz, & Eliſka de Sſvvamberg ejus conjuge, quæ plurimùm ex dote contulit. fratres Jodoci conſentiunt Sigiſmundus, & Smilo de Ronovv, ſubſcriptus Smilo dictus Flaſka de Pardubicz, aliàs de Richmburg. Ibidem literæ Bohemicæ D. Jodoci. 1399. Ronoviæ die S. Marthæ. approbat Puchnik eodem Anno. 11. Septembris. C. 3. Przibislavv. de Ronovv. Flaſka de Pardubicz.

* Hoc etiam Genealogicum fragmentum Procerum de Ronovv, ſeu de Letovvicz in Stemmatographia noſtra adducetur. Smilo de Pardubicz pronepos fuit Arneſti I. Archiep. Prag. quem poſtea occiſum narrat Hagecius. ⁎

*De Piſcinis Plebani in Wodniano. Puchnik approbat.* 1399. 4. *Octobr.* D. 3. Wodnianū.

*De Decimis quibuſdam Eccleſiæ in Lippolticz. Puchnik.* 1399. 24. *Octobris.* E. 3. Lipolticz.

F. 3. Campana contra Turcas. *Constitutio edita ab Archiepiscopo Wolframo ( ob Turcarum, & Tartarorum de Christianis Victorias ) ut omnibus feriis sextis horâ nonâ, quâ exspiravit in Cruce DEI Filius, campana notabilis pulsetur, & omnibus rebus, etiam prandio intermisso, genibusflexis quinquies Oratio Dominicalis oretur, &c, pulsantibus, & orantibus concedit 40. dies Indulgentiarum.* 1399.

* Magnâ totius Bohemiæ pietate peragebatur hoc opus: adeò, ut quædam Civitates singulares sibi Campanas fundi procurarent, quæ Turcicæ vocabantur, ut de Novadomo constat. *

Sſvvihovv. de Skala. Erectio Altaris S. Jacobi in Ecclesia Parochiali S. Ægidij in Sſvvihovv à Nobili viro Brzenkone de Skala, residente in Sſvvihovv ( cujus hîc literæ recitantur ) pro animabus Majorum, specialiter fratris nostri charissimi bon. mem. Pottonis de Skala, dicti de Rabi, & D. Elisabeth piæ recordationis conthoralis nostræ, &c. Subscriptus Nobilis Vir D. Potto de Dolena 1399. confirmat Ogerius Rector Altaris S. Dorotheæ in Ecclesia Pragensi Corrector Cleri, & Vicarius in spiritualibus. 1399. 29. Octobris.

* Hæc prima est in his libris Erectionum Sſvvihoviorum memoria. D. Potto de Dolena ex eadem stirpe Sſvvihoviorum fuit prognatus. *

G. 3. Niemczicz. Hruza. Augmentum Capellaniæ in Niemczicz à Nicolao Plebano ejus loci apud D. Joannem dictum Hruzam de Wlhlavv, & Bohuslaum de Chelczicz fratrem ejus germanu, & Albertum de Sedlecz, & Hinkonem de Sucha. 1389. 14. Novemb.

H. 3. Albieniez. Venditio certorum agrorum Ecclesiæ in Albienicz. 1299. 6. Martij.

S. Barbara Cuttnæ. Erectio Capellaniæ S. Crucis in nova Capella Corporis Christi, & S. Barbaræ Cuttnæ à Civibus. Plebanus in Malina voluit impedire, sed Ogerius, & postea Puchnik omnia confirmant; sed disertè adjicitur: salvo jure in posterum Dominorum Abbatis, & Conventûs Monasterij Czedlicensis, & in Malina Plebani super perpetuitate Capellæ, prædictæ Corporis Christi, & S. Barbaræ prout asseritur litigantium. 1399. 29. Octobris.

Lites de hac Capella. * Grandes prorsus tricæ de hac Capella extiterunt inter Abbatem Czedlicensem ( id est, Sedlecensem ) & Communitatem Civium Cuttnensium montanorum, atque inter Plebanum Malinensem, utroque territoriale Jus allegante lite postea ad sedem Apostolicam devolutâ; de quibus malè conciliatis tricis videatur Simeon Eustachius in Historia Sedlecensi, & Joannes Korzinek S. J. in historia Cuttnensi; nam ego in tam odiosis rebus dijudicandis Arbiter esse nolim. Porrò Basilicam hanc S. Barbaræ in libro III. Miscellaneorum descriptam, & dimensam eruditus Lector inveniet. Ad extremum nostrâ ætate Ecclesia hæc, vel Basilica potiùs, consensu Pontificum, Regum, aliorúmque Omnium, Societati JESU tradita est. *

I. 3. V. Boleslav: Wrabsky. Kaplirzij. Erectio Altaris Omnium Sanctorum in Ecclesia Collegiata S. Wenceslai, aliàs SS. Cosmæ & Damiani à Nobili Viro Alssone de Wrabie Armigero Prag. Diœces. Jus Patronatûs sibi, aut, si ipsius omnes posteri decesserint, Senioribus armorum suorum reservat. anniversarium pro Wenceslao Rege, & Joanna ejus consorte. 2.m pro animabus Domini Cunati Kappler de Sulevvicz, & D. Catharinæ ipsius consortis. 3.m pro animabus bonæ memoriæ Theodorici Patris, Alberti Patrui, & Joannis fratris prædicti Alssonis. 1399. 22. Octob. Subscripti Petrus Decanus, totúmq; Capitulum Eccl. Boleslav. 13. Novemb: & confirmat Puchnik.

* Wrabsky Equites vetustissimi, quantû stirpem suam olim post An. 920. sub S. Wenceslao infamârunt, tantum postea liberalissimis fundationibus exornârunt; familia hodiéque superest; utì & Kaplirziorum; cujus in Epitome nuper evulgatâ primam originem attulimus. *

K. 3. S. Barbara Cuttnæ. Erectio Altaris S. Joannis Baptistæ in nova Ecclesia Corporis Christi, & S. Barbaræ in Montibus Cuttnis, à Cive. Puchnik confirmat. 1399. 28. Novemb.

* Notan-

*Notandum est hoc hoco nomen novæ Ecclesiæ Corporis Christi, cùm paulò antè uno mense Capella fuerit appellata. *

*Litteræ Plebani de Wodniano Jenissij 2. Novemb. obligatur de tenendo Vicario in Wodniano ipse, & sui successores ultra alios duos Vicarios, qui apud eandem Ecclesiam ab antiquo tenentur. Puchnik 1399. 4. Decembris.*

L. 3. Wodniani tres Capell.

*Erectio Altaris in honorem S. M. Magdalenæ in Ecclesia Parochiali Brandis ad Aquilam. à Nobili D. Tassone de Bozkovvicz, alias de Brandis. Subscripti hæredes mei Ioannes, & Beness de Bozkovvicz. In testimonium verò Nobiles Viri: Henricus de Bohemica Libchavia, Petrus de Zampach, dictus Koluch de Sudslavv. Ipse Wolframus Archiepisc. confirmat. 1399. 21. Decemb. Raudnicij.*

M. 3. Brandeis ad Aquilam. Zampach de Sudislav.

* Brundusium ad Aquilam Domini de Bozkowicz multis ætatibus tenuerunt, ideóque ea, quæ in historijs Bohemiæ de Bozkowicijs leguntur, de Bohemicis, non de Moravicis debent intelligi. *

Proceres de Bozkovicz.

Erectio Altaris S. Jacobi Apostoli in Ecclesia Parochiali Brandis ab eodem Tassone. Subscripti ijdem, qui proximè. An. 1399. feriâ tertiâ post Festum Conceptionis. confirmat Puchnik. 1400. 14. Januarij. N. 3.

Erectio Altaris S. MARIÆ Virginis in Ecclesia Parochiali in Rakownik. à Civibus. 1400. 24. Januarij. P. 3.

Erectio Altaris SS. Philippi & Jacobi Apostolorum, nec non BB. Felicis, & Adaucti in Capella Corporis Christi in montibus Cuttnis à duobus Civibus. Anno 1393. die S. Elisabeth. confirmatum à Puchnik. 1400. 7. Februarij. Q. 3. Cuttna.

Ordinatio, & dispositio inter D. Joannem Episcopum Litomislensem ex una, & Capitulum ipsius parte ex altera; recitatur ea per multas paginas, enumerantur omnes villæ, agri, limites, &c. Episcopi Litomislensis, item aliæ villæ, & census Capituli, &c. in ipso Litomisl Episcopi limites, & alij Capituli, ad quid hic vel illi obligentur, itâ, ut hac solâ lectâ, acquiratur optata, & perfecta notitia illius Episcopatûs, & Capituli. facta est 1398. 19. Aug. in Civitate Lithomislensi in Ecclesia Cathedrali, in Capella S. Ægidij in loco Capituli. ex una Reverendiss: in Christo Pater, & D.D. Joannes Episcopus Lithomislensis, ex altera Venerab. & Religiosi Viri Joannes Prior, Henslinus Custos, Libussius Cantor, Petrus Scholasticus, Wenceslaus parvus Procurator, Petrus Procurator, Wenceslaus Massarz, Henlinus, Joannes Strynczar, Wenceslaus longus, Jacobus major, Nicolaus Przelbice, totúmque Capitulum Canonicorum Regularium Ordinis Præmonstratensis. Mediatores ab utraque parte electi Joannes Prior Ecclesiæ Litomislensis, Henricus Præpositus Monasterij S. MARIÆ Canonicorum Regularium in Landskrona, Libussius Cantor Ecclesiæ Lithomislensis, Jacobus Bussek pro tunc Curiæ Episcopi Olomuc. Officialis; horum Sigilla addita. præsentibus Nobili D. Smilone de Pardubicz, aliàs de Richenburg, Regni Bohemiæ supremo Notario; item strenuis, ac famosis Viris Nicolao Dax de Fridlanth, Herzkone dicto Karlik de Zahradka, Benessio Brtim de Blansko, Joanne de Morassicz, & Petro de Myrokovvic. confirmat hæc omnia authoritate Metropolitanâ, & legatione Wolframus Archiepiscopus. 1390. 19. Februarij.

S. 3. Concordia inter Episc. Litomislen. & Canonicos ejusdem Eccl.

de Pardubicz.

* Smilo de Pardubicz, ùt nuper dixi, Flaska cognomento, pronepos Arnesti I. Archiepiscopi, etsi stirpe Baronum ortus supremi scribæ Officium gessit, quod sæpius in antiquitate factum observo, ùt in Magistratibus Regni dicemus. Cæterùm literæ hujus ordinationis totam hujus Litomislensis Episcopatûs, & Capituli institutionem legentibus ostendunt. *

Literæ geminæ Nobilis Viri D. Puothonis de Czastolovvicz datæ in Opoczen 1400. pridie S. Valentini. erigentis Capellaniam in Ecclesia Parochiali in Wodierad

T. 3. de Czastol: in Wodierad Vicarius.

rad (in titulo Gradicensi) ut Plebanus teneatur alere Vicarium, confirmat Puchnik. 1400. 19. Februarij.

U. 3. Testamentum D. Wencesslai de *Pilgremis* Vicarij perpetui Ecclesiæ Prag. factum. Anno 1399. 18. August. pro diversis rebus, & sacris in Templis. confirmatum 1399. 6. Septembris.

X. 3. Raytay. Donatio 1. Sexag. & mediæ censûs annui pro Ecclesia Parochiali in Ratay, in Decanatu Bechinensi à Jeskone dicto Stoliczka filio Joannis armigeri de Ratay. Datum, & actum in Miliczin An. 1399. pridie SS. Apostolorum Philippi & Jacobi.

# ERECTIONUM VOLUMEN SEXTUM.

A. 4. Beczovv. de Risenb: Erectio Capellæ, & Altaris S. MARIÆ Visitationis in Castro Beczovv super Oppido in Beczovv à Borssone Seniore, & Borssone Juniore fratrum de Risenberg Nobilium Baronum in Beczovv cum Sigillo *Plebani* Ecclesiæ in Slackenvvaldt, infra cujus fines dicta Capella, & Altare situatum existit. 1400. 10. Maij.

* Valde in Borssonum de Risenberg familia lapsus est Bartholomæus Paprocius, qui deceptus cognomine, Borssones Swihovios esse putavit, quod in Stemmatographia postea refelletur, & jam antea in Notis hisce falsum ostendimus ex parte. *

B. 4. In KozleCapellania. Literæ Ecclesiæ in Kozle. Parochiali Ecclesiæ unitur Capellania ibidem. 1400. 14. Maij.

C. 4. Rakovvnik. *Fundatio Missæ Maturæ de B. Virgine in Ecclesia Parochiali Rakovvnik à Civibus. consensus Regius Cæsaris Wenceslai 1399. 6. Novembris.*

Hospitale Zatecij. *Erectio Hospitalis in præurbio (ivit. Zacensis ante portam Pragensem à Viduis Civibus duabus Catharina, & Clara cum Capellania ibidem in honorem SS. Corporis Christi, Visitationis B. MARIÆ, S. Georgij, & S. Elisabeth Viduæ. 1400. 10. Aprilis.*

D. 4. de Martin: Erectio Capellaniæ in Ecclesia Parochiali in Martinicz à famoso Viro Joanne cliente ibidem de Martinicz ejusdem Ecclesiæ Patrono. 1400. 19. Junij. prope villam Wranovv.

* Duas, vel tres villas hoc nomine Martinicz in Bohemia habemus; à Martino deductum nomen videtur, uti Petrovvicz à S. Petro, Pavvlovvicz à Paulo, Ondrzejowicz à S. Andrea; Jakubowicz à S. Jacobo, Janowicz à S. Joanne, & plura hujusmodi; an autem Joannes Cliens de Martinicz ex stirpe Illustrissima prognatus fuerit, dubitari potest; probabile est non fuisse, sed ideo sic appellatur, quòd villam Martinicz ditione tenuerit. *

E. 4. Eccl. Omn. Sanctorum. Pro Ecclesia Parochiali in Rzissuth. nominatur in his literis Venerab. Vir D. Joannes Præpositus Ecclesiæ Omnium Sanctorum in Castro Pragensi Canonicus Præbendatus Ecclesiæ Pragensis. 1400. 20. Junij.

F. 4. Petrovvicz. Testamentum Elæ quondam de Ratibor Viduæ Civis Pragensis pro Ecclesia in *Petrovvicz* duæ Sexag. (una Parocho, altera Vicario) & septem Sexag. pro Altari S. Margaritæ in Ecclesia SS. Philippi, & Jacobi in Praga erigendo. 1400. 20. Julij.

G. 4. Erectio Altaris SS. Corporis Domini nostri JESU Christi, & S. Georgij in Ecclesia

clesia Parochiali in Czastolovvicz. à Puthone de Czastolovvicz. Datum Richemberg 1399. 14. Septembris confirm. 1400. 20. Julij.

Erectio Altaris S. Georgij, & aliorum Patronorum Regni Bohem. in Castro suo Krupka à Reverendo in Christo Patre D. Thimone de Koldicz, Episcopo Ecclesiæ Misnensis. Wolframus confirmat. 1400. 3. Augusti. Krupka de Koldicz.

* Hunc eundem Thimonem (seu Timotheum) fuisse existimo, qui prioribus annis gessit Præpositum Virginum Ordinis S. Benedicti Teplicij. *

Translatio censûs Altaris *S.* Erasmi in Ecclesia S. Galli in Praga à Civibus. 1400. 21. Julij. I. 4. S. Gallus Pragæ.

Ordinatio pro in Tuklek à Jěkone Plebano Ecclesiæ in Witticz 3. Septemb. K. 4. Tuklek.

Literæ de permutatione certorum bonorum Monasterij in Insula cum Plebano Slanensi. 3. Septembris nominatur Joannes Abbas Monasterij in Insula. L. 4. Slana & Cœn. Insul.

Erectio Altaris Conceptionis B. Virginis, & S. Hieronymi in Capella *S. Annæ novi Chori* à Nobili D. Catharina, relicta bon. mem. Conradi Kaplerz de Sulewicz sorore germana Nob. D. Alssonis de Wrabie. Wolframus confirmat. 1400. 15. Septembris. Eccl. Prag.

* Hujus D. Catharinæ Caplirzianæ de Wrabi, plures sunt, eæque singulares omnino fundationes, ùt jam superiùs vidimus. *

Erectio Capellæ, seu Altaris in Ecclesia Parochiali in Kosowa Hora à Nobili Viro Hermanno de *Hradek.* pro anima sua, Ottikonis Patris, & Annæ Matris. Wolframus. 1400. 3. Octobr. M. 4. Kosovvahora.

* Hæc Fundatio in Kosowa hora non ad Marquardios (qui in statu Equitum tantùm censebantur) sed ex titulo Nobilis Viri ad familiam Baronum pertinet, videlicet ad Proceres de Landstein, qui loci Domini fuerunt. *

Erectio Officij Prædicationis in vulgari Bohemico in Eccl. Pragensi metropolit. ut singulis diebus festis, exceptis diebus Dominicis (quibus eidem Ecclesiæ de Prædicatore est provisum) & in Adventu Domini, & in Quadragesima ter in hebdomada prædicet; Rectorem sibi nominare ipsa Fundatrix, videlicet Catharina Vidua Conradi Caplirz, nata Wrabskiana, reservat; post mortem tradet Vicario in spiritualibus generali Archiepiscopi. Item fundat domum cum censibus pro 12. Virginibus, vel etiam Viduis alendis in Hradczano prope Ecclesiam S. Benedicti, quam domum emit à D. Wlachinkone olim Præposito Boleslaviensi. Wolframus. 1400. 6. Octobris. Fundatio pro Prædicatore in Eccl. Prag. Domus pro 12. Virgin:

Fundatio pro pauperibus Scholaribus in Scholis Ecclesiæ S. Castuli à Civibus. 1400. 14. Octobris. O. 4. Fundatur Schola ad S. Castulum.

* Scholæ ad D. Castulum celebres primitus fuerunt, sed postea multa ornamenta amisêre; unde illi versiculi: v S° Hasstala Sskola gako Ssatlawa Primanj / Secundanj / & quæ sequuntur. *

Erectio Altaris S. Dorotheæ in Ecclesia Parochiali in Mutina à D. Jacobo Cubik, Rectore Ecclesiæ ibidem. Joannes de Pernarticz loci Dominus consentit. 1400. Octobris. Q. 4. Mutina.

* Familia Dominorum de Pernarticz paulò pòst interijt; Clypeus eorum in Libro Aulæ Carolinæ apud me spectatur depictus. *

Wolframus Archiepiscopus permutat certa bona Sex. Sexag. Archiep. Prag. cum Onssone, & Joanne fratribus de Podol ad villam Drazicz. 1400. 1. Julij. R. 4. de Podol.

Literæ concernentes Altare Visitationis S. MARIÆ, & Capellanum ejus in Ecclesia S. MARIÆ in Usk super Albea, cujus Fundator fuit Tilo Herbordus Civis ibidem, & filius ejus D. Paulus Presbyter. Usta super Albim.

S. 4. de Rziczan — Erectio Altaris SS. decem millium Martyrum militum in Ecclesia Parochiali in Rziczano. Nos Gimramus, & Divissius fratres de Rziczano pro salute animarum nostrarum, & progenitorum, videlicet D. Gimrami, D. Divissij, D. Ulrici, D. Hinkonis, & Dominæ Gitczæ, nec non D. Peſskonis, Domini Pohan, & D. Budczæ, & aliorum progenitorum. 1400. 20. Sept. confirm. 19. Octob.

* Procerum, & Dominorum de Rziczan, seu Rziczano familia, ex hoc loco Antiquitatem suam probare potest; unde etiam in Majores suos pietas elucescit. ⁎

T. 4. S. Laurent: in Augezd. — Erectio Altaris S. Dorotheæ in Ecclesia Prag. S. Laurentij in Ugezd, ut qualibet septimanâ ibi Missa legatur, à Cive Apothecario fundata. super famosum Virum Zavissium de Mikovvicz, Clientem in villa Crussinovvicz. confirmat Wolframus 1399. penult. Novemb.

U. 4. S. Michaël Pragæ. — Erectio Altaris SS. Trinitatis, & SS. Trium Regum in Ecclesia S. Michaëlis major: Civitatis Prag. à Strenuo Viro Alberto Griffstett cum Licentia Serenissimi Regis 1391. eodem anno. confirmatum à Joanne Pomuk Officiali Archiepiscopi Joannis. pro eo Altari præsentatur Nicolaus de Paczovv Presbyter Pragensis Diœcesis. Datum in Domo Tabularum terræ, & Nobilis Viri Benessij dicti Chaustnik, Protonotarij Tabularum terræ. Census fuit in bonis strenui Viri D. Ctiborij dicti Drsstka in ipsius villa Czegeticz. Item præsente Petro Canonico Ecclesiæ S. Ægidij Pragæ, & Rectoris Scholarum Monasterij Zderasiensis Novæ Civit. Prag. Martino de Zym Rectore Ecclesiæ ejusdem S. Ægidij, Baccalaureo in artibus, & Nicolao de Paczovv Presbytero Altarista Altaris S. Catharinæ Virginis præfatæ Ecclesiæ S. Michaëlis.

X. 4. de Chaustnik. Drsstka. S. Ægidius.

* Liquido intelligi potest, Protonotarios Tabularum terræ, seu supremos (ùt hodie appellantur) Scribas, non tantùm ex Equestri statu, sed etiam ex Procerum familia à Regibus, &c. Comitijs designatos o'im fuisse, ùt hoc loco Nobilis Vir Benessius de Chaustnik ex stirpe Bohemiæ Regibus agnatâ, & alibi Smilo de Pardubicz Dominorum familia, utì & Sſvvambergii, &c. supremi scribæ munus gessêre, ùt in Indice Magistratuum dicemus. Ctiborius Drsstka militaris familiæ Vir Catholicus, cujus filius (ùt reor) fuit Tinæ Dominus, qui adversùs hæreticorum Exercitus Tinam Horssoviensem malè mu itam, egregiè aliquoties hæreticis depulsis defendit, ùt in Epitome narratum est. ⁎

Porzicz. — Erectio Altaris S. Dorotheæ in Eccl. Parochiali in Porzicz à Civibus. 1399. ult. Octobris.

A. 5. Rakovvnik. — *Erectio Altaris S. Dotothea in Ecclesia Parochiali in Rakovvnik à Vidua. Puchnik approbat. 1400. 4. Februarij.*

B. 5. S. Barbara Cuttnæ. — *Erectio Capellania Nova in Capella B. M. Virginis, & Sanctorum Apostolorum sita in Nova Capella Corporis Christi, & S. Barbara prope Montes Kuttnis à Cive Petro de Piska. 1400. 20. Octob. confirmat Puchnik. 1401. Februarij.*

C. 5. S. Barbara Cuttnæ. — *Erectio Duarum Capellaniarum in Capella B. M. Virginis, & Sanctorum Apostolorum sita in nova Ecclesia Corporis Christi, & S. Barbara in Montibus Kuttnis à duobus fratribus Petro, & Wenceslao de Piesk, Civibus de Montibus Cuttnis. 1405. penult. Novemb.*

D. 4. — *Cuttnensia quadam Germanica nihil significantia. 1396. 23. Augusti.*

D. 5. Hospitale Novodomi. de Straz. Babka. — *Dotatio, & Fundatio Hospitalis extra Civit. Novodomi in pede pontis versùs Capellam S. Wenceslai: ab Hermanno, & Joanne juniore de Novadomo. quorum hîc litera recitantur, & leges Hospitalis. Data 1399. Novadomi in Vigilia S. Joannis Baptista. Sigilla Nobilium Dominorum, & fratrum nostrorum Ulrici, & Joannis Senioris fratrum de Novadomo. Item Dominorum Petri & Joannis fratrum de Straz, & Sigilla famosorum Virorum Domaslai de Studena, Ulrici de Bezdiechovv, Andrea dicti Zaſmuk, & Ulrici dicti Babka de Quassiejovvicz. confirmat Wolframus Archiepiscopus. 1401. 1. Februaij.*

* Fun-

* Fundatio hujus Hospitalis dignissima est quæ describatur ad cognoscendam Majorum nostrorum ordinatissimam Pietatem. hinc etiam plagulam aliquam Procerum de Novadomo cognoscimus, quæ nobis in Stemmatographia Bohemiæ subserviet. In his quoque literis Ulricus Babka nominatur, quæ stirps Equitum hodiéque in Bohemia perseverat. *

Erectio Altaris S. Catharinæ, S. Antonij, & Patronorum Regni Bohemiæ in Ecclesia Parochiali S. Michaëlis majoris Civit. Prag. ab Alberto de Griffstett, residente in Strzedokluk. 1401. E. 5. S. Michaël Pragæ.

Donatio 12. grosl. censûs annui pro Eccles. Parochiali in *Wodniano* 1401. 14. Aprilis. F. 5. Wodnianū.

Augmentum Ecclesiæ Parochialis in Brlozecz à Peskone de Przestan Cliente. Subscribunt Clientes Kunsso de Brlozecz, & Joannes de ibidem. 1401. die B. Valentini. Brlozecz.

Translatio censûs Ecclesiæ Parochialis in Chelczicz. Patronus videtur fuisse famosus Vir Wilhelmus de Podiehusf. mentio hîc fit Petri, & Bohuslai fratrum de Malovicz Clientum. 1401. 14. Aprilis. G. 5. Chelczicz. Malovecz.

Augmentum pro Altari S. Andreæ in Usk super Albea in Ecclesia Parochiali S. MARIÆ à Civibus. 1401. 16. Aprilis. H. 5. Austa regia.

Translatio Agrorum quorundā Ecclesiæ Parochialis in Studenka consentiente Patrono, famoso Viro Joanne de Studenka dicto de Zasada cognominatus Lissecz 1401. oportet Studenkam esse non procul à Cozmonos. I. 5. Studenka.

Elocatio quorundam agrorum Ecclesiæ in Koledecz non procul Zatecio petente famoso Viro Nadslao Cliente de Woleticz. 1401. 24. April. K. 5. Koledecz.

Mutatio agrorum Ecclesiæ in Wlassim cum Wochnone Cliente de Ratay. 1401. 9. Maij. Wlassim.

Erectio Capellaniæ in Ecclesia Parochiali S. Jacobi in Tusta à quadam Vidua D. Kera. confirmat hæc omnia Imper. Wenceslaus. An. 1399. 25. Junij, sed sibi, & Regibus Bohem. Jus Collaturæ reservat. confirmat Puchnik. 1401. 5. Maij. L. 5. Tusta.

* Perpetuum hoc fuit in antiquitate Bohemiæ, ut Nobilitas Bohemiæ sinè Regis scitu Altaria, & Capellanias erigere, ad census annuos obligare sese, fundare Missas, & Anniversaria posset; at Civilis ordo sinè scitu Regis nihil ejusmodi auderet præsumere; unde in his Erectionum Libris ad singulas Erectiones Civium adduntur Regum literæ permittentium, & approbantium eam Fundationem, & Erectionem. Idem intelligi debet de alijs quoque Civium contractibus; quippe sinè scitu expresso Regis, nulla Civitas ad aliquem stabilem censum pendendum obligare se poterat, ut ex Curiæ Pragensis in minore Praga libris vetustissimis, quos aliquando inspexi, cuique probari potest; porrò Erecto, & dotato Altari ab aliquo Cive Collaturam Altaristæ sibi Rex reservabat; exempla innumera sunt in promtu. * Cives sinè scitu Regis fundationes facere non poterant.

Czenko Krussina de Lichtenburg donat Decimas in villa sua Olssan Ecclesiæ S. Crucis nostræ in Trzebonin. ut celebret quotannis anniversarium cum 5. sacris, cum Vigilijs, &c. pro consorte nostra Dorothea, & salute puerorum meorum Hinkonis, & Joannis, & aliorum successorum, ac aliàs Parentum meorum Joannis & Evæ. Item Joannis fratris mei, prædecessorúmque nostrorum de Lichtenburg, & Czenkonis de Lippa filij sui. 1373. confirmatum. 1401. 18. Maij. M. 5. Trzebonin. de Lichtemburg & de Lippa.

Erectio Altaris Corporis Christi in Ecclesia Parochiali S. Castuli Maj. Urbis Prag. à Nobili Vidua Magarita relicta Bonczonis de Wrssecz armigeri Prag. Diœces. in villa Orzech, quam nunc tenet ipsius gener Petrus Burgravius in Przimda, maritus Margaretæ filiæ Margaritæ prædictæ. 1401. 28. Maij. N. 5. S. Castulus Pragæ.

Erectio

O. 5. Eccl. Prag. QuatuorCapellani. de Cheinov: Erectio ditissima Altaris B. Virginis Annunciatæ in Ecclesia Pragensi in Capella SS. Simonis, & Judæ, ut quatuor alantur ad id Altare Presbyteri aliud beneficium non habentes, à famoso Viro Zdenkone de Cheynovva, armigero Pragens. Diœces. & Barbara ipsius conthorali. Assignatur eis domus media inter domum Nobilium Virorum de Rozemberg, & ab altera parte Dominorum de Sternberg. consentiente D. Bohussio Decano, & Capitulo Eccl. Prag. Wolframus omnia confirmat. 1401.

P. 5. de Wartem. Colin. *D. Joannes Wartemberg Rector Ecclesiæ Parochialis S. MARIÆ ante Latam Curiam, cùm ad eum devolutum esset Jus Patronatûs Altaris S. Spiritûs in Ecclesia Parochiali in nova Colonia, & ad id Altare in Crypta situm difficilis sit ascensus, & descensus, petiit ut transferatur titulus, & census illius ad Altare SS. Corporis Chrsti in Choro Ecclesiæ, quod & concedit Puchnik 1401. 18. Junij. recitantur antiqui census omnes illius Altaris à Civibus Coloniæ instituti.*

R. 5. Zatecz. *Erectio Altaris S. Stephani, & Laurentij in Ecclesia Parochiali B. MARIÆ Virginis in Zacz à Civibus ibidem. 1401. XI. Aprilis.*

S. 5. Budvveis. *Ordinatio Hospitalis dudum erecti in Budvveis. per Wolframum Archiepiscopum facta. 1401. 24. Maij.*

T. 5. Borovvan. *Erectio Altaris S. Mariæ Magdalenæ in Ecclesia Parochiali in Borovvan à famoso Viro Liczkone de Dvvorzecz armigero Prag. Diœces. confirmatur. 1400. 1. Maij.*

U. 5. Clatoviæ. de Dolan. Sſvvihovvſ: *Erectio & Dotatio Altaris in Capella S. Agathæ in Ecclesia Paroch. B. Virginis Clatoviæ. à valido, & strenuo armigero Brzenkone de Dolan, Seniore filio bon. mem. Pottonis de Dolan, & ab ejus fratribus germanis Putha, & Diepolt de Dolan. Subscripti Brzenko Senior de Skala residens in Sſvvihovv, Herbort de Hlohovve, residens in Wrhavvzy, Henricus de Wirovva. 1401. confirmat Puchnik. 1401. 20. Iulij.*

* Ipsa nomina Fundatorum hujus Altaris, & locus, seu Civitas, ostendunt stirpem, & familiam, ex qua prodierint, videlicet Sſwihovianam: Brzenkones, Diepoldi, & Theobaldi, Puthæ, Pottones plurimi in ea stirpe fuerunt. *

X. 5. Aula Regia Bonifacius IX. dedit Abbati, & Monasterio Aulæ Regiæ Parochiam S. Galli prope dictum Monasterium. ergo instituunt in ea Vicarium quendam Christianum de Sobeslavv: Nos Fridericus Abbas, Joannes Prior, Petrus Supprior, Paulus Celerarius, Conradus Custos, &c. 1400. 24. Julij. confirmat Puchnik.

A. 6. Lesſczan. Beneda. *Literæ pro Ecclesia Parochiali in Lesſczan super decimis. fatente famoso Viro Henrico Cliente Necztin.*

* Benedarum cognomen de Necztin genus prodit Fundatoris. *

B. 6. Horzesſovv: *Commutatiö cujusdam areæ, & casæ Ecclesiæ Parochialis in Horzesſovvicz cum famoso Viro Sazema armigero de Horziesſovvicz. 1401. 15. Augusti.*

Eccl. Prag. Wrſſovecij. *Erigunt liberalissimè Altare Præsentationis B. MARIÆ Virginis & SS. Georgij, & Ignatij MM. in Ecclesia Prag. Nobiles Viri Rudigerus de Wrſsovvicz, Petrus Rudigerus, & Erhardus fratres de Skalka, licentiâ à Papa Ponifacio 9.° impetratâ. Wolframus omnia refert, & confirmat. 1401. 19. Octobris.*

* Ex hoc loco utcumque probari potest Wrſſovecios eo tempore ultra Equites aliquid habuisse, cùm Nobiles appellentur. *

C. 6. S. Leonard. Pragæ. Literæ super tres sexag. grossorum pro Ecclesia S. Leonardi major. Civit. Pragens. à Civibus 1401. 17. Octob. Ogerius Rector Altaris S. Dorotheæ in Ecclesia Prag. Vicarius Generalis.

D. 6. Rokyczany Henslinus Weisswasser donavit omne Jus Patronatûs in Altaribus, quæ habet, Sigismundo Rokyczaner Civi maj. Urb. Pragens. Wolframus confirmat. 1401. penult. Octobris.

Ogerius

E. 6. S. Clem. in Porzicz.

Ogerius prædictus Braxatorium desertum, ex quo percipiebat censum annuum Rector Parochialis Ecclesiæ S. Clementis in Porzicz novæ Civit. Pragensis institutum à Cive Prag. rursus erigit, A. 1401.

F. 6. S. Nicol. in p. parte.

*Expositio Curiæ in Hrnczerss in Emphiteusi pro Eccles. Paroch. S. Nicolai in minore Civit. Prag. Wolframus Archiepisc. 1401.*

G. 6. Wlassim.

*Translatio censuum pro Altari S. Nicolai in Wlassim ad domum, & vineam Civis cujusdam in Znoyma, ad alium Civem. 1401.*

Mielnicenses Præpositi.

*Erectio duarum Capellaniarum in Ecclesia Collegiata Mielnicij à Sbinkone Præposito ibidem, & Wilhelmo fratribus germanis de Hazemburg. Ibidem nominatur Nicolaus bon. mem. de Budina dictus de Hazemburg, & filij ejus Orphani Nicolaus, & Joannes de Hazmburg. Item dicit immediatè antecessorem fuisse D. Joannem de Landstein Præpositum. 1402. 20. Januarij.*

* Notanda hoc loco erit Particularis Genealogia Procerum de Hazmburg, ex quibus Sbinko, qui paulò post Archiepiscopus Pragensis, legetur. *

H. 6. Eccl. Prag.

Erectio liberalissima Altaris S. Michaëlis, & Sanctorum Angelorum, S. Sebastiani, & Omnium Sanctorum in Ecclesia Prag. à Nobili, & strenuo Milite Hanussio Kappler de Sulevvicz fratre Conradi Kappler. Wolframus confirmat. 1402. 4. Januarij.

Kaplirz.

* Kappler, seu Kaplirz, Illustris Equitum prosapia perseverat; hæc militares viros multos genuit; Cunradi Kaplirzij fundationes aliquas jam attulimus antea. *

I. 8. Novavilla.

Erectio Capellæ in nova villa in Paroch. Ecclesia à Joanne dicto Korczek de Roczecz, & Borssone de Nova villa. 1402. 21. Januarij.

K. 6.

Dotatio Ecclesiæ Parochialis in antiquo Sedlo, à Sigismundo de Orlik Sub-Camerario Regni Bohemiæ, literæ Bohemicæ. 1402. 1. Martij.

de Orlik. Sub-Camer.

* Sigismundus de Orlik Sub-Camerarius Vir Catholicus, & Ecclesiæ Dotator, Religionis caussâ post annos 20. circiter, ab hæreticis Pragensibus in Curia antiquæ urbis est decollatus, ùt, cùm agerem de ijs, qui ob Religionem interfecti sunt, in his ipsis Miscellaneorum libris narravi. * Lib. 4.

L. 6. Augezd.

Literæ de censibus Capellaniæ Altaris S. Dorotheæ in Ecclesia Parochiali S. Laurentij in Ugezd sub Petrino monte à Cive Apothecario super bonis famosi Viri D. Zavvisska de Mikovvicz Armigeri. confirmatur. An. 1401. 15. Decembris.

M. 6. Sufficium.

Erectio Altaris S. Catharinæ & Dorotheæ V. V. in Ecclesia Parochiali in Sicca à Vidua Cive Catharina. 1402. 1. Febr. Puchnik approbat.

N. 6. Stara vel Scara.

Erectio Altaris S. Dorotheæ, & aliarum SS. Virginum in Ecclesia Parochiali in Stara à Nobili Domino Smilone de Pardubicz, residente in Richemburg, & Nicolao Plebano in Stara cum consensu Patroni Ecclesiæ Nobilis D. Pauli de Jenczenstein, aliàs de Stara. Census autem illi apud D. Wenceslaum de Wartemberg, aliàs de Welissfunt comparati. confirmat Puchnik. 1402.

de Pardub:

* Smilo, qui hîc nominatur, est notus ille Flasska postea à Cuttnensibus interfectus, ex stirpe fratrum Arnesti I. Archiepiscopi Pragensis quæ stirps jam hoc tempore erat Baronalis, à Carolo IV. in Arnesti gratiam inter Barones, ut suspicor adlecta; cùm Arnestus ipse de Pardubicz militis (id est, Equitis tantùm) filius fuisse legatur, ùt in ejus vita probavimus. Stara Castrum, in alijs vetustis monumentis Scara semper appellatur, nisì error amanuensis in hos Erectionum Libros irrepserit. *

O. 6. In Sedlczan duo Capellani.

*Crux Plebanus Ecclesiæ Parochialis in Sedlczano instituit Capellaniam, ut alatur secundus Capellanus ibidem. addunt annuas duas sexag. & 12. gross. Petrus, & Joannes de Rozmberg. 1383. & confirmat Joannes Præpositus Monasterij Zderasiensis in Praga, & Mathias de Strompnik Decretorum Doctor Vicarij D. Joannis Archiepiscopi. 1383. 3. Octob.*

P. 6. Reginohradecium. *Erectio Altaris SS. Dorotheæ, & Magdalenæ, & S. Christophori in Ecclesia S. Spiritûs in Grecz à Procopio Plebano ibidem, qui post suam mortem Reginæ Sophiæ Wenceslai conjugi Jus Patronatûs cedit, quæ Sophia etiam auxit fundationem Altaris 2. sexag. & 12. grossis. omnia acta 1402. in Januario, Martio, & tandem approbat. 13. Augusti.*

Q. 6. Tein Pragæ. Erectio Altaris S. Bartholomæi, S. Stanislai, SS. Felicis & Adaucti MM. in Ecclesia Parochiali ante lætam Curiam à Cive Prag. 1402. 5. Aprilis. confirmat Jaroslaus de Poressin Decretorum Doctor Canonicus Ecclesiæ Prag.

R. 6. Broda. Erectio Altaris S. Barbaræ in Broda Bohemica Parochiali Ecclesia à Cive ejus loci, confirmat Jaroslaus. 1402. 20. Aprilis.

S. 6. Fundatio Prædicatoris in Ecclesf. Prag. Caplirz. Erectio secundi Prædicatoris Bohemici in Ecclesia Metropolit. Pragensi à Nobili D. Catharina vidua relicta Nob. Domini Conradi dicti Kapplerz de Sulevvicz ex censibus, quos illa habet apud Nobiles Dominos Joannem de Zrucz, & Nicolaum Kolovvrat de Zbraslavvicz. nominat primum Beneffium de Ostromierz, qui tenebitur diebus Dominicis, & festis post prandium in Ecclesia Pragensi concionari. In Adventu verò, & Quadragesima ter ijs diebus, quibus prior Prædicator (quem eadem Catharina instituerat) non concionatur. Patrona illa erit, dum vivet, post ejus mortem Vicarius Archiepiscopi, confirmat Wolframus consentiente Bohuslao Decano, &c. 1402. 17. Aprilis.

* Jam antè (quod dignissimum est notatu) eadem Catharina fecit fundationem pro Prædicatore Bohemico in Ecclesia Pragensi, ùt dixi hoc eodem libro. Vide suprà M. 4. *

T. 6. Habelsvver: *Erectio Altaris Corporis Christi in Ecclesia Parochiali in Havvelsvverd à Cive quodam. Jaroslaus confirmat. 1402. 24. Aprilis.*

U. 6. Habelivverd *Erectio Altaris S. Ioannis Evangelistæ in Ecclesia Parochiali in Habelsvverd à Iacobo Cive in Glacz. confirmat Iaroslaus de Porzessin. 1403. 28 Aprilis.*

X. 6. Plana. *Permutatio quorundam agrorum Ecclesiæ Parochialis in Plana, petente famoso, & valido Viro Ioanne Chabrovicz Burgravio in Cheinovv. Jaroslaus. 1402.*

A. 7. S. Nicolaus in p. parte. *Erectio Altaris S. Catharinæ Virginis in Ecclesia Parochiali S. Nicolai Minoris Civit. Prag. à quadam Cive Vidua Catharina. censum habuit apud Nobiles, & Religiosos Viros Dominos Henricum de Novadomo Priorem Generalem Ordinis S. Ioannis Hierosolym. per Bohemiam, Moraviam, &c. Iacobum Priorem, & Conventum Monasterij in Strakonicz.* de Novadomo Gen: Melitensium. *Wenceslai Cæsaris confirmantis literæ datæ in Grecz. 1302. XI. Ianuarij. & confirmat Henricus de Novadomo Prior Generalis domorum per Bohemiam, Poloniam, Moraviam, Austriam, Styriam, & Carinthiam. Datum Strakonicz 1402. 1. Maij. Iarossij Canonici Prag. approbatio. 1402. ultimâ Maij.*

* Quem titulum gesserint Grandes Priores Bohemiæ, ex hoc loco curiosus antiquitatis lector agnoscat: extendebatur enim ejus Jurisdictio non modò in Bohemiam, sed etiam in Poloniam, Moraviam, Austriam, Styriam, & Carinthiam. *

B. 7. de Slatina: Erectio Altaris SS. Petri Apostoli, S. Nicolai Confess. & S. Dorotheæ Virginis in Ecclesia Parochiali in Slatina à famoso Viro Nicolao de Slatina, residente in Petrovvicz. Jaroslaus confirmat. 1402. 8. Junij.

D. 7. S. Petri Porzicz. Erectio Altaris S. Stephani Protomartyris in Ecclesia S. Petri in Porzicz à Pavvlicone Molitore confirmat Iaroslaus de Porziessin Decretorum Doctor Canonicus Ecclesiæ Pragensis Administrator in Spiritualibus Archiepiscopatûs Pragens. Sede vacante. 1402. 14. Maij.

Wolframus Archiepisc. Prag. moritur. * Notandum est: hoc Anno 1402. 1. Maij per mortem Wolframi Archiepiscopi sedem Pragensem vacâsse; ità enim lego ex libro M.S. (qui titulum habet: Manuale rerum ab A. 1401. usque ad 1404. sub num: XIV.) in Archivo Metropolit. Capi-

Capituli Pragensis. An. D. 1402. die primâ mensis Maij. D. Wolframus Archiep. Pragensis diem suum clausit extremum. Electus deinde est Canonicè à Capitulo Metropolitanæ Ecclesiæ Pragensis in Archiepiscopum Nicolaus Puchnik Licentiatus, in Decretis Pragensis, Wissehradensis, & Olomucensis Ecclesiarum Canonicus præcedentis Archiepiscopi Wolframi, imò & ante eum Joannis Archiepiscopi Vicarius in spiritualibus generalis, qui tamen brevì mortuus, confirmationem Româ non accepit; ac fortasse ideo à pluribus scriptoribus in Catalogo Archiepiscoporum omittitur: brevì mortuum, idem, quem superiùs citavi, liber M. S. ostendit his verbis: *A. D. 1402. die XIX. Septembris Magister Nicolaus Puchnik, Electus Archiepiscopus Pragensis obijt. orate pro eo.* Rursus igitur sede vacante Administratores Pragensis Archiepiscopatûs leguntur: Magister Jaroslaus de Boressin, & à 27. Octob. Joannes Kbel, tum Ogerius Corrector Cleri, & Administrator; deinde Magister Adamus de Nezeticz, usque ad 13. Augusti, anni sequentis. Hæc dum gererentur, electus tandem est in Archiepiscopum Sbynko Hazmburg; unde in eodem libro ad An. 1403. die 4. Octobris legimus: constitutus personaliter coram honorabili viro M. Adamo Decretorum Doctore Vicario in Spiritualibus Reverendissimi in Christo Patris, & Domini Sbinkonis Electi, & Provisi Eccles. Prag. generali, &c. Paulò pòst Anno eodem 1402. 5. Novembris, sinè omni addito, Sbinko S. Pragensis Ecclesiæ Archiepiscopus, Apostolicæ Sedis Legatus appellatur. quæ omnia de Archiepiscopis adjicere hoc loco volui, ut constet, sub quibus Præsulibus, quæ hîc ex Libris Erectionum exscribimus, fuerint consignata. *

Nicolaus Puchnik eligitur.

Chronolog: duorum Archiep: Prag.

Erectio Altaris S. Agnetis in Ecclesia Parochiali S. Spiritûs in Grecz à Presbytero Wenceslao Teicher de Grecz Reginæ, confirmat Sophia DEI Gratiâ Regina Bohemiæ, & Jarossius. 1409. die SS. Primi, & Feliciani. Sede vacante. — E. 7. Reginohradecium.

* Cur Regina Sophia hanc Fundationem confirmet, nulla alia caussa est: quàm quòd Reginohradecium Civitas dotalis esset Reginæ Bohemorum, ac proinde ejus esset, utpote loci Dominæ, suum præbere consensum. * — Sophia Imp.

Erectio Altaris B. M. Virginis in Ecclesia Parochiali in majori Slatina (prope Giczinium) à D. Petro Plebano ibidem. 1402. — F. 7. Slatina.

*Erectio Altaris S. Hieronymi in Parochiali Ecclesia Nymburgensi ab Joanne, olim Plebano ibidem. Jaroslaus de Porzessin confirmat, Sede vacante, 1402. 14. Maij.* — G. 7. Nymburgû.

Erectio Altaris S. Dorotheæ Virg. in Ecclesia Paroch. in Przibislavia à Nobili Domino Smilone de Ronovv, alias de Lethovvicz. recitantur literæ in quibus fatetur, suum dilectissimum fratrem jam dispofuisse, dum viveret hoc Altare (Jodocus nominabatur, cujus uxor erat Elisabeth de Sſvvamberg,) pro quorum animabus hoc Altare instituit, & fundat. Sudscripti Nobilis Joannes de Lemberg, & famosi clientes Georgius de Geczlovv, aliàs de Horek & Petrus dictus Olovvnik de Dvvorenstein, & Konatha de Studenecz. confirmat Ogerius Rector Altaris S. Dorotheæ in Ecclesia Prag. Corrector Cleri Diœces. Prag. Administrator Sede vacante. 1403. 9. Februarij. — H. 7. Przibislavia de Ronov.

* Diligenter notanda est partialis Genealogia Procerum de Ronovv, ex eo capite maximè, quòd nisì ex sacris, vix aliquid de Ronovijs aliunde habeatur. *

Erectio Altaris S. Catharinæ in Nova Ecclesia Corporis Christi, & S. Barbaræ prope Cuttnam à Cive. Confirmat Joannes Kbel Decretorum Doctor, Pragen. & Olomuc. Eccles. Canonicus, Curiæ Archiep. Prag. Officialis, & Administrator in spiritualibus Archiepiscopatûs Pragensis, Sede vacante, per Capitulum S. Pragensis Ecclesiæ deputatus. 1403. 19. Februari.. — I. 7. S. Barbara Cuttnæ.

* Constat ex antiquissima Ecclesiæ Pragensis consuetudine: Sede vacante per Capitulum S. Ecclesiæ Administratores Archiepiscopatûs nominatos fuisse, ut vel ex hoc — Capitulum Sede vacãte eligit Administ: & reditus percipit.

ex hoc etiam loco evidenter potest agnosci; item (quod etiam in alijs Collegiatis E
clesijs receptum est) redditus Archiepiscopales eâdem Sede vacante inter Canon
cos dividi solitos. *

L. 7. Wessels.

Donatio 7. Sexag. gross. pro Ecclesia Parochiali in Oppido Wessels ab Opp
danis jam pridem An. 1383. facta. Jam confirmatur ab Joanne Kbel 1403.
Martij.

N. 7. Nachod.

Erectio novi Altaris B. V. in Ecclesia Parochiali S. Laurentij in Nachod. à D
Theodrico de Janovvicz, aliàs de Nachod. Ja Dietrzich z Janowicz odginu
z Nachoda / Diedicz / prawy / z Lozie Nachodskeho wyznawam / 2c. Subscr
pti: a Ja Jenecz z Janowicz sedienim na Petrburcze / Bratr wlastnj / a Spo
lecznik swrchu psaneho Pana Dietrzicha. a Ja Jan z Janowicz sedienim n
Chlumcy synowecz / a Spolecznik swrchupsaneho P. Dietrzicha. Peczet na
sw / 2c. 1402. in vigilia S. Andreæ. confirmatum à Joanne Kbel. 1409. 9. Martij.

de Janovv: fuêre Nachodij.

* Evidentissimè ex hoc loco probatur: Barones de Janovvicz in Petrsburg (ù
antè innui) fuisse ortos ex stirpe de Nachod. *

O. 7. S. Barbaræ Cuttnæ.

Erectio Alraris S. Thomæ Apostoli, & S. Georgij, & S. Eligij Confessoris i
nova Ecclesia Corporis Christi, & S. Barbaræ propè montes Cuttnis, à Civibus. &
instituitur primus Capellanus Venerab. Dominus Joannes, dictus Englisch Pre
byter. Joannes Kbel confirmat. 1403. 15. Martij.

R. 7. Biethar.

Erectio Altaris Omnium Sanctorum in Ecclesia Parochiali S. Adalberti i
Biethar ab honorabili Viro Domino Dislao de Cholnicz Presbytero, ac fratre e
jus germano Wenceslao armigero ibidem de Cholnicz. Confirmat Ogerius Ad
ministrator, sede vacante. 1403. ultimâ Aprilis.

S. 7. Litomericz. Doxanum.

*Permutatio decimarum Paröch. Eccles. S. Laurentij in Litomerzicz prope villam Ko
pyssicz, Venerab. & Religiosi. viri D. Gymbrami Præpositi, ac Priorissæ, & Conventû
Monasterij Sanctimonialium in Doxano Ord. Præmonstr. nominatur hîc Nicolaus Decanu
Ecclesiæ S. Stephani Litomericensis. Ogerius Sede vacante.*

T. 7. Reginohradecium.

*Permutatio Curiæ araturæ Ecclesiæ Parochialis S. Spiritûs in Grecz Reginæ; permit
tente Ogerio Administratore Archiepiscopatûs sede vacante. 1403. 6. Junij.*

U. 7. Reginohr.

*Expositio molæ pro Ecclesia S. Spiritûs in Grecz in Jus Emphiteuticum. 1403. 6. Ju
nij. Commissarij fuêre: Nicolaus Decanus Gradicensis in Problicz, & Joannes Kruth S
Martini in præurbio prædictæ Civitatis Gradicensis Ecclesiarum plebani.*

Neiroda.

*Erectio Altaris SS. Corporis Christi, SS. Ursulæ, XI. millium Virginum, in Eccle-
sia Parochiali in Nevvenrod. à Civibus. 1403. 9. Junij.*

A. 8. Lyczna.

Erectio Altaris S. Catharinæ in Ecclesia Parochiali in Lyczna. à famoso Viro
Nicolao de Hodeczin Armigero Pragens. Diœces. Supplicat Nicolaus Reveren-
dissimo D.D. Nicolao Archiepiscopo Pragensi, ut approbet. Subscripti Validi viri
Kunsso de Radossovvicz, dictus Sypp, & Bohovvaldus de Liczna. 1402. 8. Junij.

* Nicolaus de Hodeczin supplicat Nicolao Puchnik Archiepiscopo Pragensi, Ele-
cto scilicet tantùm, non verò confirmato, & inuncto (ùt ex superioribus patet)
unde Ogerius nihilominus in hisce literis adjicit Sedem vacare. *

B. 7. Altare Dñi quò vadis? Wissehradû.

Erectio Altaris dicti: Domine quò vadis? siti in Ecclesia S. Petri Wissehraden-
si à Cive Petro de Piska. dicta est Capellania ad S. Petrum: Domine, quò vadis;
fundatur 1399. ultimâ Aprilis. ab Ogerio confirmata. 1403. 6. Aprilis.

* Altare: Domine, quò vadis? titulum hunc accepit ex historia, seu visione,
quam S. Petrus habuisse dicitur Christi (sibi fugienti) occurrentis, qui cùm dice-
ret, se iterum Romæ crucifigendum, vehementer S. Petrum ad Crucis supplicium
ferendum animârit; ideóque Romam reversus dicitur Petrus. *

Erectio

C. 8. Cuttna.

Erectio Altaris SS. Petri, & Pauli Apostolorum in Ecclesia superiori in Montibus Cuttnis à Cive. Confirmat Adam de Nezeticz Decretorum Doctor, Archidiaconus Zacensis in Eccles. Prag. Administrator Archiepiscopatûs Sede vacante. 1403. 7. Augusti.

Glatovia.

Erectio Altaris S. Andreæ, & cæterorum Apostolorum in Ecclesia Parochiali B. M. in Glatovia à duabus Matronis. Adamus de Nezeticz confirmat. 1404. 20. Augusti.

F. 8. Nachod. Berka.

*Erectio Altaris S. Nicolai in Ecclesia Paroch. in Nachod pro anima Nobilis Domini Benessij dicti Sylny de Duba, & progenitorum ejus ab hæredibus & testamentarijs ejus Nobili Viro D. Theodrico de Nachod, & famoso Zavissio de Bielczicz. in bonis, super quæ idem Benessius censum habuit apud Nobilem D. Benessium de Risemburg, aliàs de Krczin. Confirmat Adamus de Nezeticz. 1403. 4. Septembris.*

de Krczin & Rysenburg.

* Etiam hinc apparet: Dominos de Nachod, & illum Sylny de Duba, ad Berkarum stirpem pertinuisse; at verò Benessius de Risemburg, seu de Krczin ex ea familia fuit, quæ rastrum hortense (ùt sæpe monui) ferebat in clypeo. *

H. 8. Pravvnovv.

Septem Sexagenæ comparatæ pro Ecclesia in Pravvnovv ab Joanne Plebano ibidem. 1403. 20. Septemb.

I. 8. de Panvvicz. Homole seu Landfrid.

*Erectio Altaris S. Catharinæ in Ecclesia Parochiali in Rinharcz, aliàs in Dussnik. erexit illud primùm pro Bohemis Nobilis miles Tyczko de Panevicz. ejus filij Tyczko, Tamon, Wolframus, Otto, & Nicolaus Confirmarunt. Anno. 1366. 1. Martij. tandem rursus renovavit Dominus in Nachod, & in Landfrid, seu Homole (quò spectat Dussnikum) Theodricus de Nachod, aliàs dictus de Janovvicz.*

* Alij hodie sunt, alij quondam fuerunt Bohemiæ termini, insidiantibus quibusdam vicinis, ut in Bohemiam longiùs fines suos promovere possent. Satìs istud à nobis probatum est l. 3. Miscellaneorum, cùm de finibus Veteris Bohemiæ ageremus, & ex hoc loco conjicimus apertè Dussnik, seu hodie Reinercz (quæ nunc urbecula in Comitatu Glacensi censetur) & ipsum Castrum Homole (seu Hummel, olim dictum Landfrid) in Bohemiam spectâsse. Porrò in Reinecz Fundatio, de qua diximus, pro Bohemico Sacerdote à Dominis de Panevvicz fuit facta, ùt postea suo loco patebit apertiùs. *

L. 8. Biela.

Erectio Capellaniæ Corporis Christi, & B. Georgij Martyris in Ecclesia Parochiali in Biela à famoso Viro Marssone Armigero de Wissiehorzevicz & fratre ejus germano Joanne, pro remedio animarum suarum, & Marssonis Patris, Margarethæ Matris, Georgij, & Franconis fratrum, Anesscæ Sororis, & aliorum prædecessorum, confirmat Adamus. 1403. 2. Octobris.

N. 8. Cuttnæ Privilegium.

Bulla Bonifacij IX. quâ eximit Cives, & Incolas Montis Cuttnis, nè ab Apostolica Sede Legatis, delegatis, &c. Cives trahi ad judicium possint, nisi in Bullis Papæ expressè Cuttnensium fiat mentio, sed solis ordinarijs suis sint subjecti. Romæ 13. Calend. Martij. Pontificatûs Anno 12. recitat hasce literas Adamus de Nezeticz Decretorum Doctor Archidiaconus Gradicensis in Ecclesia Pragensi, Vicarius Reverendissimi in Christo Patris & D. D. Sbinkonis de Hazenburg Electi, & Provisi Ecclesiæ Pragens.

Opatovvicz Pragæ.

* Confirmantur omnia, quæ nuper diximus examinando Chronologiam Archiepiscoporum Pragensium. *

O. 8. Skupecz.

*Erectio Altaris S. Marthæ in Ecclesia S. Michaëlis in Opatovvicz in nova Civit. Prag. à Petro olim Plebano illius loci. Puchnik confirmat petente Sdislao dicto Canis Canonico Præbendato Ecclesiæ Pragensis sub Wolframo 1402. 17. Februarij.*

*Erectio Altaris Corporis Christi in Ecclesia Parochiali S. Stephani in Skupecz prope Oppidum Cladrub à famosis clientibus Hnievvcone de Gyvvgian, Petro, & Hyncone de Za-*

*lezl. Datum in Tynhorssovv* 1403. *die S. Briccij. confirmat Adam* 1403. 20. *Novembris.*

* Equites, qui hoc loco nominantur, credo fuisse eos, qui hodie Zakavecij appellantur: constat enim (ùt in Stemmatographia probabitur) Gyvvgian plurimis sæculis ad Zakavecios pertinuisse. *

P. 8. Kyg. *Literæ Sbinkonis Dei Gratiâ S. Pragens. Ecclesiæ Archiepiscopi super bonis mensæ suæ Kyg, quas Ottik, & Pater ejus Jeśko de Kyg possidet.* 1403. 7. *Novembris.*

Przibram. Permutatio Piscinæ Ecclesiæ Parochialis in Przibram pro una sexagena grossorum censûs in hominibus in Trzepsko. Adam. 1400. 14. Decembris. mentio hîc fit Jeśkonis clientis de Rziczan residentis in Wyssoka, & Nobilis D. Zdenkonis de Rozmital.

Q. 8. Kladrub. Erectio Capellaniæ in Ecclesia filiali S. Jacobi in Kladrub à D. Petro Plebano Ecclesiæ Parochialis in Komarovv cum consensu Werheri, divinâ Providentiâ Abbatis Monast. Cladrubiensis, Ordinis S. Benedicti, Domini Oppidi Cladrub. approbat Adam. 1404. 3. Martij.

*Erectio Altaris B. M. in Ecclesia Parochiali in Wunsselburg jam antè fundati à Civibus An.* 1372. *confirmat Adam.* 1404. x. *Aprilis.*

S. 8. Winsselburg. T. 8. Hostaun. *Erectio Capellaniæ B. M. Virginis in Ecclesia Parochiali in Hostuna à Nobili Viro Raczkone de Hostuna, & Paulo Presbytero ibidem de Hostuna.* 1404. 14. *Martij.*

* Sciri certò non potest, quænam stirps Procerum Raczkonem hunc protulerit, qui Nobilis Vir, id est, ex perpetua consvetudine Erectionum, & stylo hujus Libri Baro fuisse dicitur; probabile est Sſvvihoviâ stirpe editum, quorum plurimi fuêre Raczkones, atque circa hæc ipsa tempora Abbas Raczko Teplensis, ùt suo loco dicetur. *

U. 8. Schönfeld. *Erectio Altaris S. Catharinæ in Ecclesia filiali in villa Schönfeld ab Anna relicta quondam Nobilis Viri Domini Borssonis de Rysemburg Domini in Beczovv, pro mariti Sancta Requie, ùt ait.* 1404. 29. *Aprilis.*

de Risemb. * Borsso de Rysmburg, ùt jam sæpe monui Comes Ossecanæ stirpis; & patet ex Beczoviensis Castri Capellania, de qua suprà. *

X. 8. Kidlin. Equites Donat. Erectio Altaris B. M. Virginis in Ecclesia Parochiali S. Wenceslai in Kidlin ad sinistram partem, versûs septentrionem prope chorum à Leva de Kidlin, & Benessio ibidem, aliàs de Hosticz germanis fratribus, Andrea dicto Donat de Kydlin, & Benessio cum Conrado fratribus de Makovv. 1404. Datum Glatoviæ, confirmat Adam. 1404. 14. Maij.

A. 9. S. Stephan. N. Pragæ. Litera super 4. sexag. censûs Altaris Corporis Christi in Ecclesia S. Stephani in Rybniczku in nova Civit. Pragens. à Civibus. Anoo 1376. die S. Barbaræ confirmatum 1404. 14. Junij.

B. 9. Havvelsvv: Erectio Altaris SS. Patronorum Regni Bohem. in Eccles. Parochiali in Hawelswerd, 1404. 14. Junij.

C. 9. Sbinko Archiepiscopus petentibus Præposito, & Conventu Monasterij S. MARIÆ Canonicorum Regulatium in Jermir concedit licentiam, ut ab Ecclesia B. V. & loco vetere Monasterij, quod erat in suburbio in loco humido, & periculis exposito, cùm alioquin Ecclesiam S. Nicolai Parochialem Monasterio unitam, & in sua cura habeant, & toties nocte ad urbem, & ex urbe cum scandalo Externorum vagari debeant, possint se omnes transferre, & Monasterium ædificare ad Ecclesiam S. Nicolai, ut tamen quotidie uua Missa in Ecclesia B. Virginis habeatur. 1404. 5. Maij.

Jaromirense Cœnobium. transfertur.

* Notabile est de Cœnobio Jaromirensi Canonicorum Regularium S. Augustini, quo loco primitus ab Arnesto I. fundatum fuerit, & quò postea sit translatum. *

Transla-

*Translatio agrorum, & Curiarum in Dubravvicz, & in Trzebessovv Monasterij in Jaromir in Jus Emphiteuticum. consentit Adam de Nezeticz. 1404. Iunij.* D. 9. Cœn. Jaromirzense.

*Donatur area quædam Altaristæ B. Virginis in Ecclesia Parochiali in Kidlin. ab ijsdem ut suprà X. 8. A. 1404. & confirmatur eodem Anno 26. Iunij.* Kidlin.

*Erectio Altaris S. Michaëlis Archang. in Nova Capella Corporis Christi & S. Barbaræ in Montibus Cuttnis à Civibus. 1404. ultimâ Iunij.* E. 9. S. Barbara Cuttnæ.

*Erectio Altaris SS. Apostolorum Petri, & Pauli in Ecclesia Parochiali in Havvelsvverd Prag. Diœces. à Conrado de Nymancz Domino, & hærede in Carpenstein. 1404. 9. Iulij.* F. 9. Habelsvv:

*Erectio Altaris Sanctorum Alexij, & Brigittæ in Eccl. S. MARIÆ ante Lætam Curiam Pragæ ab Henrico Falkenavv Presbytero Prag. Diœces. 1404. Augusti.* G. 9. Tein Pragæ.

*Donatio unius sexag. cum 4. grossis pro Ecclesia Parochiali in Medvviedicz (Nedvvedicz fortè) à famoso Viro Iankone de Wchinicz, pro anniversarijs in futurum, &c. 1404. 21. Augusti.* H. 9. Nedvvied: Chinsky.

* Chinskiorum illustris familia multis beneficijs prosecuta est Ecclesias in Bohemia; porrò veteres memoriæ semper Wchinsky, & de Wchinicz scribebant; hodie, ut facilior esset Exteris pronunciatio, Chinsky. vel Khinsky scriptum sæpe lego. *

*Erectio Capellaniæ majoris Altaris in Ecclesia S. Leonardi major. Civit. Prag. à Civibus. 1404. 6. Augusti.* I. 9. S. Leonard: Pragæ.

Erectio Altaris S. Nicolai, S. Jacobi Apostoli, & S. Procopij, & S. Victorini, & S. Catharinæ in Nova Capella prope Ecclesiam Parochialem in nova Colonia. à Civibus. 1404. 10. Septemb. præsentibus Conrado Prædicatore Teutonicorum, & Zdenkone prædicatore Boëmorum. K. 9. Colinum.

* Nova Colonia Civitas, cùm vetere loco deserto Novam Civitati aream designâssent Cives, ut crescere posset, Germanos Incolas adscivit (ùt etiam Nymburgi, alibique tactum scio) sed postea novi Incolæ in Bohemos transierunt, præsertim cùm Ziska post annos abhinc sexdecim Religioni bellum intulisset. *

*Erectio Altaris SS. Trinitatis, & B. M. Virg. in Ecclesia Boleslaviensi SS. Cosmæ, & Damiani Collegiata à Iarossio de Ryssemburg residente in Oppoczen armigero Prag. Diœces. 1404. 8. Octobr.* N. 9. V. Boleslav. Rassin.

* Nemo hoc loco nomine de Ryssemburg decipiatur: fundator hujus Altaris Equestri genere ex ea stirpe ortus erat, quæ postea in plures ramos divisa est: Liczek de Rissemburg, Gestrzibsky de Rissmburg, Rassin de Rissmburg; Liczkones nostrâ memoriâ perierunt, Rassinij & Gestrzibsky hodiéque perseverant, atque ut quàm diutissimè perseverent, animitus exopto! Idem est de Illustri familia de Janovvicz Equitum, qui ab eadem origine cum Klenovijs descendunt; ex ijs aliqui Equitum statu contenti vivunt, alij ad Comitum dignitatem ascendêre; at alij fuêre de Janovvicz Barones, quorum aliqui Romulum, & Remum à Lupæ uberibus pendentes; alij quia de Nachodiana stirpe processerunt, ac potiùs ipsimet Nachodienses, seu de Nachod dicebantur, Leonem coronatum gestaverunt in clypeo. * Licek de Rysmburg.

*Erectio Altaris B. M. Virginis in Ecclesia Paroch. S. Ioannis Baptistæ in Ianovvicz à D. Wilhelmo, & fratribus ipsius de Ianovvicz armigerorum A. 1404. confirmatum eodem Anno 11. Octobris.* O. 9. de Janovv.

*Donatio Prati Ecclesiæ in Wladislavicz à Diepoldo, & Ioanne, & Brzenkone fratribus germanis de Hodkovv dictis de Chvvoyna, & Petro de Pohnanie. 1386. confirmatum 1404. 2. Octobr.* P. 9. Wladislavv.

* De Hodkovv Bohdaneczkiorum familia in Bohemia appellabatur. de Pohnani qui tres rosas gestant in Clypeo, sunt in Moravia, olim maximis Bohemiæ familijs implexi. * de Hodkov: de Pohnani.

Q. 9. Novadom: de Hodicz. Erectio Altaris S. Dorotheæ in Ecclesia Parochiali in Novadomo ab Joanne Juniore de Novadomo. 1404. feriâ 6. in Octav. Assumtionis B. M. Virginis. subscripti: famosi Joannes de Hodicz, Andreas Zasmuk de Wlczetin, Bohunko de Marssovv. confirmat Adamus de Nezeticz. 1404. 14. Novemb.

* Hodicziorum, seu de Hodicz familia, nescio quo fato paucas in antiquitate habet memorias, licèt origine sit vetustissima, & in vetere Bohemia celebratissima. Patrum memoriâ, ob generosissima militiæ facinora ascendit ad summum, atque in Silesia nobilissimas inter censetur in Oppaviensi, & Carnoviensi Ducatu. *

R. 9. Dlauhovvesky. Erectio Altaris S. Catharinæ Virginis in Ecclesia Parochiali in Longa villa, à Witmaro de Longa villa. Subscripti: Ioannes Armiger de Longa villa. 1404.

*Iidem qui de Longavilla Bohemis Dlauhovveskij dicuntur; ab eadem origine proveniunt Chanovvsky, Czastolarij, ùt jam antè dixi, de quibus in Stemmatographia latiùs. *

S. 9. de Kolovv: Erectio Altaris SS. Apostolorum in Ecclesia Parochiali in Zbraslavvicz. Nos Nicolaus Kolovvrat de Zbraslavvicz aliàs de Zrucz, & Nicolaus filius ipsius ibidem &c. 1404. 28. Novembris.

T. 9. de Kolovv: Erectio Altaris SS. Felicis, & Adaucti in Ecclesia Parochiali in Zbraslavviez à D. Nicolao dicto Kolovvrat de Zbraslavvicz, aliàs de Zrucz. 1404. 9. Novembr. confirmat Adamus. 1404. 28. Novembr.

U. 9. Luczin. Erectio Capellaniæ, seu Altaris S. Catharinæ in Cœmiterio Ecclesiæ Parochialis in Luczin. à Steymerio de Trubecz residente in Przichovvicz, Wilhelmi ibidem de Trubecz, ac Martini de Rochcze similiter de Trubecz in Quiczovicz residentis, fratrum germanorum. 1404. 28. Novembris. confirm. eodem Anno 5. Decembris.

A. 10. Libczicz. *Erectio Altaris B. M. Virginis in* Ecclesia Parochiali in Libczicz (*Wenceslai Cæsaris literæ, & consensus Mendici* 1405. 2. *Ianuarij, per* D. Joannem Crussina Magistrum Curiæ) à D. Mathia de Ugezd *prope Tuchorzicz in Districtu Prag. cum consensu fratrum suorum Ottikonis, & Ioannis de Tuchorzicz, nec non de voluntate famosi Viri Henslini* Schadernicht *residentis in Liczkovv. Datum in Ugezd An.* 1405. 19. *Ianuarij. confirmat Adam* 1405. *penult. Ianuarij.*

Ugezd. * Propter complures, ac varias Equitum stirpes, quæ de Ugezd olim titulum ferebant, certò dici non potest ad quos de Ugezd hæc fundatio pertineat. *

C. 10. Wrbno. *Compromissum cum pronunciatione, & ratificatione inter D. Ioannem* Abbatem Monasterij Strahoviensis, *& Iacobum Plebanum in Wrbna, arbiter fuit Venerab. Magister* Jacobus Zyhobecz *Decretorum Doctor.* 1404. 23. *Septembris. præsentibus* Joanne Kbel *Decretorum Doctore Canonico Eccles. Prag. Dimetero dicto Dimitir, & Ottikone*

de Sstiedra. *dicto Tysta de Sczedra, Ioanne dicto Sspalda de* Trnovva, *Georgio de* Hradczano *armigeris. confirmat hæc Sbinko Archiepiscopus* 1405. 16. *Martij.*

* De *Trnovva*, iidem qui de Petrovvicz. *

* De Sczedra stirps vetustorum Equitum pridem, ùt reor, interijt: in M. S. Codice Aulæ Carolinæ inter Aulicos *Caroli IV.* eorum Insignia depicta visuntur. *

F. 10. Rakovvnik. Erectio Altaris *S. Crucis*, & SS. decem millium MM. in Ecclesia Parochiali in *Rakovvnik.* à Civibus. 1405. penult. Februarij.

G. 10. Cuttnæ S. Barbaræ. Translatio censûs x. Sexag. Capellaniæ Corporis Christi, & *S. Barbaræ* in Montibus Cuttnis. 1405. ultimâ Martij.

H. 10. Cœn. Portæ Apostolor: *Monasterium Portæ Apostolorum.* Joannes Abbas, Georgius Prior, Petrus Subprior, &c. fatentur se accepisse à strenuo Viro D. Wilhelmo de *Zelcz*, & Elisabeth ipsius conthorali 40. sexag. grossorum ad tempora suæ vitæ duntaxat. 1405. feriâ 6. ante Dominic. Ramis palmarum.

Equites de Zelcz. * Magnâ liberalitate clarissimos Equites de *Zelcz* Monasterium Portæ Apostolorum

lorum proſecutos ex his literis apparet, donando Fratribus ſummam 40. ſexag. (quâ ſummâ eo tempore quatuor, aut 5. fratres omnino ali poterant) & quamvìs *Donatores*, dum viverent, ex ea ſumma cenſum perciperent, mortuis tamen illis nihil ampliùs ex ea ſuma debebat Cœnobium, totáque illa pecunia, Cœnobio remanebat. * I. 10.

*Pro Campanatore in Tyn Horſſovienſi* tenendo Fundatio à Ven. Viro Magiſtro Petro de Wſlerub Archidiacono Horſſovienſi in Eccleſ. Pragenſi nominatur Jacobus campanator ad *Eccleſiam S. Apollinaris & S. Petri* ibidem in Tinhorſſovv in *Oppido noſtro, ait Sbinko.* An. 1305. 22. Martij. TinaHorſſoviensis.

Translatio cenſuum in Eccleſia *S. Caſtuli* ad alium locum. Sbinko Archiepiſcopus approbat. 1405. 18. Martij. S. Caſtulus Pragæ.

# ERECTIONUM VOLUMEN SEPTIMUM.

DEclaratio, quod quædam *Taberna* pertineat ad Eccleſ. Paroch. in *Lidmaus* (ad Peldrzimovium) præſente famoſo Armigero, dicto Sobien de *Geniſſovvicz* pro tunc Burgravio in *Rzeczicz* bonorum Archiepiſcopatûs Prag. An. 1402. 12. Martij. hæc inſcripta An. 1405. 8. Martij. A. 1. Lidmaus. Rzecicium Archiep.

Erectio Altaris S. M. Magdalenæ in Eccleſia Parochiali in *Woyſlavvicz* à duobus Plebanis. Sbinko confirmat. A. 3. Woyslavvi.

Erectio Altaris, ſeu Capellaniæ in honorem S. MARIÆ Virginis, S. MARIÆ Ægyptiacæ, & S. Antonij Confeſſoris in *Novohoſpitali in Novadomo.* Literæ conſulum, & Juratorum Oppidi *Novadomus* de Hoſpitali ſito in pede Pontis verſùs Capellam S. Wenceſlai, Fundatore principali bon. mem. D. *Hermanno*, per Dominos *Ulricum* ipſius D. Hermanni Succeſſorem, & *Ioannem* Juniorem de Novadomo Barones Bohemiæ 1405. 12. Aprilis. confirmat Adam de Nezeticz. An. 1405. 18. Maij. A. 3. Hoſpitale Novædomi.

Eccleſia Parochialis in *Slavvietin* dotatur x. ſexagenis groſſorum ab honeſtis Matronis Bietka relicta quondam Petrikonis, Catharina, Maruſka Sororibus de Slawietin, de conſenſu Nobilis Dominæ Annæ Genitricis noſtræ [*Sbinkonis Arcchiepiſcopi*] relictæ quondam D. Wilkelmi de *Hazmburg* [Patris Sbinkonis] Dominæ tunc in *Slavvietin.* Cenſus hic ſuper Monaſterium datus eſt, de qua re ſunt literæ Joannis Abbatis, & totius Conventûs Fratrum Monaſterij S. MARIÆ in Porta Apoſtolorum Ord. S. Benedicti; Sbinko hæc omnia confirmat eodem Anno 1405. 18. Martij. A. 4. de Slavvetin Hazmburgici. Cœnob. Porta Apoſtol.

Translatio cenſûs pro Altari S. Barbaræ in Eccleſia S. Spiritûs *in Grecz Reginæ.* 1405. 20. Maij. Adamus de Nezeticz. A. 5. Reginohradecium.

Donatio Eccleſiæ in *Turkovvicz* pro uno Vicario apud eandem Eccleſiam tenendo, à famoſo Viro Joanne Armigero de *Wyſſehnievvicz* pro anima ſua, & parentum, & Marſſonis fratris ſui, & de conſenſu Liczkonis de *Paſieka* armigeri, & ex ordinatione D. Taſſonis Plebani Eccleſiæ in Rozdialovvicz, qui fuit avunculus D. *Liczkonis.* 1406. ultimâ Septemb. A. 6. Turkovvicz

Donatio x. ſexag. pro Eccleſia in *Slavvietin* ab honeſtis Matronis *Bietka* Vidua Petrikonis, Kacze, Maruſſe de *Slavvietin*, ut alatur tertius frater Presbyter ad eandem Eccleſ. obligat ſe ad hoc Joañes Abbas, & totus Conventus Monaſterij S. Mariæ in Porta A. 7. de Slavvetin

Cœn: Portæ. in Porta Apostolorum Ord. S. Benedicti, quia prædicta Ecclesia est membrum Monasterij. 1405. confirmat Adamus 1405. 18. Maij. Et hæc promittit Abbas ad manus D. Ulrici de *Hazmburg*, & D. Annæ in Slavvetin [ hæc fuit Mater Archiepiscopi *Sbinkonis* ] & D. Henrici de Mſſeno, & ipsorum hæredibus.

de Hazmb: * Sbinkonis Archiepiscopi Pragensis Mater *Anna de Slavvetin*, Pater autem *Wilhelmus de Hazmburg* dicebatur; Ulricum ab Hazmburg suspicor fuisse Fratrem Sbinkonis Archiepiscopi, & D. *Henricum de Mſſeno* patruelem Hazmburgicorum, & cognatum. *

A. 8. Czastolovv- Donatio duarum sexag. pro lampade die noctúque arsura ante Corpus Christi in Ecclesia Parochiali in *Czastolovvicz* ab *Anna Principe de Osſvvietin*, & filio ejus Puothone de Czastolovvicz pro animabus Puthonis de Czastolovvicz bon. mem. quondam sui conjugis, & D. Machnæ suæ Matris [ejusdem Annæ] Czaskonis, D. Caczнæ Krussinæ, Wogtiechonis dicti Hrb, Joannis dicti Kostelecz &c. Datum Rychemberg. An. 1405. 3. Junij. confirm. 16. Junij.

Principatus Osvvecimēsis. * Quæ fuerit *Anna de Osſvvetin*, vel potiùs *Osvvieczin Principissa* ex quibusdam fragmentis Genealogiarum licet cognoscere: videlicet, fuisse ex stirpe Piastæa, quod etiam ex Clypeo apud *Paprocium in speculo Moraviæ* liquet: *Osvvecimense* autem territorium, vel Principatus ad Cracoviam situs, olim ad Silesiam pertinebat, ùt ostendit Ortelius. Plures ex Bohemis Proceribus *Osvvecimenses Principes* contingebant Sanguine per fœminas, ut Proceres de *Czastolovvicz, de Risemburg* Comites *Osſecani*,

Trczka. Trczcæ Equites Bohemi opibus inclyti &c. *

A. 10. Budvveis. Erectio Altaris SS. Apostolorum in Ecclesia Parochiali in *Budvveis* à D. Joanne de Crumnaw Presbytero. Jam tandem confirmatum, sed pridem fundatum 1380.

B. 1. Stiepanovv. Erectio Altaris S. Dorotheæ in Ecclesia Parochiali in Sstiepanovv à Cive ibidem Petro Biely. 1405. 22. Februarij.

B. 2. Budvveis. Erectio Altaris SS. Joannis, & Pauli Martyrum in Ecclesia Parochiali in *Budvveis* à Bohunkone Rectore Ecclesiæ ibidem. 1405. 18. Iunij Borsso Archidiaconus Bechinensis in Ecclesia Pragensi & D. Benesſ. Præpositus in Trzebon hîc etiam nominantur.

B. 3. S. Gal. Prag. de Kluczov. Erectio Altaris SS. Apostolorum in Ecclesia S. *Galli* Majoris Civit. Pragens. ab Anna Vidua Cive. 1405. 24. Julij, mentio Nobilis Viri D. Ioannis de *Kluczovv*.

B. 4. S. Ægidius Pragæ. Erectio Altaris S. M. Magdalenæ in Ecclesia Parochiali S. Ægidij major. Civ. Prag. à Cive Henrico linicida, qui etiam obligatur dare ligna pro calefacienda ibid: *Schola rubea*, ùt tum dicebatur. Wenceslaus Cæsar confirmat 1405. primâ Martij. & Divissius Divinâ miseratione Abbas, Joannes Prior &c. totúsque Conventus

Cœnob. Brzevvniovi-ense Exemtum. *Monasterij Brzeunoviensis* Ord. S. Benedicti ad *Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis.* 1404. in Octava S. Ioan. Bapt. quia erat census super bona Monasterij in Trnowa. confirmat Adam. 1405. 17. Augusti.

* Quid per linicidam hoc loco intelligatur, etiamnum dubito. notandum est titulus Cœnobij Brzewniovienſis ex eo scilicet: quod *immediatè subjectum esset Pontifici*, & exemtum ab Ordinario, non minùs, quàm alia quædam Cœnobia, quæ non attinet nominare. *

B. 5. Tein Pragæ. *Dotatio Altaris SS. Petri ad Vincula, & Pauli Conversionis, & S. Wenceslai, in Ecclesia S.* MARIÆ ante lætam Curiam *à Cive maj. Pragæ Theodrico de* Aquisgrano *in ejusdem Capella, consentientibus Nicolao Wrbik de Tyssenicz, & Joanne dicto* Zill de Pakomerzicz *armigeris Prag. Diœces. confirmat Adam* 1405. 26. *Augusti.*

B. 6. Oticz. Erectio Altaris S. Bartholomæi, & S. Margarethæ Virginis in Ecclesia Parochiali in *Oticz* à famosis Viris Joanne Seniore, Raczkone, & Joanne Juniore fratribus uterinis de *Oticz*. 1405. 9. Septemb.

B. 7. Wartemb: Ralsko.

Erectio Altaris Corporis Christi in *Ecclesia Parochiali S. Nicolai in Wartemberg* à Nobili Viro D. Joanne de Ralsko residente in Wartemberg. 1405. 1. Septemb.

* *Ralsko, & Wartemberg* duo Castra munitissima Wartembergicorum non procul à se distantia, quæ alibi descripsi. de *Ralsko* antiquissimus titulus fuit Procerum de Wartemberg. *

B. 8. Eccl. Prag. de Karnovia

Erectio Altaris SS. Erasmi, & Wenceslai MM. & S. Procopij Confessoris in *Ecclesia Pragensi* ab honesto, & circumspecto Viro *Francisco Rokyczaner* Cive Major. Civ: Prag. per 20. Sexag. grossorum. 1405. 12. Aug. Sbinko Archiepiscopus confirmat. Confirmatio ejusdem Altaris à Bohuslao de *Krnovia* Decano Ecclesiæ Pragensi. 26. Aug. testes: Zdenko de *Chrast* Canonicus, Wenceslaus Vicesacrista, &c.

Rokyczaneri fundatores liberalissimi.

* Rokyczanorum istorum in res sacras liberalitas, nunquam satis poterit commendari: ab ijs *Pragæ* plurima Altaria sunt dotata; hos Fundatores habuit *Cœnobium Virgineum ad Misericordias Domini*; item aliud fœminarum *Religiosarum de Pœnitentia* S. M. Magdalenæ ad Launam (ùt in Epitome narravi) aliáque plurima. *

B. 9. Kostelecz Vicarius.

Erectio Capellaniæ perpetuæ in *Ecclesia Parochiali in Kostelecz* à famoso Viro Ottikone de Labun residente in Giczinievves. 1405. 2. Octobr.

B. 10. Buskovv: Vicarius.

Donatio pro *Ecclesia Parochiali in Bußkovvicz* pro perpetuo Vicario tenendo à Nobili Viro D. Petro de *Bußkovvicz* cum consensu Nobilis Domini Drslai *de Krasna hora* residentis in Czrnocz Patrui sui. 1405. 2. Octobris.

C. 1. Reginohradecium.

Translatio Census de *Przedmicz* ad alia bona in Lupenicz pro Altari S. *Ioannis in Grecz Reginæ.* à Civibus. 3. Octob. 1405.

Eccl. Prag. de Radecz. Kaplirz.

Dotatio Altaris S. Crucis, Assumtionis MARIÆ, & Apostolorum Jacobi, Simonis, & Judæ, & aliorum SS. ex opposito, & prope Capellam, & latus *Capellæ S. Sigismundi*, & prope ostium Ecclesiæ ad manum sinistram à Venerab. Viro D. Wenceslao de *Radecz* Decano Ecclesiæ S. Apollinaris, Canónico Ecclesiæ Pragensis Præbendato, & Joanne aliàs Hensslino de *Sulevvicz* Altarista Altaris S. Wenceslai in capite tumbæ S. Wenceslai Executoribus Testamenti Petri dicti *Burda*, quondam Vicarij Canonicalis, & pro ejus anima. Census apud strenuos, & validos Viros DD. Rudigerum, & Erhardum *fratres de Skalka*, & ab eorum hæredibus, cum consensu Bohuslai Decani Decretorum Doctoris, & Capituli Prag. Anniversaria celebrabit dicti Petri *Burda*, Wenceslai de Radecz Decani prædicti, D. Joannis Nazaretensis Episcopi, Joannis Mraz nominatur & Albertus frater D. Wenceslai de *Radecz* famosus Vir. Rogant igitur *Zbinkonem*, ut confirmet, non obstante reformatione D. *Wolframi Archiep. Prag.* prædecessoris sui, quâ cavetur, quòd nullus possit *Altare in Ecclesia Prag.* erigere de novo, nisi solutis 6. sexag. grossorum pro pane, & portionibus. prædictus verò *Decanus de Radecz* Altare illud plurimis Tabulis, Calice, Monstrantiâ, &c. donarijs exornat, quæ ibidem enumerantur. 1404. 2. Octob.

Wrssovecij de Skalka.

* Uterque Executorum *Wenceslaus de Hradecz*, & *Ioannes de Sulevvicz* nobilissimo genere orti fuerunt, ùt jam sæpius memini monuisse. De *Skalka Wrssovecij* per plurima sæcula eandem semper ditionem tenuêre. *

C. 2. Schönfeldt

Dotatio aliqua Ecclesiæ in Schönfeld à Georgio de *Geczlovv*, aliàs de *Horek* pro anima famosi Clientis Petri dicti Olovvnik de *Dvvorßtein*, subscriptus Nobilis D. Czenko de *Ronovv*, aliàs de *Letovvicz*, & nomina famosorum Clientûm Koniatæ, & Gothardi fratrum de *Studenecz*, & Plebani in Przibislavia. 1405. 2. Martij. confirmantur 9. Octob.

Strazovv.

Erectio Altaris S. Catharinæ, & Campanilis in Parochiali Ecclesia S. Georgij in *Strazovv* à famosis Viris Buskone de *Opalka*, Joanne de Krasnecho Dwora / aliàs de Witna, & Ottikone de *Strazovv*. 1405. 22. Septemb. confirmat Adam. 10. Octobris.

de Opalka.

* De *Opalka* Equites, non ità pridem perierunt: ferebant in clypeo gallum album solo colore à *Korzenskijs, & Barchovijs* differentem. *

C. 3. Tiſſinicz.

Donatio Eccleſiæ in Tyſſinicz Plebano facta, ut teneatur alere Vicarium à famoſo Viro Nicolao Wrbik de Tyſſinicz. confirmat Adam 1405. 13. Octob. Teſtes: Venerab: Viri D. Joannes Kbel Decretorum Doctor, Stephanus de *Staukovv* Canonici Eccleſiæ Pragenſis.

C. 4. Clatovia.

Erectio Altaris S. Joannis Baptiſtæ in Eccleſia Parochiali in *Glatovia* à Civibus. præſentatur ad id Altare honorabilis Vir Magiſter Thomas de *Lyſſa*, prædicator Boëmorum Eccleſiæ Parochialis in *Glatovia*. confirmat Adam 1405. 27. Octob.

* Ex hoc loco apparet, olim etiam *Glatoviæ* Civium aliquos Germanicè locutos, & *Germanicum Concionatorum* habuiſſe; ut quid enim illa differentia *Prædicator Bohemorum?* *

C. 5. Veterobudvvicium.

Erectio Altaris B. M. Virginis in Eccleſia S. Joannis Baptiſtæ, & S. Procopij ante *Budvveis* à Cive. 1405. 9. Octob.

C. 6. Trzebievvlicz.

Donatio duarum ſexag. groſſorum pro *Eccleſia Parochiali in Trzebievvlicz* à famoſis Viris Rudigero, & Erhardo fratribus de *Skalka*. 1405. 21. Octob.

Wrſſovecij de Skalka.

* Fratrum iſtorum de *Skalka* qui origine familiæ *Sekerkiani* fuerunt, multæ, & liberales fundationes paſſim leguntur. *

C. 7. Czabelicz:

Elocantur quædam bona *Cuſtodiæ Wiſſehradenſis Eccleſiæ.* Petit honorabilis Vir D. Mathias de Suticz Altariſta Altaris Omnium Sanctorum & Vicarius Eccleſiæ *Wiſſehradenſis* ſuo, ac Margaretæ de Suticz nomine, relictæ bon. mem. Petri ibidem de Suticz Matris ſuæ germanæ. approbat Capitulum: Nos Wenceſlaus de Hor, dictus Dobrman Vice Decanus, Nicolaus de Litomiſsl, Witko de Czernczicz, *totúmque Capitulum Sacroſanctæ Eccleſiæ B. Petri Wiſſehradenſis prope Pragam nullius Diœceſis, Romanæ Eccleſiæ immediatè ſubjecti.* Notum facimus, quòd coram nobis in Capitulo Generali conſtitutus honorab. Vir D. Joannes de *Luczemburg* Cuſtos, & Canonicus dictæ Eccleſiæ noſtræ Wiſſehradenſis Præbendatus expoſuit, &c. An. 1400. 9. Julij. relatum 1405. 5. Novembris.

Sacroſancta Eccl. Wiſſehradenſis.

Exemta.

* Notandus eſt hoc loco titulus *Eccleſiæ Wiſſehradenſis*, quæ in omnibus vetuſtis documentis legitur Sacroſancta. item illa: nullius *Diœceſis*, & *Romanæ Eccleſiæ immediatè ſubjecta. De Suticz*, certum eſt Czabeliczkios eſſe, & Witkonem de *Czernczicz* ab eadem origine cum *Talembergijs* deſcendere. *

C. 7. Eccl. Prag.

de Cheina, vel de Cheinovva.

Erectio Altaris S. MARIÆ Annunciationis in *Eccleſia Pragenſi* cum conſenſu Bohuſlai Decani, & Capituli ejuſdem Eccleſiæ in Capella SS. Simonis, & Judæ à Zdenkone de *Cheynova* famoſo Viro armigero Prag. Diœceſ. & Barbara ejuſdem conthorali. Jus Patronatûs poſt mortem fundatorum ad famoſos Viros Zachariam de Svvinar, Joannem de Mtiehovva, & Strzeczkonem de *Bavvorinicz*, & hæredes eorum devolvetur, Domus etiam aſſignatur inter domum Dominorum de Rozmberg & D. D. de Sternberg. Sbinko Archiepiſcopus confirmat. 1405. 13. Novembris.

Domus Procerum in Arce Prag.

* In Caſtro Pragenſi illuſtriſſimæ quædam familiæ domos habebant, ùt *Roſenbergici, Sſvvambergici, Sternbergici, de Klinſtein*, pluréſque alij., ut etiam ex hoc loco apparet. noſtro tempore Roſenſis Domus ad *Perenſteinios, & Lobkovicios* hæreditate devoluta eſt. De Equitibus his Cheinova. V. Tomum VI. O. 6. *

C. 8. V. Boleslavia.

Pronunciatio, & compromiſſio inter honorabiles Viros D. D. Decanum Joannem (Nos & Capitulum *Eccleſiæ Boleſlavienſis*) Magiſtrum Joannem Eliæ, Petrum de Tinhorſlovv, &c. Canonicos Eccleſiæ Boleſlavienſis ex parte una, & Petrum de *Wratkovv* ex altera. à Sbinkone Archiepiſcopo. 1405. 28. Octobris.

Permutatio agrorum D. Abbatis, & Conventûs *Monaſterÿ in Trzebon* cum D. Petro Plebano Eccleſiæ in *Stiepanovv*. Joannes Abbas nominatur. Henricus de *Rozmberg*, Hoſtislaus in Crumau Dudlebenſis, & Woyslaus in *Miliczin* Wltavienſis Eccleſiarum Plebani, & Decani. 1404. 4. Januarij.

G. 9. Stiepanovv. Cœn. Trebonenſe.

Erectio Altaris Corporis Chriſti in Parochiali in *Upicz* a Nobili Domina Eliſſka de *Ratiborzicz* relicta bon. mem. Nobilis Hinaczkonis de Wyſſmburg, ſorore D. *Beneſſij de Krczin*. 1405. feriâ 6. quatuor Temp. Adventûs Domini. Adam confirmat. 1406. 15. Januarj.

C. 10.

* Innumeris conſtat exemplis, *Illuſtriſſimas Bohemiæ ſtirpes* nunquam exiſtimâſſe degener eſſe conjugium cum *Equitum ſtirpibus*; itaque paſſim celebrabantur connubia Procerum, & Equitum; id ex Genealogijs omnibus pateſcit, ut nulla propè ſit Illuſtriſſima familia, quæ inter Majores ſuos, & Matrum, & aviarum deductiones, *Equeſtrem Ordinem* non habeat. *

Literæ permutationis certorum cenſuum *Hoſpitalis ſub Wiſſehrado* (cujus fuit Rector, ſeu Præfectus Religioſus Vir Frater Wogtiechus profeſſus Ordinis F. Eremitarum S. Auguſtini Rector Hoſpitalis S. *MARIÆ de Humilitate* ſub Wiſſehrado) cum D. Plebano in minore Popovvicz. confirmat Adam 1405. 19. Octobr.

D. 1. Hoſpitale. Humilitatis.

Erectio Altaris S. Barbaræ in Eccleſia Parochiali Omnium Sanctorum in *Lutomierzicz*. ab Joanne Buch de Genys Presb. Neumburgenſ. Diœceſ. ac Prædicatore Eccleſiæ S. Nicolai in foro pullorum Major. Civit. Prag. approbat Wenceslaus Cæſar 1405. Mendici 7. Octobr. confirmat, 1406. 26. Februarij.

D. 2. Litomerzicium.

Erectio Altaris SS. Coſmæ, & Damiani in Eccleſia Parochiali in *Budvveis*. à D. Bohunkone Plebano ibid.

D. 3. Budvveis.

Erectio Altaris S. MARIÆ in Eccleſia Paroch. in Sſtiepanovv ab Oppidanis ibidem 1406. confirmatum. 12. Martij.

Stiepanovv.

Erectio Altaris S. Dorotheæ in Eccleſia Parochiali in *Malenicz* à famoſo Viro Sulkone de *Zalezl* armigero Prag. Diœceſ. 1406. x. Martij.

D. 4. Malenicz.

Erectio Capellaniæ perpetuæ *Vicariæ in Eccleſia Parochiali in Welvvar à Civibus.* 1406. 25. Januarij.

D. 5. WelvvarVicarius.

Dotatio, vel potiùs augmentum Eccleſiæ in *Henxin* villa in *Weuskirchen* à Wilhelmo Purgravio de *Donin*, Domino in *Roymund*, & conjuge ejus Machna 1399. confirmatur 1406. ultimâ Martij.

D. 6. & 7. Henxin.

* Wilhelmus Burgravius de *Donin* eâ ſtirpe eſt editus, quæ hodie de *Dona* dicitur. hæc ſtirps *ſemper Bohemiæ Regibus fida*, maluit omnium rerum ſuarum amittendarum periculum ſubire, quàm *Regno Bohemiæ* ſemel datæ fidei nuncium remittere; agnovêre enim ſeſe Vaſallos Regni, & Clientes, ùt ex Privilegijs Regni, & ex *Dreſſero* ſatìs colligitur. *

de Dona.

Erectio Altaris SS. Fabiani, & Sebaſtiani MM. in Eccleſia Parochiali in *Budvveis* à D. Bohunkone Rectore Eccleſiæ ibidem. 1406. 2. April.

D. 8. Budvveis.

Augmentum Eccleſiæ Parochialis in *Lukavvicze* (2. Sexag. annui cenſûs) ab Joanne Tlukacz de *Rohovv* (Bohemicâ linguâ ſcriptæ literæ) ſubſcripti: Walter Tlukacz de *Rohovv* Patruelis, & Nicolaus Hodieczin de *Hodieczina*, & Joannes de *Przepich* 1406. 24. Aprilis. teſtes: Joanes de Duba Canonicus S. Georgij in Caſtro Prag. &c.

Lukavvicze.

Erectio Altaris Corporis Chriſti in Eccleſia Parochiali in *Landek* (literæ ſcriptæ magnâ ſimplicitate, & prudentiâ Sanctorum) ad D. *Zbinkonem* Archiepiſc: 1406. 24. Aprilis.

D. 9. Landek.

Donatio Eccleſiæ Parochiali in *Waczovv*, 1.° à Petro Sſtitkovvaz reſidente in *Czabuzich* villa, &c. 1406. (Bohemicè) ſubſcripti Panoſſe Sulko de *Zalezl*, Andreas de Czkyn

Waczovv. Czabusky.

D. 10. de Czkyn, Zdatko de Benessovva hora, 2.ᵒ literæ à Richardo milite de Czesticz, & Joanne Plebano ibidem & Przechone ibidem in *Czesticz*, fratribus germanis. Datum in Czesticz An. 1384. die S. Viti.

* Probabile existimo, hos omnes, qui hîc nominantur, *Patrueles*, atque ejusdẽ stirpis fuisse; Sulko de Zalezl jam antè (D. 3.) in Malenicz Capellaniam erexit. De *Czesticz* quinam fueriut, & quem Clypeum gesserint, in Stemmatographia dicemus. ⁎

E. 1. Kolovvrat. Translatio censûs pro Capellania in *Zbraslavicz*. Nicolao *Kolovvrat* de medio sublato, hæredes ipsius sunt, *Nicolaus, & Alsso.* 1406. 26. April.

E. 2. Reinertz. Cùm Altare S. Catharinæ in *Rynbarcz*, aliàs in *Dussnik*, ob defectum, quòd non posset Vicariᵒ congruè sustentari vacaret; Nobilis vir D. *Theodricus de Nachod*, aliàs de *Janovvicz*, fundationem priorem renovavit hâc conditione, ut Plebani sint obligati alere adhuc unum Vicarium, providentes, ut si Plebanus fuerit purus Bohemus, quòd Vicarius sciat idioma Theutonicum, si verò *Theutonicus*, quòd idioma Bohemicum scientem teneant, & assumant; qui quothebdomadis obligabitur *Castrum Homole* ascendere, & ibi Sacrum celebrate &c. 1406. 23. April.

* *Rynhartz* [hodie *Reinertz*] in Comitatu Glacensi, olim ad Bohemiam pertinebat, ideò nomen Bohemicum [*Dussnik.*] habebat Civitas; & cùm Plebanus potuerit esse purus Bohemus, vel ex eo colligitur, Oppidanorum aliquos, imò complures, Bohemicè locutos. *Homole* castrum est vicinum, de quo alibi diximus. Familiam de *Janovvicz* Baronalem *Nachodianam* fuisse, sæpe jam probavi, & ex hoc loco apertissimè confirmatur. ⁎ (de Nachod.)

Wissemburg. Erectio Altaris B. M. V. in Ecclesia Parochiali in *Wissemburg* à Civibus 1373. confirmatur ab Adamo 1404. x. Aprilis.

E. 3. Libiesticens. Eccl. reditus & Reliquis. Bohemicæ literæ: *Beness Senior de Dube, residens in Libiesssicz ait, pridem Parochialem Ecclesiam à Majoribus suis ibidem dotatam* [recenset Parochi reditus] se tamen ex amore B. Virginis, *quæ sit Patrona* [Diediczka toho Kostela] ejus Ecclesiæ, addere 7. sexag. iterum 4. & silvam, &c. &c. ità ut Plebanus præter duos Sacerdotes, adhuc tertium alat, à quo Sabbatho quovis canatur Missa de Domina nostra, & aliàs bis in hebdomade. donat eidem *Ecclesiæ Monstrantiam.* Cupr. Tabulam cum Imagine DEI Matris, in qua est *pars Pepli cruenti B. M. Virginis,* Tabulam aliam argenteam cum 5. crystallis, Brachium cum crystallo. in qua sunt reliquiæ *S. Sixti,* & Capitellum argenteum in scutella, in quo Reliquiæ *S. Joan. Bapt.* & aliorum Sanctorum partes omnes sunt 14. numero. *& volumus, ut hæc in dicta Ecclesia semper permaneant.* Hæc firmavi sigillo meo, & filiorum meorum *Alberti Crucigeri Prutenorum,* & Benessij *Junioris de Dube residentis in Kostomlat.* 1405. die S. Laurentij. confirmatum 1406. 7. Maij. (Ibidem tres Vicarij. — Berka.)

E. 4. Domus Vicariorum Eccl. Prag. Pro Vicarijs, & Altaristis *Ecclesiæ Pragens.* de Domo in *Hradczano* pro eisdem à D. Hanuskone Plebano Ecclesiæ in Podiebrad. 1406. 14. Maij.

Krzckovv. Pro Ecclesia in *Krzakovv.* centum 13. sexagenæ ex summa 140. sexag. grossorum Pragens. à bon. mem. Budivogio Cliente de *Ugezdecz*; ut sere eam fundationem inscribi amici Nobiles Henricus dictus *Tiviam de Mezhols* nunc residens in Tissovva principalis, Arnestus de Miecholup, Hnievvko, & Henricus fratres germani de *Givian*, tanquam Tutores Orphanæ Elisabeth. An. 1386. 22. Octob. Subscripti: Pavvlik de *Nahossicz*, Sdislavv de Svvrzna clientes. Lvviko de Ulicz, Joannes dictus Bavvorczicz de Wiczka.

Zakavvecz. Auliczky. * De hac familia *Equitum de Givvgan*, dicemus, cùm in Stemmatographia de *Zakavvecijs* agetur. cæterorum familiæ ignorantur, præter *Uliczky* seu Auliczky, de Ulicz vel de Uhlicz Equites notissimos, qui nostro tempore perierunt. ⁎

Erectio

Erectio Capellaniæ B. M. V. in Ecclesia Parochiali in *Ledecz.* à famosis Viris Nicolao Pessikonis, & Nicolao, & Wenceslao de *Ledecz* armigeris Prag. Diœcesf. confirmat Adam 1406. xi. Maij. E. 5. Ledecz.

Erectio Altaris Corporis Christi in *Ecclesia Paroch. in Luticz* à Nobili Viro D. Borssone de *Rysmburg*, residente in *Luticz.* præsente D. Nicolao Theutonicorum prædicatore, D. Wenceslao publico Notario, Magistro Joanne Baccalaureo in Artibus &c. 1406. 17. Maij. E. 6. Luticz de Rismb.

Pro *Mansionarijs in Ecclesia Pragensi* 1. Sexag. cum media à D. Nicolao Molessi majore *Mansionario Chori* B. M. Virginis in Eccles. Prag: 1406. 5. Junij. E. 7. Mansionarij Eccl. Prag.

Translatio Censûs pro altari SS. Joannis, Wenceslai, & Dorotheæ in *Eccles. Parochiali in Dieczin*, cujus fuit Fundatrix olim *Anna de Potenstein* conthoralis quondam Benessij de *Wartemberg* Domini in *Dieczin* super villam *Pavvlacz*; sed quia prædicti Villani per guerras sunt totaliter depauperati, Nobilis Vir D. Joannes *de Wartemberg*, aliàs *de Dieczin* Baro Regni Bohemiæ, dicti Altaris Patronus, alium censum deputavit in villa **Königswald.** 1406. 8. Junij. E. 8. Tetzen.

Translatio censuum Altaris Corporis Christi in Ecclesia S. *Castuli Pragæ* à famoso Viro Petro de *Kostelecz*, olim in *Orziech* residente, nunc verò Burgravio in Tynhorssovv, petente. 1406. x. Maij. E. 9. S. Castulus Pragæ.

* *Tina Horssoviensis*, totáque illa ditio ad Archiepiscopum referebatur, eique velut Domino subjiciebatur; ob eam caussam hic Petrus vir illustris, Burgravius tantùm fuit, non Dominus; ferebátque in clypeo securim grandem, qualem in Silesia & Polonia gestant plurimæ pervetustæ stirpes; hodiedum in Nobilitate nostra Kosteleczkij perseverant. * de Kostelecz

Erectio Altaris SS. Philippi, & Jacobi Apostolorum in Ecclesia Parochiali in *Budvveis* à Civibus. confirmat Adam. 1406. 3. Julij. erectum 1388. E. 10. Budvicium.

Census 15. Sexag. grossor. pro *Ecclesia Parochiali* in Oppido *Klumin* à Plebano ibidem Mathia; summa data *Monasterio Breunoviensi* qui eam deposuerant super Oppidum *Klumin*, *cujus erant Domini.* Literæ Divissij, DEI, & Apostolicæ Sedis Gratiâ Abbatis &c. 1406. confirmat Adam. 1406. 5. Maij. F. 2. Klumin.

* *Klumin ditio Brzeunioviensis Cœnobij* erat; titulus Abbatis *Divissij* diligenter est notandus: caussa, cur sese Apostolicæ Sedis Gratiâ factos nominarent Abbates ea fuit, quòd hoc *Cœnobium à summis Pontificibus* maximis Privilegijs, & Prærogativis fuerit exornatum. * Klumin ditio Cœnob. Brzevvnoviensis.

Erectio Altaris S. MARIÆ Visitationis in Eccles. Parochiali in Budvveis à Civibus Hankone Lomniczky 1406. 6. Julij. F. 3. Budvicium

Census 6. sexag. grossorum pro Ecclesia Parochiali S. *Ioannis* prope hortum Mielnicensem sub *Monte Petrino* ab Geśkone aurifabro Cive Maj. Civit. Prag. 1406. 15. Januarij. F. 4. S. Ioannes sub Petrzin.

Translatio censûs Altaris SS. Wenceslai, & Adalberti in Ecclesia Parochiali in *Nazeracz* cum consensu Alssonis de **Schelmberg/** qui nunc ea bona tenet. 1406. 15. Julij. F. 5. Naczeracz.

* Alsso de Sselmberg ex ea gente prodijt, quæ Aprum ferebat in clypeo, & ab eadem cum *Hazmburgicis, & Leonibus* origine descendit. * de Sselemberg.

Erectio Altaris S. Martini Confess. in Eccles. SS. Cosmæ, & Damiani in antiqua *Boleslavia* à Cive Prag. Maj. Civit. Duchcone dicto Rymer. 24. Julij. 1406. F. 6. V. Boleslav.

Arbitrium pro Ecclesia in majori *Chvvogen*, ut famosus Joannes natus Validi Viri Domini Conradi de Bernharticz, suo, & suorum fratrum nomine solvat. testes Benesl armiger de Dobrzemirzicz. F. 7. Chvvogen.

Erectio

F. 8. Hobſſovvic.

Erectio Altaris S. M. Magdalenæ, Marthæ, Maximillæ, & SS. Lazari & Maximini in Eccleſia Parochiali in *Hobſſovicz* à Vidua Margareta Cive Maj. Urbis Prag. 1406. 8. Januarij.

Privilegium Civitatum.

* Nimis quàm probabile eſt, Margaretam Viduam Hobſſovicium ditione tenuiſſe; id enim Privilegium Pragenſes Cives ( uti & *Plſnenſes, & Cuttnenſes* ) jam à Caroli IV. temporibus habebant, ut eis liceret bona terreſtria emere, & poſſidere. *

F. 9. Kaplirz.

Literæ ſuper Domo D. Catharinæ Viduæ relictæ. bon. mem. Conradi Kappler de Sulevvicz. literæ Wenceslai Cæſ. in quibus ( An. 1383. 16. Calend. Martij. ) concedit Beneſſio Canonico Prag. nec non nobilibus Zdislao, & Tobiæ de

de Weitmil.

*Weitemül*, ut domum in *Hradczano* ſitam ab ipſis ædificatam cuicunque velint, legare poſſint. Item aliæ literæ Wenceslai Cæſaris germanicæ, quibus ob grata obſequia *Cunatæ Kappleri*, & ejus fratris Georgij liberat eorum Pagum Wezcze ab onere, quod dicitur Mannſchafft. 1390. recitantur hæc ab Adamo. 1406. 20. Augusti.

Canonicus Pragenſ. fit Franciſcan.

* Conradus Kaplir, vel Kaplirz de Sulevvicz, ( de quo hoc loco fit mentio ) *Protonotarius Tabularum*, ſeu ſcriba ſupremus ( ùt nunc loquimur ) fuit ſub *Carolo IV.* cujus filij Cunata, & Georgius, domum illam in *Hradczano* vendidêre Weitmilijs; de Beneſſio Weitmilio Canonico plurimis locis diximus; laudatiſſimum eſt, quòd valedixerit mundo, & inſtitutum S. Franciſci amplexus, humilem vitam ad mortem deduxerit. *

F. 10. Clatovia.

Erectio Altaris S. Annæ in Eccleſia S. Georgij ad S. Jacobum in *Glathovia* nuncupata à famoſo Viro Joanne de *Sobieticz*, Armigero Pragenſis Diœceſ. & inſtituit Altariſtam D. Zifridum Conradi de Straz, Prædicatorem Theutonicorum Eccleſiæ Parochialis ibidem in Clatovia. 1406. penult. Auguſti.

Sobietiezky

* *Sobeticz* pagus eſt in Glatoviæ conſpectu; unde Equites ejus loci quodammodo domeſtici Clatovienſium dici poſſent. Hinc etiam apparet ingentem Clatoviæ numerum Germanorum fuiſſe, ut propter eos idiomate Germanico concio haberetur. *

G. 1. Trzebechovvicz.

Translatio cenſûs 6. ſexag. cum 9. groſſ. Altaris Omnium Sanctorum Patronorum, & S. Catharinæ in medio Eccleſiæ Parochialis in *Trzebechovvicz* de villa Rudnicz ad villam Sſtienkovv. fundatrix fuit Anczka de Rudnicz Vidua Smilonis de

de Sternberg

*Sternberg.* Nobilis autem Vir Hinko de Trzebechovvicz Patronus Altaris antedicti in villa Sſtienkovv cenſus tranſtulit. approbat Adam 1406. 2. Octob.

* Cujuſnam ſtirpis Domini de Trzebochovvicz fuerint, alibi diximus. hinc etiam Genealogia Sternbergicorum non parum firmatur. *

G. 2. Luzan.

Erectio Capellaniæ in honorem S. Agnetis in Eccleſia Parochiali in *Luzan* à Wenceslao Rectore Eccleſiæ Parochialis ibidem, 1406. 7. Octob.

G. 3. Niecczovves

Erectio Altaris Corporis Chriſti in Eccleſia Parochiali in Nemeyczovves à famoſo Viro Mathia Peſkonicz de Turzi armigero Prag. Diœceſ. in villa ſua Turzi, & Hrnczirzovva Lhota. 1406. 8. Octob.

G. 4. Lippa.

Erectio Altaris Corporis Chriſti, & B. M. V. in Eccleſia Parochiali in *Lippa* à Cive. confirmat Hinko dictus *Berka de Duba*, Dominus in Lippa. 1306. ſubſcripti Nobiles Domini Hinko dictus *Berka de Duba*, Dominus in Herſtein Patruus noſter cariſſimus, & D. Hinko filius ſuus. approbat Adam, 26. Octob.

* Hoc fragmentum Genealogiæ Berkarum diligenter eſt annotandum, quòd ſcilicet alio in loco vix reperiatur; quod in Stemmatographia noſtra dante DEO, diligenter explicatum invenies. *

G. 6. Cœn. Teplicenſe.

Erectio Altaris Corporis Chriſti, & SS. Petri, & Pauli Apoſtolorum in Eccleſia Parochiali in *Wodniano* ab Joanne de Strakonicz Presbytero, & Civibus ibidem. 29. Octobr.

Erectio

G. 6. Cœn. Teplicensis. de Wssechlap Equites.

Erectio Altaris S. M. Magdalenæ in Monast: Sanctimonialium S. *Joannis Baptistæ in Teplicz* Ord. S. Benedicti à famoso Viro Nicolao de *Wssechlap.* confirmatum ab Adamo de Nezeticz &c. 1406. penult. Octobris.

* *De Wssechlap* antiquissimi Equites ad Tepliciū, benefici semper fuêre in duos Parthenones *Teplicensem, & Svvetecensem*; in quorum medio *Wssechlap* eorum dicio sita est: ferebant in clypeo militari duas Soleas in rubro campo, ex quibus Soleis eminebant lilia, aut ferramenta lilij instar, ùt in Ecclesiæ *Svveticensis* pariete hodiéque apparent. *

G. 7. Hecht de Rosicz.

Donatio 4. Sexag. censûs pro Ecclesia Pragensi in Rossicz à Nobili Viro D. Jodoco Hecht de Rossicz Olomuc. Diœcef. & Wnatha fratre ejus germano, occasione litis, quam habuerunt dicti fratres cum honorab. Viris D. Joanne de *Smilkovv Præpos. Eccles. Omnium Sanctorum* in Castro Pragensi & Joankone Canonico Ecclesiæ Brunensis, ratione testamenti bon. mem. Philippi de Zeletovv olim Canonici Eccl. Prag. 1406. 26. Octobr.

* Hechtij illustre apud Moravos stemma, quem clypeum gestârint habes apud Paprocium, avorum memoriâ stirps hæc perijt à pietate erga Deum, & liberalitate in Sacris celebrata. *

G. 8. Zigmuntice. de Sstipoklas V. Indicem libri.

Erectio Altaris S. Bonifacij M. in Ecclesia Parochiali in *Zigmunticz* à famoso Viro Przibikone Armigero Prag. Diœcef. Testis famosus Vir Drzkavv de *Kniczeklada*, frater dicti Przibiconis, & Hrdibor de *Sstipoklas* armiger. 1406. 8. Novemb.

De Jure Patronatûs *Ecclesiæ in Hrussicz*, mentio famosi Jarossij de Deblicz. Armigeri Prag. Diœcef. & Nobilis Viri D. Joannis de *Rotstein* & Alberti bon. mem. Jarkonis de Lomnicz. 1406. 5. Octob.

G. 9. Usta. Miressovvsky de Nuznicz.

Erectio Altaris SS. Trinitatis in Ecclesia Parochiali in *Usk* super Albea. à Paulo Rectore Ecclesiæ Parochialis S. MARIÆ ibidem ex censu apud famosos Hanussium de Wsleborzicz, Theodricum, & Ulricum fratres, ac Michalconem de Nuznicz Armigeros. 5. Decemb.

G. 10. S. Gallus Pragæ.

Erectio Altaris SS. Apostolorum in Ecclesia Parochiali S. *Galli* Majoris Civit. Prag. ex testamento Joannis Frawin. 1406. 29. Octob.

H. 1. V. Boleslav.

Erectio Altaris B. MARIÆ Virginis in *Antiqua Boleslavv.* super cryptam à Domino Joanne Matrovecz Rectore Ecclesiæ Parochialis in Kunavv Prag. Diœcef. & Canonico Præbendato Ecclesiæ Boleslavv. & à fratre suo Nicolao Matrovecz. 19. Novemb.

Matrovecz Eques.

* Hanc Fundationem attuli pridem in Historia Capituli Boleslaviensis, de qua Ecclesia egimus lib. 6. Epitomes rerum Bohemicarum. *

H. 2. S. Ægidius Pragæ.

Erectio Altaris Corporis Christi in Ecclesia S. *Ægidij* Pragæ à Wenceslao Borssovvsky Cive Prag. literæ Wenceslai Cæsaris desuper. in Burgleis 1389. penult. Febr. ad Mandatum D. Regis Wlachnik de Weytenmüle.

Cœn. Teplicense.

Erectio Visitationis S. MARIÆ in Monasterio S. Joannis in *Teplicz* à famosis Viris Petro dicto Pertz in Teplicz, & Petro dicto Miliczoves in Ponte Burgravijs. mentio est honorabilium, & Religiosarum Domicellarum *Margaritæ Abbatissæ*, & Conventûs Sanctimonialium *S. Joannis in Teplicz.* Literæ fundatorum. 1406. penult. Octobr. confirmatum ab Adam 1408. 22. Iunij.

H. 3. S. Gallus Pragæ.

Translatio censûs Altaris SS. Simonis, & Judæ Apostolorum in Ecclesia Parochiali *S. Galli* Civ. Prag. à Civibus 1406. penult. Octob. Adam.

H. 4. Zdechovv.

Donatio trium Sexag. pro Ecclesia Parochiali in *Zdechovvicz* à famoso Viro Ioanne de Zdechovvicz, residente in Stiepanovv. 1406. Subscripti Genik de Semnicz Patruelis, Myslybor de Chvvaleticz, & Witek de Zenssicz. confirm. 1406. 3. Decemb.

H. 5. S. Stephani Pragæ. Ordinatio Juris Patronatûs Altaris S. Bartholomæi in Ecclesia S. *Stephani* in Rybniczka Novæ Civit. Prag. 1406. Adam de Nezeticz. 29. Octob.

H. 6. Lippa. de Weitmil. Donatio 6. sexag. censûs perpetui pro Altari S. Annæ in Eccl. Parochiali in *Lippa*. à Kunkone, & Sigismundo fratribus uterinis de *Weytmüle* residentibus in Slivva. 1406. 7. Decemb. Adam.

H. 7. Zatecium. Pronunciatio, & Compositio inter Plebanum *Zatecensem* ( qui tum fuit Wicemilus Plebanus Ecclesiæ S. MARIÆ in Zacz) & alios Plebanos in Suburbijs, & præurbijs Zacensibus. 1406. 22. Septemb.

H. 8. Popovvicz. Pronunciatio inter D. Joannem Plebanum Ecclesiæ Parochialis in Popovvicz ex una, & famosum Virum Woyslaum Clientem ibidem, pleraque adjudicantur Woyslao. à Zbinkone. 1406. 18. Decemb.

H. 10. Brzevvnioviense Monasterium. Villa Trnovva noviter à Monasterio Plantata elocatur Wenceslao Alberti Civi Prag: ab Ulrico miseratione Divinâ Abbate, Ioanne Priore, totóque Conventu Monasterij Breunoviensis. An. D. 1367. 27. Febr. de eadem villa quædam constituuntur à Przedborio Divinâ miseratione Abbate, Hostislao Priore, totóque Conventu ejusd. Monasterij. 1406. 22. Julij.

I. 1. Duæ Capellæ penes S. Michaël. Literæ Fundationis duarum Capellarum inter Ecclesiam S. *Michaëlis* maj. Civit. Prag. & domum Purkardi Civis ibidem. nominatur locus, utriusque Capellæ & designatur. 1406. 9. Novemb.

I. 2. Wessely. de Ust. de Pohnanie. Erectio Altaris Corporis Christi, & S. Catharinæ in Ecclesia Parochiali in Wessels Oppido super fluvium Luznicz à Petro Prædicatore in Sobieslavv. 1407. ante festum Purificat. S. MARIÆ die Dominico. fuit hic Petrus ex familia *Dominorum de Ust* super Luznice, ùt patet, Prædicator in Sobeslavv. Census erat apud Andream de Pohnanie residentem in Drachovv. 1407. xi. Febr.

I. 2. Eccl. Prag. Venditio bonorum Krcz ad Altare S. Elisabeth in *Eccles. Prag.* pertinentium Leoni Civi Major. Civit. Pragens. Zbinko Archiepisc. approbat. Anno 1407. 23. Februarj.

I. 3. Mimonie Matura. de Wartéb: Erectio Altaris B. MARIÆ, ut in ea Matura celebretur, in Ecclesia Parochiali S. Petri in *Mimon* aliàs in Nymaucz Oppido ab Oppidanis ejusdem loci, dando 80. sex. grossorum ad censum annuum 8. sexag. colligendum, quam summã dederat *D. Wilhelmo de Wartemberg*, residenti in Zakup mediam, & mediam *D. Petro de Wartemberg in Dievvin*, de qua re sunt eorum literæ 1407. confirmat Adam de Nezeticz. 1407. 25. Febr.

* Ex hoc loco manifestè apparet ex decem Sexagenis eâ ætate censum unius Sexagenæ peti solitum, adeóque non ùt modò, sex per centum, sed decem per centum redibant ad creditorem; hoc scilicet efficiebat summus pecuniæ valor, nondum Indicis gazis Orbe nostro ditato. ⁎

I. 4. Budveis. Erectio Altaris S. Wenceslai in Ecclesia Parochiali in *Budvveis* à Vidua. 1396. confirmat Adam 1406. 6. Maij.

I. 6. In Kovvarzovv Capellanus. Donatio 8. sexag. & 26. groff. pro *Capellania Manuali* erigenda in Ecclef. Parochiali in Kovvarzovv à famosis Viris Martino de Choterzin, & Ulrico de Krafselovv Armigeris. 1407. 19. Febr. postea An. 1414. 18. Maij nova concordia inita est inter Plebanum; & inter Benessium Martinum de Bran, Hinkonem, & Patres ipsorum de Choterzin.

Equites de Krafelovv. * Familia illustris in Bohemia *Equitum de Krasselovv* Malovecijs, ac simul Dlauhovveskijs cognata utrorumque gerebat insignia: Manubrium scilicet hastæ Equestris, ac dimidium Equellum: hæc igitur olim à sedibus diversis nomen sumebat, ùt alij de *Choterzin*, alij de *Bran* dicerentur, omnes tamen ab eadem origine descendentes Equitum de Krafelovv. ⁎

Decem

Decem Sexagenæ annui censûs debentur honorabili, & Religioso Viro D. Jacobo Priori B. M. Virginis in pede Pontis Prag: Ordinis S. Joannis Jerosolymitani à Cive quodam. 1407. 28. Januar. confirmat Adam Archidiaconus Gradicensis in Ecclesia Prag. Reverendissimi Patris, & D. D. Sbinkonis DEI Gratiâ Archiepiscopi Pragensis Vicarius. I. 7. Melitenses Pragæ.

Procopius Abbas Monasterij Canonicorum Regularium S. Caroli in Nova Civit. Prag. & Capitulum permutant bona sua in Basst. & quia non habuêre sufficientem pecuniam, concessit illis *Bohuslaus de Mendico* Civis, & Woyka Uxor, & frater Bohuslai Budivogius 170. sexag. hîc leguntur obligationes Monasterij prædicti, & Anniversaria pro benefactoribus, & literæ Conventûs, & Abbatis. 1407. ultimâ Febr. I. 8. Cœn. S. Caroli.

Erectio Altaris Omnium SS. in Ecclesia Parochiali in Budvveis à Civibus. 1407. 26. Januarij. I. 9. Budvveis.

Pro Ecclesia Omnium Sanctorum in *Budvveis.* à Civibus. 1407. infra Octavam Nativit. Domini. I. 10. Ibid.

Laudum inter Ven. Viros D. Nevvlassium Abbatem, & Conventum *S. Procopij* Ordinis S. Benedicti, & inter villanos in Hostivvarz. dicitur ibidem Monasterium oppressum bernâ Regali. Adamus fuit à Sbinkone Archiepisc. constitutus Commissarius &c. 1407. 21. Febr. I. XI. Cœn. S. Procopij.

Erectio Altaris Corporis Christi in Ecclesia S. Michaëlis maj. Civit. Prag. à Civibus. 1407. 17. Martij. I. XII. S. Michael Pragæ.

Erectio novi Hospitalis S. Jodoci Confessoris, & S. Elisabeth Viduæ in *pede Pontis in Pisek* à Civibus ibidem. 1407. 3. Martij. approbatur 38. Martij. K. 2. Hospitale in Pisek.

Translatio censûs 8. sexag. de certis domibus in Praga ad bona in Tynecz super Sazavva pro Altari S. Lucæ in *Ecclesia B. V. Teinensi.* 1407. 18. Martij. K. 3. Eccl. Tein. Pragæ.

Honestus Vir Hanza de *Turzi* residens in *Winarz* donat honesto Viro consanguineo suo Joanni dicto Dubecz Armigero Prag. Diœc. *Jus Patronatûs* Altaris S. Catharinæ, & ipsius Ecclesiæ S. MARIÆ ante lætam Curiam. Sbinko Archiepiscopus Jus Patronatûs Ecclesiæ S. MARIÆ in Tyn, ante *Lætam Curiam*, & Altaris præscripti eidem Joanni confirmat. 1407. 24. Febr. præsentibus Dominico de *Budvveis* S. Apollinaris Prag. Canonico, Mathia de *Bielina* Archidiacono Litomericensi in Ecclesia nostra Prag. Secretarijs nostris &c. K. 4. Tein Pragæ de Turzi.

* Hanzam de Turzi Equestri loco natum fuisse colligitur tum ex ditione ejus *Winarz*, tum ex consanguinitate cum armigeris de *Dubecz*, tum etiam, quòd, ùt antè vidimus, famosus Vir appelletur. Sed tanta fuit illius ævi in titulis simplicitas, ut etiam Equites satis se honoratos honesti Viri appellatione aliquando putarent. *

Expositio molendini Ecclesiæ in *Kostelecz* super Aquilam à Petro Stupna Rectore Ecclesiæ Parochialis in *Kostelecz.* Inquisitio est facta per Dominum Hasskonem Decanum Kosteleczensem Plebanum Ecclesiæ in *Czastolovvicz.* 1407. 17. Febr. K. 5. Kostelecz ad Aquilam.

Donatio balnei in Oppido *Choczna* Ecclesiæ Parochiali ibidem à famoso Viro Thoma dicto Horka de Horka Litomisl Diœces. cum certis conditionibus. actum Litomisslij 1407. 29. Martij. præsentibus Henrico Præposito Landscronensi Canon. Regul. Ord. S. Augustini, Wankone dicto Sekyra de Hermanicz, Nicolao de Tislovva famosis armigeris. &c. Choczna.

* Pauca in hisce Erectionum Voluminibus invenias ad Litomisslensem Diœcesin spectantia, quòd scilicet in illius Ecclesiæ libris annotarentur. De Horka idem Pardus dictus, ùt in Stemmatographia dicemus; hæc stirps ex Bohemia in Moraviam commigravit, ubi Horeczky sunt appellati. *Wankonem Sekyram* existimo fuisse stirpis, quam de *Ples*, vel *Plesios* dixêre Majores, eademque arma, quæ *Cordule de Slaupna* gerebant. * de Horka. Plessij.

R 2 Census

K. 6. Mnichovv Capellanus. Smrczka.

Census dati Ecclesiæ in *Mnichovv*, ut Plebanus teneatur alere Vicarium ab Hinkone de *Mnichovv* cum consensu famosornm Virorum Havvlonis, seu Galli, & Ioannis avunculorum, & tutorum nostrorum de Ugezdecz. 1407. 8. April.

K. 7. Capit. Eccl. Prag.

Pro Decano *Pragensi* 5. sexag. census in Wrssovvicz à Bohuslao Decano Pragensi. Literæ Capituli approbantis: Nos Bohuslaus Divinâ miseratione Decanus, Joannes Scholasticus, Vitus Præpositus S. Ægidij, Wenceslaus Decanus S. Apollinaris, Blasius Decanus Ecclesiæ Omnium Sanctorum, Joannes, Præpositus ejusdem Ecclesiæ Omnium Sanctorum & Franciscus Præpositus Boleslaviensis, Andreas de Gevvicz, Andreas de Pilgrenis, Wenceslaus de Dubravvicz, Zdislaus dictus Canis, & Jaxo Seniores Canonici, totúmque Capitulum Ecclesiæ Pragensis. 1406. 15. Septemb.

Paka. de Wartem: & de Komburg.

Translatio census facti à Nobili Domino Joanne de Komburg Ecclesiæ in *Paka* veteri Patrono ad alium pagum. Literæ *Joannis de Wartemberg* residentis in Kumburg, & donantis Ecclesiæ in antiqua Paka. 8. sexag. & 8. grosſ. 1407. 10. Aprilis.

* Wartembergici Proceres primitus Komburgensem ditionem (in qua Giczinium censetur) obtinebant, postea vel conjugio, vel alio titulo ad *Krussinas Lichtemburgicos* pervênit, qui ex illa arce prædas per Bohemiam frequentes agebant, utpote inquietissimi homines, & publicæ pacis hostes, ùt in Epitome narravimus. *

K. 8. Skupicz. Cœn. Portæ Apostolor:

Concordia super permutatione certorum bonorum *Abbatis, & Conventûs Portæ Apostolorum* cum Ægidio Plebano Ecclesiæ S. Joannis in Skupicz. Literæ Abbatis: *Nos Joannes Abbas*, Georgius Prior, Petrus Supprior, Andreas Præpositus Nicolaus Pitanciarius, Habardus in Slavvetin Plebanus, Nicolaus Dupovecz Hospitalis in Suburbio Zacensi Præpositus, Procopius, Erhardus, Joannes Conradi, Buss koBohuslaus, Joannes Niemczecz, Wilhelmus Bohuslaus, Nicolaus Capellanus, Ioannes Slavvvaczky, Alssinus Slavvaczky, Nicolaus Zagiczek, Martinus, & Georgius, totúsque Conventus Monasterij *S. MARIÆ in Porta Apostolorum* Ordinis S. Benedicti. 1407. die S. Dorotheæ. confirmat Adam de Nezeticz. 1407. 18. Jan.

de Daupovva.

* *Nicolaus Dupovvecz* illustri stirpe editus fuit, familiâ de *Daupovva*, qui sanguineas treslineas in albo campo ferebant. appellatur alibi Ioannes, ùt infra L. 6. videbimus. Ex hoc loco & illud apparet Hospitalis Zatecensis Præpositos ex Cœnobio Portæ Apostolorum peti solitos. Ex his, qui hîc enumerantur Patribus, & Fratribus Cœnobij Portæ Apostolorum, nonnullos manifestum est pro Christi fide occisos, viginti sex abhinc annis, ùt habes in Epitome. *

K. 9. Svvin.

Ecclesiæ in *Svvin* donat Nicolaus de *Passaverslag* decimas de omnibus in Curia ejus in Nezeticz pertinentibus. decimam de vaccis, vitulum decimum, caseum decimum, agnellum porcellum decimum, de anseribus, anatibus, gallinis pullum decimum &c. A. 1314. Idus April. confirm. 1407. 9. Julij ab Joanne Kbel Decretorum Doctore.

K. 10. Capellania in Janovv: Cœn. in Lunovvicz.

Erectio perpetuæ Capellaniæ in Ecclesia Parochiali in *Janovvicz* ab honesta Matrona Catharina relicta Ioannis de Krzessicz Prag. Diœces. in villa Krzessicz, ità tamen ut ex eo censu Clara filia ipsius, Monialis Monasterij in *Lunovvicz* Ord Præmonstratensis professa duas sexag. usque ad tempora vitæ duntaxat percipiat. confirmat Ioannes Kbel 1407. 15. April.

* Monasterium in Lunovvicz Instituti Præmonstratensis percelebre, postea Sigismundus Imp. Taboritis unà cum tota ditione donavit exemplo pessimo, ut contra omnem Fundatorum voluntatem Bona Cœnobiorum abalienarentur, & in profanorum hominum manus patrimonium Christi veniret. *

Litera

Brozan. Cœn. Teplicense.

Litera super Ecclesiam, & Plebanum in *Brozan* data Catharinæ de Slana, Viduæ, quòd ei x. sexagenæ debeantur à Plebano. 1407. 20. Aprilis. subscripta Margareta miseratione Divinâ *Abbatissa* Monast. Teplicensis prædictæ Ecclesiæ Collatrix.

L. 1. de Porzicz.

*Gindra de* Porzicz *fatetur se debere unam annuam sexagenam censûs cuidam (ivi Budvicensi, & pro eodem Gindra Amici promittunt: Bușko de Porzicz., & Wilhelmus de* Ugezd *1385. confirmat Adam.* 1407.

L. 2. Lippa.

*Hinko de Erkericz residens in Struznicz pro animabus Hanussij Patris mei, Catharinæ Matris, & Catharinæ Uxoris unam sexag. Census annui donat ad Altare S. Annæ in Eccles. Lippensi. subscripti: Kunico de Wytmil Plebanus in Lipa, & famosus Henzlinus de* Chlum, *confirmat Kbel* 1407. *penult. Aprilis.*

L. 3. Nahorzeczicz. de Oczedieliz.

*Donatio 7. sexag. minùs 20. grosss. pro Eccles. Parochiali in* Nahorzeczicz *à famosis Viris Ioanne dicto* Czepicze *(cum consensu fratris sui Ogerij) & Hincone dicto de* Oczedielicz, *& Joanne de Nahorzeczicz, & Czenkone ibidem de Oczedielicz Armigeris Prag. Diœces. ut Plebanus alat unum Vicarium manualem. 1407, 5. Maij.*

* Jam pridem monui Horas de *Oczedelicz* appellatos. *

L. 3. S. Leonardi.

*Pro Ecclesia S.* Leonardi *Maj. Civ. Prag. à Civibus.* 1354.

L. 4. Koneczchlum. de Aulibicz.

*Erectio Altaris Omnium Sanctorum in Ecclesia Paroch. in* Koneczchlumi *à Pessikone dicto Ssilherz de Koneczchlumy, & Henrico de Kossicz Armigeris Prag. Diœcesis conscijs famosis Viris Wenceslao Chod de* Mlazovvicz, *Hinkone de Koneczchlum, & Nicolao de* Ulibicz. *1407. 13. Maij.*

* *Koneczchlumi* familia Equestris nobilissima, & in Veteri Bohemia notissima, de qua in Stemmatographia. Cæteri, qui hîc nominantur, videntur fuisse Patrueles, scilicet de *Kossicz, de Mlazovvicz, de Ulibicz.* Ulibiczkiorum Equitum ad Giczinium in *Aulibicz* residentium fortitudo adversùs Hussitas in historijs celebratur. *

L. 5. Reginohradecium.

*Literæ Altaris S. Joannis Baptistæ in Ecclesia* S. Spiritûs in Grecz Reginæ *à Civibus. 1407. 13. Maij. pridem hoc Altare fuit fundatum. Cives habent Jus Patronatûs.*

L. 6. Kostelecz ad Albim.

*Erectio perpetuæ Capellaniæ in Ecclesia Parochiali in* Kostelecz ad Albim *à D. Henrico de Kostelecz Presbytero. confirmat Kbel. 1407. 14. Maij.*

* Henricus de Kostelecz familiæ fuit Illustrissimæ *Berkarum*, quæ tum Kostelecium ditione tenebat, ut ex Privilegijs Regni cognoscere licet, & ipsæ columnæ in Ecclesia S. Martini apud Kostelecium Berkianis Insignibus in lapide expressis incisæ idem loquuntur. *

Cœn. Portæ Apostol. de Daupovva. Cella Januæ Vitæ.

*Joannes Abbas Monasterij in* Porta Apostolorum *Ordinis S. Benedicti cum toto suo Conventu vendiderat censum annuum 13. Sexag. Religioso Viro Fratri* Joanni Daupovecz *dicti Monasterij professo, nec non Præposito Hospitalis in suburbio Civit.* Zacensis *pro 143. sexag. grossorum, quem censum quamdiu vivet Joannes, percipiet, mortuo autem illo vertetur pro infirmaria in eodem Monasterio. Nominatur* Erhardus, Joannes, & Habardus *armigeri, fratres prædicti* Joannis Daupovvecz. 1407. *6. Aprilis. Literarum initium: Nos Georgius Prior, Petrus Supprior, Andreas Præpositus, Habardus in Slavvetin, Ulricus* Cellæ Januæ vitæ Præpositus, *Jacobus in Alta Civitate Plebanus, Procopius, Gothardus (&c. ut suprà K. 8.) Joannes Niemczicz.*

* Superiùs idem *Daupovvecz* Præpositus Hospitalis Zatecensis, vocatur Nicolaus, qui hoc loco Joannes appellatur. credibile est, eundem binominem fuisse, cùm annus congruat (sed alterum ei nomen in Baptismo, alterum in Sacro Ordine fortassis impositum) Major quæstio moveri posset de *Cella Januæ vitæ*, in qua Ulricus Præpositus nominatur. *Monasterium Portæ Apostolorum* aliquot habuit Præposituras; ex ijs igitur aliqua cognominabatur *Cella Janua vitæ.* *

Dobrſſ.

*Literæ pro Eccleſia in* Dobrſſ. *quòd ex villa Drzeſſina obligetur dare Decimas famoſus Vir Nicolaus dictus* Chomut de Drzeſſina. *arbiter:* My Gindrzich z hradcze Przikazatel zakona S° Jana Jeroſolimitanſkeho w Czechach y w Polſſtie. 1407. *confirmatum Anno eodem 20. Maij. Teſtes famoſi: Joannes Koczka de Milenovvicz. Zdata de Mireticz, Baſſek de Luczovvicz. &c.*

Koczka.

L. 8. Melitenſes Pragæ.

*Donatio unius Sexag. censûs perpetui pro Pitancia Monaſterij S. MARIÆ in pede Pontis pro Commendatore, Priore, & Conventu Domûs S. MARIÆ in pede Pontis Ord. S. Joannis Jeroſolymitani à famoſis Viris Alſſone de Bichor, & Herſſone de Bichor, fratribus germanis in Biela Civitate (ubi Alſſo erat Judex) ſuper judicatu. prope Caſtrum Bezdiezy. 1407. 25. Maij.*

Præceptor loco Receptoris.

* Quid hoc nomine Bohemico Przikazatel intelligere Scriptor voluerit, dubitari poteſt; alioquin in vetere Bibliorum Bohemicorum translatione Præceptoris nomen ſic vertitur; quid ſi Receptoris nomen *Equitibus Melitenſibus* uſitatum eo nomine intelligi voluiſſet? fuiſſe *Henricum de Novadomo* non loci alicujus, ſed Ordinis ſui ſuperiorem ſatis declarant, quòd in Bohemiæ & Poloniæ Provincijs Ordini ſuo præeſſe ſe ſcribat. Altera ſuper judicatu donatio eſt; quod, ut intelligatur, ſciendum eſt: uſitatiſſimum olim in vetere Bohemia fuiſſe, ut nobiliſſimæ ſtirpis Viri *Judicatus* in Urbibus, & Oppidis haberent, id eſt, mulctas pecuniarias, quæ ex lege ad judicis Officium redibant; plurima ejuſmodi exempla in *Paprocio* illuſtriſſimarum familiarum, quæ in diverſis urbibus Judicatum ſibi comparârunt, quales erant *Slanæ*, alibique. Hoc plerumque accidebat, cùm Civitates ære alieno onerarentur, nec eſſent ſolvendo; tum enim Creditoribus ſuis judicatu cedebant, ùt mille locis probari poteſt. *

Judicatum in Civita ſib. emebant Antiqui Nobiles.

L. 9. S. Michaël Pragæ.

Erectio Altaris SS. Eraſmi, Felicis, & Adaucti in Eccleſia S. *Michaëlis* maj. Civit. Prag. à Civibus in Domibus prope Domum D. Abbatis Gradicenſis, in Parochia S. Caſtuli. 1407. 4. Junij.

S. Pancratij Parochia ad ad Wiſſehr.

*Vinea S.* Pancratij *elocatur pro utilitate ipſius Eccleſiæ ſita ad meridiem, elocat D. Thomas Canonicus Eccleſ. Wiſſehrad. & Plebanus Eccleſiæ S.* Pancratij *prope Wiſſegradum. confirmat Adam de Nezeticz, Archidiaconus Gradicenſis &c. 1407. 8. April.*

L. 10. Litomericiû

*Erectio Altaris S. Eliſabeth in Eccleſia Parochiali Omnium Sanctorum in* Luthomericz *à Vidua Cive. non eſt annus adjectus.*

M. 2. Proſik.

Donatur *Jus Patronatûs* Eccleſ. Paroch. S. Wenceſlai in *Proſik*, & Curia allodialis in Wyſoczan cum ſuis pertinentijs *Monaſterio S. Caroli* in Praga ab honeſta Matrona Chriſtina relicta Ulopeyer Civis Major. Urbis Prag. hac de re ſunt literæ Wenceſlai Cæſaris 1407. 21. Maij. *Procopius* Abbas S. Caroli ſuſcipit. approbatum 1407. 20. Junij.

Cœn. S. Caroli.

* Quomodo *Jus Patronatûs* Eccleſiæ in Proſik ad Civem Pragenſem perveniré potuerit, fateor me ignorare; emtio aliqua dubio procul interceſſerit. porrò temporis progreſſu ad eas opes pervenerunt *Canonici Regulares*, ut quaſi quoddam parvum Cœnobium haberent hoc loco, horâſque Divini Officij ſtatis horis perſolverent. *

M. 3. Zbraslavv:

Translatio cenſûs 9. ſexagenarum pro Altari SS. Apoſtolorum in *Zbraſlavvicz* ex eadem villa in villam Slavvoſſovv à Nicolao Kolovvrat de Zbraslavvicz, aliàs de Zrucz, & Alſſone ibidem fratribus germanis Capellaniæ perpetuæ ibidem Patronis. 1407. xi. Julij.

de Kolovvr:

* Nobiliſſimorum *Procerum de Kolovvrat* notare cognomina varia oporteret, qui de *Zrucz, de Roczovv, de Zbraslavvicz*, aliiſque ſuperiùs allatis nominibus honeſtabantur; noſtrâ quoque memoriâ *Libſſteinskŷ, Krakovvskŷ &c.* dicuntur. *

M. 4. Dieczin.

Erectio Altaris Corporis Chriſti in Eccleſia Parochiali Civitatis Dieczin ab Joanne

anne de Wartemberg Domino in Dieczin. 1407. die S. Procopij cum additamento quodam discreti Viri Friderici de Wartemberg de Theczin *Presbyteri.* Kbel confirmat 20. Julij.

de Wartemberg.

* Ut in reliqua Germania hâc ætate, sic etiam in Bohemia plurimi ( quod gloriosum esse, nemo prudens negaverit ) ex Illustribus familijs consecrabantur Sacerdotes, ut hoc loco *Fridericus de Wartemberg.* *

Monast. S. Annæ Prag-

Wissehrad;

Instrumentum super communitate ( Obecz ) villæ Krzessicz. in ea villa fuerunt censuales Religiosarum Priorissæ, & Conventûs Monasterij *S. Annæ* in maj. Civit. Prag. Munitionem in eadem villa Krzessicz Jure Emphiteutico à Domino Præposito, Decano, & Capitulo S. Petri Wissehradensis tenebat Simon pannicida Civis maj. Urbis Prag. hæc omnia facta sunt ad requisitionem famosi Joannis Dubczonis de *Dubecz* Armigeri dictæ Diœces. Gubernatoris, & Honorabilium Virorum D. Joannis dicti Sadlo de Smilkovv Præpositi Ecclesiæ Omnium Sanctorum in Castro Prag. & Nicolai Ubaldini Canonicorum S. Petri Wissehrad. præsente famoso Przibicone de Malessicz &c. 23. Iulij.

Cives Prag. Privilegio bona terrestria possident.

* *Simon Pannicida.* pannificem, vel pannorum scissorem, ùt vocamus, intelligere oportet. habebant verò Cives Pragenses, utì & quædam aliæ Urbes Privilegium jam inde à Carolo IV. concessum, ut bona terrestria possidere illis liceret. Notandum & illud hoc loco, omnes propè *Collegiatas Ecclesias* per Bohemiam munitionem aliquam habuisse, in quam calamitosis temporibus belli, & pestis recipere sese, ac sua servare possent *Archiepiscopus, & Ecclesia Pragensis* complures arces munitissimas habuit, ùt *Helffenburgum* ad Raudnicium, aliáque plura; Ecclesia Boleslaviensis Castrum *Podiebuss, aliud Helffenburgum* ad Prachaticium Præpositus Wissehradensis, *Krzessicz* Capitulum ejusdem Ecclesiæ, idémque est de alijs, ut in Bohemia non modò dives, sed etiam armata, & bene munita esset religio, si mens non læva fuisset *Archiepiscopi Conradi, & Regis ignavi.* *

Colleg. Ecclei. munitæ habebant.

M. 5. Eccl. S. Nicolai in p. parte Prag.

*Erectio Altaris SS. Ioannis Baptistæ, & Ioannis Evangelistæ, & S. Dorotheæ Virginis in Ecclesia Parochiali* S. Nicolai *Minoris Civit. Prag. à Cive Laurentio Naroznik, & Svvata ejus conjuge. Facultas Cæsaris Wenceslai* 1407. 9. *Iulij Regni Bohem.* 45 *cum licentia famosi Viri D.* Sigismundi de Orlik, *Subcamerarij Regni Bohemiæ* 1407. 29. *Iulij.*

Cives sine scitu Regis fundare nil poterant.

* Hoc erat antiquis Bohemiæ legibus cautum, utì Civium nemo *sinè Regis* licentia donationem majoris momenti, vel commutationem vel fundationem, vel debita facere posset; sed opus erat contractum a Cæsare ipso, vel à *sub-Camerario* Regni confirmari, quod ex his Erectionum libris manifestè colligimus. *

M. 6. Lomnice.

*Donatio omnium bonorum suorum, scilicet agrorum, laneorum &c. pro Ecclesia Parochiali in* Lomnicz *ab honesta Matrona Helena relicta Marssiconis de Luzecz in Ienczicz residente* 1407, *Iulij.*

M. 7. Zvvolynavves.

*Donatio* 10 *Sexagenarum censûs pro Eccles. Parochiali in* Svvolynavves, *ut Plebanus Vicarium alere teneatur in Districtu Slanensi adhuc secundum, nam antè unus erat. à Nicolao Presbytero.* 1407. x. *Decemb.*

M. 8. Eccl. S. Apollinaris Pragæ.

*Nobilis Vir Przibico dictus* Schip de Sschelmberg, *Prag. Diœces. residens in Borssicz Olom. Diœces. donat.* 10. *sexag. censûs perpetui in villis, quas Nobilis Vir D. Herbordus* Kolovvrat *residens in Koczovv possidet, conscio Nobili Viro D. Henrico Sselmberg, residente in Kravvihora donat D. Dominico de Budvveis Canonico S. Apollinaris in Praga. confirmat Ioannes Kbel.* 1406. 3. *Ianuarij.* pro Ecclesia S. Apollinaris.

M. 9. Libicz.

Translatio Agrorum Ecclesiæ in *Libicz* villa, & Monasterij Brzeunoviensis. & frater Rivvinus Plebanus Ecclesiæ in *Libicz*

Stara.

Donatio certorum librorum ( qui ibi numerantur omnes M. S. ) Ecclesiæ Parochiali in *Stara* testamento relicti à Nicolao Plebano ibidem, qui semper debeant penes illam Ecclesiam servari. confirmat Ioannes Kbel. 1407. 3. Augusti.

Erectio

M. 10. Cœn. Teplicense.

Erectio Altaris in honorem decem millium MM. & SS. undecim millium Virginum in *Monasterio Teplicz* per Petrum de Percz Dominum in Iſſmberg, & Petrum Miliczovves pro tunc Burgravium Caſtri Pontenſis, de licentia Venerabiliū, & Religioſarum in Chriſto devotarum Domicellarum Margarethæ Abbatiſſæ, & totius Conventûs *Monaſterij S. Joannis Baptiſtæ Sanctimonialium in Teplicz*. 1407. feria 4. poſt feſtum D. Jacobi. confirmat Joannes Kbel Reverendiſſimi D. Sbinkonis Vicarius. 1407. 14. Auguſti.

* Satis aptè in *Teplicz* ad aquas calidas Cœnobium Virgineum erectum fuit ſub titulo S. Joannis Baptiſtæ. *

N. 1. Canon: Pragenſes.

Ordinatio & diſpoſitio cum ratificatione D. Archiepiſcopi Pragenſis in Decanum, Canonicos, & Capitulum ex una, & Altariſtas Eccleſiæ Pragenſis parte ex altera ſuper Panibus. Enumerantur Canonici: Venerabiles Viri Bohuslaus Decanus, Joannes Maleſſicz Scholaſticus, Zdiſlaus dictus Canis Præpoſitus Omnium SS. Franciſcus Præpoſitus Boleſlavienſis, Vitko de Czernczicz, Wenceslaus de Radecz, Beneſſius de Chobolicz, Wenceslaus Knobloch, Blaſius dictus Lupus, Andreas de Gevvicz, Adam de Nezeticz, Joannes Kbel, Wenceslaus de Miza, Jaxo dictus Ginoch, Andreas de Pelhrzimovv, Wenceslaus de Olomucz, Zdenko Chraſt, Stephanus de Stankovv, Velislaus de Bor, Nicolaus Sſiſka, Joannes Moravus, Jacobus de Praga, & Nicolaus Henzlini Canonici, totúmque Capitulum Eccleſiæ Prag. capitulariter congregati. pòſt enumerantur Altariſtæ: S. Jacobi Majoris. S. Michaëlis. S. Eliſabeth. S. Andreæ. S. Matthæi. S. Dorotheæ. S. Chryſogoni. S. Lucæ. S. Ottiliæ. S. Dorotheæ ſecundò. Omnium Sanctorum. S. Alexij. SS. Simonis, & Judæ. S. Wenceſlai. SS. x. millia MM. cujus fuit Altariſta Slavata, Corporis Chriſti, cæterorúmque Altariſtarum Eccleſ. Prag. Determinatur, ut omnes *Altariſtæ*, quicunque ſunt Magiſtri in Sacra pagina, Doctores Juris Canonici, & Civilis, ac Medicinæ, nec non Magiſtri in artibus, cæteríque actu in ſtudio Prag. generali in qualibet licita facultate, & in dicto ſtudio Privilegiati, æqualiter cum *Vicarijs Canonicorum* ſeptem panes albos ad inſtar panum Canonicorum dictæ Prag. Eccleſ. ſingulis ſeptimanis percipiant, ſicut Canonici 14. panes ſingulis ſeptimanis percipiunt. Item ut interſint die Dominico Proceſſioni, & alijs diebus Solennibus *induti Religione*. Volumus etiam, ut *Altariſtæ non Studentes* minimum quatuor diebus in Septimana interſint Miſſæ Conventuali; ſi uno die quis non interſit, careat uno pane, ſi duobus, duobus; ſi tribus, tribus; ſi quatuor diebus, careat omnibus panibus in ſeptimana. Hæc omnia confirmat Zbinko Archiepiſcopus An. 1407. 22. Julij. præſentibus honorab. & circumſpectis Viris D.D. Magiſtris *Ioanne Hus de Huſinecz*; Petro de Stupna, Petro de Tynhorſſovv Capellano noſtro, Nicolao de Znoyma, & Nicolao Syſel de Trzebon.

Altariſtæ in Eccl. Prag.

Vicariorum leges.

Joannes Huſſius.

* Vide mihi ex his literis Majeſtatem Metropolitanæ Pragenſis Eccleſiæ! pleríque ex Canonicis (qui 23. enumerantur) *Equeſtri*, aut etiam Procerum ex Ordine nati. ut de Maleſſicz, Zdislaus Canis, de Czernczicz, de Radecz, de Chobolicz, Knobloch, Gevvicz, Nezeticz, Kbel, Ginoch, de Chraſt, Slavata, pluréſque alij de quibus mihi ob antiquitatem non conſtat. Tota hæc ordinatio, & diſpoſitio concepta eſt in favorem Clericorum id temporis in *Univerſitate Pragenſi* literis ſtudentium. *Induti Religione*, ſignificat in ſuperpelliceo, ut ex pluribus locis patet. *

Neprobilicz

*Donatio decimarum pro Eccleſia Parochiali in* Neprobilicz *à famoſo Viro Ioanne dicto Pſyk armigero, reſidente, & Patrono Eccleſiæ ibidem in Neprobilicz. Sed poſtea ſunt remiſſæ hæ decimæ. 1407. 10. Aug.*

N. 2. Tachovv.

*Erectio Altaris S. MARIÆ in Eccleſia Parochiali S. Wenceſlai in* Tachovia. *à famoſis Viris Paulo, & Alſſone fratribus germanis de Sumirz. confirmat. 1407. 2. Decemb.*

Erectio

Erectio Altaris SS. Petri, & Pauli Apostolorum, & S. Justinæ in Ecclesia filiali in *Nemotz* Ecclesiæ Matricis superioris in Montibus Cuttnis à Cive census 1308. confirmat 1407. 6. Julij. N. 3. Cuttna.

Donatio 7. sexag. pro Ecclesia Parochiali in *Genin* à D. Joanne Rectore ejus, pro salute animæ suæ, ac Wlassconis fratris sui carnalis, & indivisi de Kruh residentis in Gindrzichovicz. 1407. 4. Octob. N. 4. Genin.

Pro Ecclesia Parochiali in *Nechanicz* donatur unus laneus; donat famosus Vir Wlasczek natus Stiborij de Nechanicz, armiger Prag. Diœc. ut teneatur secundus Vicarius ultra unum Vicarium ab antiquo teneri consvetum in eadem Ecclesia. 1407 5. Octob. N. 6. Nechanicz. duo Vicarij.

Erectio Altaris S. Catharinæ in Ecclesia Parochiali in *Antiqua Plsna* à D. Blazkone Plebano Ecclesiæ S. MARIÆ in Antiqua Plsna, & Altarista SS. quatuor Doctorum in Ecclesia Prag. & Ulrico de *Ledkovv* armigero Prag. Diœc. 1407. ultimâ Septemb. N. 7. antiqua Plsna.

Erectio Altaris S. Gothardi in Eccles. Paroch. *Zbraslavicensi* à D. Frenczlino Rectore ibidem de consensu, & voluntate Nobilium Virorum Nicolai, & Alssonis fratrum dictorum *Kolovvrat de Zbraslavvicz*, confirmatio à Zbincone Archiepiscopo petitur. confirmat Kbel. 1407. 18. Octobr. N. 8. Zbraslavv: Kolovvrat.

Instrumentum super donationem unius sexag. groß. pro Ecclesia Paroch. in Myssenecz ab honorab. Viro D. Hincone de Klokoczin Canonico Præbendato Ecclesiæ S. Apollinaris. 1407. 27. Octobr. N. 10. Missenecz.

Dotatio Altaris S. Procopij in Ecclesia S. *Nicolai maj.* Civit. Prag. à Cive 1407. die S. Lucæ. O. 1. S. Nicolaus Pragæ.

Erectio Altaris SS. x. millium in Eccles. Parochiali S. Petri in *Lukavvicz* inferiore à famoso Viro Joanne dicto Lukava, vel Lukavvicz armigero residente in superiore Lukavvicz pro novo Capellanatu erigendo. facit id cum consensu Wenceslai Regis. Item consensu amicorum famosi Viri Busskonis de Puczlicz. 1407. 27. Decembris. O. 3. Lukavvicz Capellanus.

* Hæc Pietas, quæ hisce literis continetur, attribui debet majoribus illustris Equitum prosapiæ, qui hodiéque supersunt apud Bohemos, & *Lukavvsky* dicuntur. *

Concordia cum Joanne Plebano Ecclesiæ in *Havvran* ex una, & Grimualdo de Brasskovv tutore Orphanorum bon. mem. Litoldi de Blazim ex altera, ratione Decimarum Ecclesiæ. 1408. 18. Junij. O. 5. Havvran.

Commutatio cujusdam prati Ecclesiæ Parochialis in *Ohnisstian* cum prato famosi Viri Benessij de Schaplava armigeri. 1407. 19. Novemb. O. 6. Ohnisstian.

Pro Altari S. Nicolai in Ecclesia S. *Nicolai* major. Civit. Prag. transferuntur census ex una domo in aliam, confirmante Joanne Kbel. 1407. 7. Decemb. O. 7. S. Nicolaus Prag.

Constitutus personaliter coram nobis Religiosus Vir Frater *Ulricus professus Monasterij S. Clementis in Praga*, Ordinis Fratrum Prædicatorum, *Præpositus Monasterij S. Annæ* in Ugezd Prag. petit confirmari censum annuum 2. sex. à Petrzicone carnifice institutum, filiæ suæ Bietcæ nomine. 1408. 7. Januarij. S. Clemens Pragæ.

* Nemo hoc loco ob carnificis nomen subsistat: Lanionem carnificis nomine illud sæculum intelligebat. *

Wenceslaus de Blahoticz Plebanus Ecclesiæ in *Usk (civitate super Albea* S. MARIÆ Virg. pro Ecclesia sua comparavit census annuos 5. groß. super villis quibusdam in ditione Nobilium Virorum DD. Joannis de *Wartemberg* Domini Castri *Warta*, seu *Dieczin*, & Sigismundi filij ipsius. recitantur eorundem literæ Bohemicæ. 1408. 1. Januarij datæ, confirmantur à Joanne de Duba Canonico Ecclesiæ S. Georgij in Castro Prag. in absentia Ven. Viri Magistri Joannis Kbel Decretorum Doctoris, Canonici Eccl. Prag, Vicarij in spiritualibus. 1408. 9. Januarij. Austa ad Albim. de Wartemberg. Warta seu Dieczin.

* Ex hoc loco habemus, unde *Wartembergici* Proceres (qui priùs Domini de *Ralsko* dicebantur) postea ædificato Castro *Wartâ*, seu *Dieczin*, Domini de *Wartemberg* cœperint appellari; unde gratis (ùt opinor) Wartembergici nominis origo extra Bohemiam quæritur, cum *Wartam* ipsam, & *Wartemberg* in Bohemia manibus teneamus. *

O. 8. S. Stephani Pragæ. Translatio unius sexag. ad Altare S. *Bartholomæi* (in Ecclesia Parochiali *S. Stephani in Ribniczka* Pragæ) pertinentis, ex una domo in aliam. confirmatur ab Joanne Kbel 1408. ultim. Jan.

O. 9. Kmetinavv: Concordia inter Joannem Præpositum, & Conventum Monasterij Canon. Regul. S. Augustini in Raudnicz ex una, & Plebanum Ecclesiæ in *Kmetinaves* ex parte altera, ratione Decimarum illi Ecclesiæ debitarum. Pragæ 1408. 3. Febr.

O. 10. Pro Vicario alendo, & lampade apud *S. Stephanum in Ecclesia Parochiali* in muro antiquæ Civit. Prag. in Altari B. M. Virginis gloriosæ, ab Anna relicta olim Pesliconis balneatoris, qui omnia bona sua legavit in pios usus, & ad alendos pauperes 1405. confirmantur 1407. 15. Septemb.



# ERECTIONUM
## VOLUMEN OCTAVUM.

A. 1. Chomuticz. Donatio duarum sexagenarum pro Ecclesia in Chomuticz, à famoso Viro Martino de *Chomuticz*, Armigero Prag. Diœc. Joannes Kbel Decretorum Doctor, Canonicus Pragensis Ecclesiæ Sbinkonis Archiepiscopi Vicarius generalis confirmat. 1407. 12. Decemb.

Hrzan vel Horzan. * Equites de Chomuticz, vel Homuticz, ab eadem cum Hrzanijs, vel Hersanijs de Harasovv, vel Harras origine descendunt, ùt in Stemmatographia probabimus, si vitam Superi concesserint, proinde hæc donatio, quæ adfertur, Herzaniorum nobilissimæ stirpi adscribatur oportet. *

Niemczov: Concordia inter Plebanum Ecclesiæ in Nemoyczeves ex una, & famosum Virum dictum Joannem Kule de Chotecz armigerum ex altera, ratione decimarum in villa Popovvicz.

Liborzicz. Walkaun. Donatio quarundam rerum, & fumalium pro Ecclesia Parochiali in Liborzicz à famoso Viro *Walkaun de Liborzicz*, Patrono, & collatore ejus Ecclesiæ. 1408. ultimâ Decemb.

Marquard. * Utraque illustris familia, quæ in binis hisce literis nominatur, apud nos perennat; nam *Kule*, vel *Kaule* (ùt alibi probavi) *Marquardij* ob globi igniti insignia dicebantur; *Walkaunij* verò hodiéque suum retinent nomen. *

Austa ad Albim. Fundatio, ut canatur quotidie *Salve Regina in Ecclesia Parochiali in Usk* super Albea, à quadam Vidua Cive. 1408. 9. Januarij.

A. 2. Luky. Permutatio censûs 5 sexagenarum grossorum pro *Ecclesia Parochiali in Luky.* mentio Zoffcæ olim Wenceslai de Ledecz, nunc verò armigeri de *Luky*. 1408. 20. Januarij.

A. 3. Cœn. Litomericij. Pro Monasterio S. Michaëlis in Litomerzicz Ordinis Fratrum Prædicatorum una sexag. censûs promittitur à famoso Viro Andrea dicto Dub de Wlassim armigero Pragensis Diœc. 1408. 24. Januarij.

Ecclesiæ

Ecclesiæ in *Skalsko* donat certos agros *Alsso de Duba*, residens in *Drazicz Nobi-* A. 4.
*lis Dominus*, hâc lege, ut Plebanus bis in anno duos capones ( in festo S. Galli, & S. Skalsko.
Georgij ) *Alssoni* præsentet. confirmat Joannes Kbel. 1408. 13. Febr.

* *Nobilis Domini* titulus, ùt jam sæpe monui, in his *Erectionum Libris*, Proce-
rum ( quos hodie, non satìs propriè, Barones dicimus ) statum ( Panský Staw )
ostendunt; igitur vel ad Berkas, vel ad Mraczkios Proceres, hujus Fundationis glo-
ria pertinebit, cùm & hi & illi de *Duba*, aliquando de *Dube* appellati legantur. *

Erectio Capellaniæ Altaris SS. Trinitatis in *Ecclesia S. Nicolai* in foro pullorum S. Nicolaus
majoris Civit. Prag. à quadam vidua. 1408. 23. Febr. Pragæ.

Pro Ecclesia in *Albenicz* unum quartale lanei agrorum ab homine ex Albenicz. A. 5.
1408. 9. Martij. Albenicz,

Pro Ecclesia *Parochiali in Rziczan* media sexagena grossorum censûs annui ab Rziczan.
*Habardo de Rziczan armigero* & Catharina Conthorali ipsius. 1408. 10. Martij.

Pro Altari SS. Petri, & Pauli Apostolorum in Ecclesia S. MARIÆ *ante le-* A. 6.
*tam Curiam* Majoris Civit. Prag. 6. sexagenas grossorum censûs. à Civibus. 1408. 8. Tein Pragæ.
Martij.

Translatio censûs Capellaniæ in *Zbraslavvicz* de villa Malovid, ad villam Hra- Zbraslavv.
nicz, factæ, & fundatæ priùs à bon. mem. Nicolao dicto *Kolovvrat*, aliàs de Zrucz; Kolovvrat.
nunc Nicolaus, & Alsso fratres germani, dicti *Nicolai* Fundatoris filij, eum aliò trans-
ferunt. 1408. 10. Martij.

Donatio quinque sexagenarum censûs annui pro Ecclesia in *Stara* à Paulo de A. 7.
*Jenczenstein*, nunc residente in *Stara*, & Joanne filio ejus de ibidem. 1408. 10. Stara.
Martij.

* Jam sæpe monui, *Castrum Stara*, aliàs in manuscriptis codicibus *Skara* etiam deGeneczen-
( nisi librariorum subsit error ) appellari. natus est in *Skara* Castro ad Auvval *Arne-* stein.
*stus I.* Archiepiscopus Prag. ùt in ejus vita diximus. *

De decimis *Ecclesiæ Czernczicz*, declaratio inter Plebanum ejus Ecclesiæ, & No- A. 8.
bilem Virum D. Ulricum, & Matrem suam ibidem de *Czernczicz*. 1405. 2. Jan. de Kaczovv
approbatum 1408. 12. Martij.

Donatio medij lanei agrorum pro Ecclesia in *Krzeczhora* à Cive Pragensi 1408. A. 9.
12. Martij. Krzeczhora.

*Pro Ecclesia in Welessin.* Nobilis Domini Benessius, & Joannes de *Welessin* ger- Telessin.
mani fratres, erigere constituerant Capellanias ibidem, ut Vicarij duo à Plebano ale-
rentur; hanc ultimam voluntatem executi sunt Nobiles Domini Petrus, & Jodo-
cus Fratres uterini de *Rosenberg*, consanguinei prædictorum Dominorum. quia verò
illi Vicarij nimijs oneribus fatigabantur, Henricus de *Rosenberg* onera illa mitigat.
1416. Martij.

* Conjecturam nostram de Familia Dominorum de *Welessin* jam alio in loco
superiùs attulimus. *

Donatio 45. grossorum censûs perpetui pro Altarista Altaris S. MARIÆ, & Janovv.
S. Crucis in *Ecclesia Parochiali in Janovv* à Nobili Domino Alssone de *Sselmberg* ibi- de Sselmb:
dem. 1408. 13. Martij.

Pro *Ecclesia in Novosedl* una sexag. censûs à famosis Viris Otticone de Bratrze- A. 10.
necz, Joanne de Rabstein, & Litholdo de Hradek, aliàs de Ratiborz armigeris. Novoseld.
1408. 13. Martij.

* Familia de *Rabstein* in Bohemia perijsse videtur, licèt in Misnia perseverare de Rabstein
dicatur; Equites de *Hradek*, & *Ratiborz* hodiéque supersunt, *Marquardij de Hradek* Marquard.
cognominati. *

B. 1. Bezno. — Donatio medij lanei pro *Ecclesia Parochiali in Bezna* à ſtrenuo milite Cztiborio dicto *Czepicz de Libiſs.* pro anima ſua, ac ſalute Patris ſui Pauli dicti Czepicz. &c. 1408. 20. Martij.

Bzensky. — * *Libiſſ*, vel *Libuſſ*, Equites ſunt *Bzenskij*, Patroni Eccleſiæ *Bezneuſis*, quod ſatis eluſceſcit ex T. 1. K. 6. *

B. 2. Cœn: Inſul: — Albertus Divinâ Providentiâ *Abbas Inſulenſis*, Ord. S. Benedicti Prag. Diœc. emit quædam bona pro Monaſterio, ſcilicet ex 400. & tribus ſexag. quadraginta ſexagenas groſſorum pro Monaſterio ſuo. 1408. Sabbato ante Dominicam Lætare. quæ omnia approbat *Sbinko* Archiepiſc. 9. Aprilis.

B. 3. Zitonicz. Suchdol. — Quidam Vinitor liberè donat decimas vineæ ſuæ, *Eccleſia in Zitonicz.* 1408. 26. Aprilis.

*Eccleſiæ Parochiali in* Mlyn, *& alteri Parochiali Eccleſiæ in* Suchdol 8. *ſexag. groſſorum annui cenſûs donantur à quodam diſcreto Viro Mathia de* Przibenicz. *confirmat id Henricus de* Rozmberg, *& filius ejus Petrus. 1406. confirmatum 1408. 26. April.*

B. 4. Mieſtecz. — *Pro Capellania in* Mieſtecz *una ſexag. groſſorum cenſûs à famoſo Viro Bernardo de* Berunicz, *Armigero Prag. Diœc. 1408. 26. Aprilis.*

B. 5. Lukawnicz. de Lhota. — *Silva donatur Eccleſia S. Petri in inferiore* Lukavvicz *à famoſo Viro Joanne dicto Holub de* Lhota, *pro animabus Viti Patris, Budcza Matris, Margarethæ Mangetæ Gallo Petro, & alijs prædeceſſoribus. 1408. 28. April.*

B. 6. Slatina Capellania. Decanus Giczinenſis. — Famoſus Vir Nicolaus de *Brzeſſtian* armiger, fundavit *Capellaniam in majore Slatina* Eccleſiæ Parochialis An. 1404. teſtes Gregorius Decanus Giczinenſis in Zeleznicz &c. confirmatum 1408. 28. Aprilis.

* Ex hoc loco apparet, quæ olim ratio fuerit *Curati Giczinenſis*: titulum enim ferebat *Decani Giczinenſis, ſed in Zeleznicz* reſidebat Curatus, velut Crumlovij Parochus reſidebat, idémque erat Archidiaconus Bechinenſis. Porrò Slatina pagus eſt ad Milczovves. *

In Hrzedl Vicarius. — Concordia inter Plebanum Eccleſiæ in *Hrzedl*, aliàs *Rzeunic zovv*, & inter Incolas villæ. Plebanus tenetur alere Vicarium. 1408. 21. Martij.

B. 7. Cœn. Bechinenſe. — Famoſus Marſſico de *Jaroſlavvicz* armiger, donat tres ſexag. groſſorum cenſûs, Religioſis, Gvardiano, & conventui *Monaſterij in Bechina*, Ordinis Fratrum Minorum, & ſignanter Fratri *Theodorico Monaſterij* illius profeſſo, & cui ille in vita, vel poſt mortem deputaverit. 1408. 1. Maij.

Lhota. — Wenceslaus olim Plebanus *Eccleſiæ in Lhota*, donat eidem Eccleſiæ duas ſexag. groſſorum. cenſûs annui. 1408. ultimâ April.

Cœn. Inſulanum. — Strenuus miles Joannes Kyka de Dehorovvicz legaverat *Monaſterio Inſulano* Ordinis S. Benedicti cenſum 70. groſſorum; hunc ſe debere in bonis ſuis fatetur famoſus Vir Hrocho de *Marſonicz*, reſidens in Trzemſſin pro anima dicti Joannis, & progenitorum ſuorum. 4. Maij. præſentibus Martino Confeſſore Monialium *Monaſterij S. Georgij in Caſtro Pragenſi, dicti Monaſterij in Inſula profeſſo &c.*

Trzemſſin. Confeſſarius Cœn. S. Georgij. — * Caſtrum *Trzemſſin* vetuſtiſſimum, primitus tenebatur ab Illuſtriſſimis Bivogij poſteris, qui Leones, apros, & Lepores gerebant in Clypeo, quorum ramus certus de *Trzemſſin* ex ejus Caſtri nomine dicebatur, ùt diſcimus ex Hagecio. Ex Titulo F. Martini profeſſi Ord. S. Benedicti in Inſula apparet; Virgines S. Georgij habuiſſe ex Ordine ſuo Confeſſores, quod Privilegio immutatum eſt. *

B. 8. Porta Apoſtolorum. — Venditio decem ſexagenarum cenſûs per Abbatem, & Conventum in *Porta Apoſtolorum* pro Anna relicta Peſoldi aurifabri de Praga. Nos Joannes Abbas, Georgius Prior, Petrus Supprior, Andreas Præpoſitus, Nicolaus Pitanciarius, Simon, & Martinus Cantores, Procopius Harbardus, Gotthardus, Joannes, Buſsko, Joannes Niemeczek, Bohuslaus, Wilhelmus, Nicolaus, Bohuslaus, & Albinus fratres profeſſi, totúſque Conventus Monaſterij S. MARIÆ in *Porta Apoſtolorum* Ord. S. Benedicti &c. 1408. feriâ 3. poſt Lætare.

Pro

Pro Ecclesia in *Krzinecz* una sexag. census à D. Benessio, aliàs Beneda Sacristano Ecclesiæ Wissehradensis suo, & Zdomonis de *Zitovvlicz* fratris sui nomine. 1408. 27. Aprilis. Krzinecz. Beneda.

Pro *Ecclesia in Wsseborsko* una sexag. grossorum census à Discreto Viro Dobessio dicto *Hrzan de Ugezd* aliàs de *Chlumin*, quæ villa ad eum pertinebat. 1408. 28. April. Wsseborz Herzan.

Census duarum sexag. in villa *Cbab* super Hanusskonem de Stodolek Armigerum Pragensis Diœcesis pro Canonicatu *S. Apollinaris* in Praga. 1408. 9. Julij. B. 9. S.Apol.Prag

Una sexag. census pro *Ecclesia S. Ægidij* in Praga à Civibus. confirmat Joannes Kbel, Canonicus Præbendatus Ecclesiæ Prag. Vicarius Archiepiscopi Sbinkonis &c. 1408. 5. Maij. B. 10. S. Ægidius Pragæ.

Translatio census duarum sexagenarum pro Altari S. Dorotheæ in Ecclesia S. *Petri in Porzicz*, Pragæ à Civibus. 1408. 7. Maij. S. Petri in Porzicz.

Permutatio certorum censuum pro Monasterio *Brzeunoviensi*, & Divissio ibidem Abbate, cum D. Joanne Altarista S. Margaretæ in *Ecclesia S. Castuli*, 1408. 17. April. S- Castulus Pragæ.

Erectio *Capellæ in Eremo* in Silva Bohemica prope Dessenicz in honorem S. *Cunegundis*, à Nobilibus Bohuslao, & Raczkone fratribus de Janovvicz, residentibus in Rissmberg, Eremum illam incolenti D. Mathiæ de Wzniatek census illi erant in Oppido Kdyna, & Eremita Sacerdos. 1488. 5. April. C. 1. Eremus S. Cunegundis

* Multas, & toto cœlo diversas Equitum, *Dominorum de Janovvicz* in vetere Bohemia stirpes invenias, ùt pridem dixi, & in Stemmatographia Bohemiæ probatur; adeò, ut dubitare posses, quales hoc loco Ianovicij intelligantur; Barones esse oportebat, ùt qui *Nobiles Viri* appellentur; ergo vel ex *Nachodiorum* gente, qui Leonem gestabant in Clypeo, vel eorum, qui *Romulum, & Remum cum Lupa* præferebant, de quibus in Privilegijs Regni fit mentio. * Dominij de Janovvicz.

*Donatio* Ecclesiæ Parochialis in Blizebedl, *ut Plebanus Vicarium alere teneatur ab honesta Matrona Prziba, relicta Georgij dicti Mnichovecz, quondam de Stranni.* 1404. 10. *Maij.* C. 3. in Blizebedl Vicarius.

*Fundatur Missa de B. V. quotidie canenda à* Fratribus in Monasterio Brzevnoviensi, *& assignantur certæ pecuniæ inter fratres dividendæ. Fundat Divissius loci Abbas, cum scitu* Gregorij Papæ, *& Sbinkonis Archiepiscopi*; Gregorius Pontifex vocat hoc Monasterium Ecclesiæ Romanæ immediatè subjectum, *& Divissium invenisse Monasterium maximis debitorum oneribus aggravatum, & quasi omnia bona ipsius abalienata, eáque non sinè magna parentum, & consanguineorum suorum patrimonij diminutione recuperâsse, ac redemisse, & maximè hujusmodi patrimonio Libus, & Ugezdecz villas cum suis Juribus, & pertinentijs universis pro Monasterio comparavisse. &c. Pontificatûs nostri anno primo. Idem habent* Sbinkonis *litteræ.* 1407. 29. *Julij.* Cœnob. Brzevnoviens:

Concordia inter Rectorem *Parochialis Ecclesiæ in Hodieticz*, & Portionarium ejusdem Ecclesiæ. In eadem Ecclesia ultra *Presbyterum*, quem Plebanus alit, duo adhuc *Presbyteri* alantur, & *unus Clericus* ultra Clericum priùs teneri consuetum &c. præsentes (qui videntur Patroni fuisse) famosi Viri Bohuslaus dictus Brzekovvecz de Hradek, Busko, & Wolframus de Suchdol, & Albera de Tiehobucz Clientes. 1408. 14. Maij. C. 3. In Hodieticz quatuor Presbyteri, & duo Cler:

*Pro Ecclesia in* Grunavv *ad quid teneatur, fatetur Nicolaus* Panczir de Smoyn *Nobilis armiger dictæ Prag. Diœces. Dicitur* Grunavv *sita prope* Ostraviam *Oppidum, ubi & Zittavia esse Prag. Diœceseos affirmatur. mentio fit Nobilis Domini Henrici de Donin Burgravij in Castro Greiffenstein. hac anno 1387. confirm.* 1408. 17. *Maij.* C. 5. Grunau.

Zittavia in Diœc. Prag.

* De Familia *Pancirziorum* conjecturam nostram jam pridem attulimus; Zittaviam in Diœcesi Bohemiæ sitam, & inter Districtus Bohemiæ censam libro 3. *Miscellaneorum* probavimus; *Burgravij de Donin* ijdem sunt, qui hodie vocantur Comites de Dona. ★

Krzecz.

*Pro Ecclesia in* Krzecz *de decimis à famoso Marssicone dicto Kosten armigero. 1408. 27. Aprilis.*

C. 7.

*Una sexag. census pro Ecclesia in* Mirovicz *à famoso Viro Henrico de Modrzegievvicz. An. 1408. 28. Aprilis.*

Biela.

*Pro Capellania in* Biela *una sexagena census à famoso Viro Welyslao de Mokropes, armigero Prag. Diœc. Patronus verò Ecclesiæ fuit Pavvlico de Mokropes, residens in Mirovvicz. confirmat Kbel. 1408. 18. Maij. præsente Wesselone de Struh armigero &c.*

Klobauk, Raudniciū.

*Concordia cum Plebano in* Klobuk, *& Præposito Joanne, & Conventu Monasterij* Raudnicensis. *1408. 28. Aprilis.*

C. 8. Sobczicz.

*Pro Ecclesia Parochiali in* Sobczicz *una sexag. gross. census, à famoso Viro Martino de Sobczicz, aliàs de Popovvicz.*

Litomericz:

*Pro Ecclesia S. Catharinæ in Nova Capella in Ecclesia Omnium Sanctorum in* Litomericz *una sexag. grossorum à quodam Sacerdote. 1408. 27. Aprilis.*

C. 9. Strahovv. Cœn. Nymburgi.

*Una sexag. census pro Monasterio* Strahoviensi *à famoso Tomasskone de Mantovv Judice in Zlatnik, Armigero Prag. Diœc. 1408. XI. Maij.*

*Duæ sexagenæ grossorum census annui dandi Monasterio in Nymburga Ordinis FF. Prædicatorum. in præsentia Fratris Welyslai Supprioris, ab honesta Domicella Bietka Virgine nata Jesskonis de Ssenkovvavesche. pro anima Jesskonis Patris,* Maře *Matris, Ulrici & Nicolai Fratrum, Offcæ, & Dorotheæ Sororum, in villa Stakor est census. 1408. 1. Junij.*

C. 10. Cœn. S. Georgij Reginohrad:

*Famosus Vir Joannes de* Obidovicz, *armiger Pragensis Diœcesis, donat 6. sexag. grossorum census annui honorabilibus, & Religiosis Domicellis Priorissæ, & Conventui* Monasterij S. Georgij, in suburbio Grecensi *Ord. FF. Prædicatorum quamdiu vixerit Domicella* Agnesca *nata bonæ mem. Nobilis Joannis Crussinæ de* Lichtemburg, *dicti Monasterij, & Ordinis professa; quâ obeunte, ipse Joannes & hæredes ejus ab omni censu erunt liberi. 1408. 7. Junij.*

* De hoc Cœnobio Virginum in suburbio *Reginohradecensi*, nullam in ulla historia reperies memoriam, sed cùm in *Erectionum Libris* ista legantur, quis, oro, tam perfrictæ frontis, qui ausit negare? ★

Cœn. Virg. Reginohradecium.

*Pro Ecclesijs Zeleznicz, Konczicz, & Zizelicz tres sexagenæ annuæ à famoso Viro Gallo de Czidlina armigero, ex dispositione honestæ Matronæ Lidæ relictæ Marquardi de* Lissicz, *residentis ibidem in* Czidlina. *1408. 7. Junij.*

de Cydlina.

* Equites Nobilissimi de *Cydlina* Gallum ferebanr in Clypeo; de quibus in Stemmatographia; nonnulla etiam attulimus in Tabula Genealogica *Kapauniorum*, quam in Epitome nostra historica proponimus. ★

Wratkovv. V. Boleslav:

Locatio villæ *Wratkovv* à Jaxone Decano, & Capitulo Boleslaviensi. 1401.

D. 1.

Media sexagena census pro Ecclesia in *Trzticz* à famoso Viro Wilhelmo de *Orziech*, Armigero, pro anima Benessij sui fratris, Benessij filij ejusdem & Marusscæ Sororis suæ. 8. Junij. 1408.

Tehovv.

*Una sexagena grossorum census pro Ecclesia in* Tehovv, *à famoso Viro Ottikone de* Kyg, *armigero Prag. Diœc. 1408. 3. Junij. Kbel confirmat.*

Kruh.

*Pro Ecclesia in* Kruh, *duæ sexagenæ, cum media grossorum census donantur à Nobili Domino* Berka de Duba *residente in Husska pro anima sua, & progenitorum suorum, & signanter pro anima Rzinkonis ibidem de* Kruh. *An. 1408. 13. Junij.*

Berka.

D. 2. Minores Litomericij.

Donatio unius lanei silvæ Monasterio S. Jacobi FF. Minorum in *Luthomericz* ab Elisabetha relicta famosi Viri bon. mem. Henrici dicti Hermismeister de Pokraticz

kraticz armigeri pro ejus anima, tutores ultimæ voluntatis nominantur: Joannes de Zahorzan dictus *Kamyk* filiaster ejusdem Henrici, Daliborius de *Kozoged* residens in Zaless; Nicolaus tum Guardianus dicti Monasterij. 1408. 13. Junij. de Kameyk.

* Equites de *Kameyk* ad Lovvoscium, patrum nostrorum memoria primùm interierunt. *

Donatio quinque sexagenarum census cum 15. grossis pro *Ecclesia Parochiali in Bezna*, à famoso Viro Mickone nato Machkonis de *Dubravvicz* armigero, pro anima Patris, Aytæ Matris, Hasskonis fratris, & prædecessorum suorum. Anno 1408. 23. Junij. Bezno.

Donatio trium sexagenarum census annui *duobus Presbyteris*, ut quâlibet hebdomade, ubicûque fuerint, Requiem pro ea, & progenitoribus ejus celebrent; dati ab honesta Domicella Bietka, nata Jesskonis de *Ssenkovvavescze*. 1408. 6. Julij. D. 3.

* Novum ecce pietatis genus Majorum nostrorum, ut Presbyteri, ubicunqs eos degere contigerit, Missam pro defunctis legere obligentur, & ad eam rem pretio invitentur. *

Una sexagena census pro D. Hinkone Canonico *S. Apollinaris*, & ipsius futuris, à Cive quadam Vidua. 1404. confirmatum ab eadem 1408. 18. Julij. * D. 4. S. Apollin.

Pronunciatio inter Plebanum Ecclesiæ in *Chvvalkovvicz*, & Joannem Svvab de Chvvalcovvicz armigerum, qui cogitur ad decimas, & alia. pro Svvabo fidejussores: Litko Ssalda de Robus, & Sbinko de Sekrczicz armigeri. præsentibus Joanne Borziczka de Samssyna, & Joanne Kule de Chotcze armigeris. 1408. 9. Junij. Ssvvab de Chvvalkovvicz.

* Equites dicti *Svvab* in Veteris Bohemiæ Nobilitate censebantur, ex quo satis refellitur error novitij cujusdam Scriptoris; Equitum de *Kule* familia quæ fuerit, nuper dixi. *

Donatio 2. sexag. pro Ecclesijs in *Otticz* & *Oldrzichovv* minore à famoso Viro Joanne de *Otticz* armigero Prag. Diœc. pro se, & animabus Wenceslai & Elisabeth fratrum de *Otticz*. 1408. ult. Augusti. D. 4. de Otticz.

Donatio sex sexagenarum census pro Ecclesia in *Ssestlicz* à famoso Viro Nicolao de *Ssestlicz*, armigero Prag. Diœcesis. census apud patrueles Nicolaum, & Procopium fratres de Ssestlicz famosos 1408. 1. Septemb. D. 5. Sieitlicz

Wsseslaus dictus Chod de *Mlazovvicz*, armiger Prag. Diœc. donat medium laneum silvæ, & alia plura, item censum apud famosum Markussonem de Ugezd, Ecclesiæ in Mlazovvicz; præsentibus Benessio Wissiniczka de Mlazovvicz armigero &c. 1408. 21. Julij. D. 6. Mlazovv:

Duæ sexagenæ grossorum census pro Ecclesia Parochiali in *Wylemovvicz* à bonæ mem. Chvvalone de *Wylemovvicz*, cujus testamentum exequitur famosus Vir Andreas de Wylemovvicz armiger Prag. Diœcesis. confirmat Joannes Kbel. 1408. 19. Septemb. Wylemovv:

Agros, & aream quandam &c. pro Altari S. Annæ in Ecclesia S. Georgij ibidem in *Clatovia* donat quidam Sacerdos 1408. 28. Septemb. D. 7. Clatovia.

Tria jugera pratorum donat Ecclesiæ in *Lisskovvicz* famosus Vir Joannes de *Slatin* 1408. 3. Octobr. Lisskovvicz de Slatin.

* Multum operæ posui ante non multos annos (rogatu Illustrissimi Comitis, cui negare nihil possum) ut *Equitum de Slatin* Clypeũ nancisci possem, propterea quòd eos se inter Majores suos numerare diceret, sed in cassum omnia usque in hodiernum diem fuerunt. *

Donatio prati Ecclesiæ in *Chotissan* à famoso Henrico de *Takonyn* armigero Prag. Diœcesis. 1408. 2. Octob. Chotissan.

Pro

Dobrzenicz — Pro Ecclesia in *Dobrzenicz* unam sexag. censûs perpetui in villa Chotiessicz, donat famosus Vir Aldyko de *Radossovv*, armiger Pragensis Diœceseos. signanter pro anima Zdenkonis de *Chotiessicz*. 1408. 2. Octob. postea 1410. census hic translatus est ad bona Joannis de Dobrzenicz.

D. 8. Hradistiè — Translatio trium sexag. grossorum censûs pro *Ecclesia Parochiali in Hradisscz* quem dederat Nobilis D. Joannes de Wlassim pro alendo Vicario. 1408. 2. Oct.

de Wlassim. — * Notissima Bohemis antiquis *Wlassimiorum* Procerum stirps, in Moraviam postea sese transtulit, hodiéque in Moraviæ Nobilitate, licèt mutatis clypeis, numeratur. *

Marssovv: — Donatio unius sexag. gross. censûs, *Ecclesiæ in Marssovicz*, à famoso Viro Ogerio de Radenicz, armigero Prag. Diœces. pto anima Kaczkonis, dicti Ogerij fratris &c. 1408. 4. Octobris. mentio fit famosi Viri Joannis Zahora de Stedebragicz, & Joannis S. Georgij in Castro Pragensi Canonici.

Zahora. — * Zahorarum stirps Equestris; de quorum aliquo, cùm Parochum excœcasset, pœnam talionis sumsit *Carolus IV*. Imperator justissimus, ùt in Dubravio legimus. vetus est versus: *Nocet bonis, quisquis pepercerit malis.* *

D. 9. Kozoged. — Una sexagena groff. censûs pro Ecclesia Parochiali in *Kozoged*, à famoso Viro Przibikone de *Kozoged* armigero de ibidem. 1408. 2. Octob. mentio famosi Ottikonis de *Giczinievves* armigeri.

In Debrnik Vicarius. — Duæ sexagenæ grossorum censùs pro Ecclesia in *Debrnik*, à famoso Viro Joanne dicto Podnavves de Tieptin, residente in Bitovvicz, armigero Prag. Diœcel. pro Vicario tenendo. 5. Octob.

D. 10. Mnissek. — Donatio duarum sexagenarum grossorum pro Ecclesia in *Mnissek* à Plebano ibidem 1408. 5. Octob.

Chomuticz. — Pro Ecclesia in *Chomuticz* unum quartale agrorum à famoso Viro Alberto de Radecz, armigero Pragensis Diœces. 1408. 17. Octob.

de Kadecz. — * De *Radecz* vetusta stirps Equitum in Bohemia hodiéque persistit; gestant palam argenteam in campo, nî fallor, sanguineo. *

Trzebotovv — Pro Ecclesia in *Trzebotovv* media sexagena censûs perpetui. 1408. 23. Oct.

Brodecz. — Pro Ecclesia in *Brodecz* una sexag. grossorum censûs à Molendinatore, in præsentia famosi Viri dicti Horky de Chvvistonos armigeri. 26. Octobr.

E. 1. Rakovvnik. — Donatur Jus Patronatûs Altarium S. MARIÆ, item S. Dorotheæ in Ecclesia Parochiali in *Rakovvnik*, item Ecclesiæ Parochiali in Stranna, inter Cives. A. 1408. 18. Junij.

Trzebenicz. — Pro Ecclesia in *Trzebenicz* 9. sexagenæ censûs ab Oppidanis pro uno Capellano alendo. Joannes Kbel confirmat 1408. 5. Decemb. sub Sbinkone.

E. 2. S. Ægid. Pragæ. — Donatio pro Ecclesia *S. Ægidij* majoris Civitatis Prag. à Cive Vidua. 1408. 29. Octob.

E. 3. Cœn. Launense. — Concordia inter D. Nicolaum Præpositum, & Religiosas Domicellas, Elisabeth Priorissam, & Conventum *Monasterij Monialium S. Annæ prope Lunam* Ordinis S. Augustini ex una, & Petrum Rectorem *Ecclesiæ Parochialis in Dobromirzicz* facta à Magistro Paulo de Janovvicz, Decretorum Doctore, Canonico Ecclesiæ Pragensis. Acta sunt hæc 1393. confirmantur 1410. 18. Augusti.

* De hoc celebri Parthenone, cujus hodie ad Launam nè vestigium quidem superesse videtur, egi pridem in mea historica Epitome; totum ejus Archivum reperitur in *Parthenone Brixiensi*, quod *Zarazense* dicitur: nam Virgines illæ ejusdem cum his Instituti, & Ordinis fuerunt. *

Pro Ecclesijs in *Lithomerzicz* plurima legata à Cive Jodoco Hilbrando. 1408. 2. Maij.

Pro

Pro Ecclesia in *Ogenicz* media sexagena à famoso Viro Marquardo de *Ogenicz.* 1408. 26. Aprilis. E. 5. Ogenicz.

Ecclesiæ in *Sietecz* 70. grossorum Censum apud famosum Jacobum de *Cassiovvicz* armigerum donat Ulricus Decanus Rokiczanensis, Plebanus Ecclesiæ in Sietecz, suo & Joannis filiastri sui armigeri Pragensis nomine. E. 6. Sietecz.

Pro *Ecclesia Parochiali in Nahorzieczicz* unam sexagenam censûs donat famosus Vir *Nicolaus de Lobkovvicz* armiger Pragensis Diœcesis. 1407. 13. Septemb. Nahorzeczicz. de Lobkov:

Tres sexagenas grossorum censûs pro Ecclesia in *Popovvicz* à famoso Viro Hermanno de Hradek, pro animabus Otticonis de *Popovicz*, Milotæ, Manye, & Elisabeth. 1408. 8. Octobr. Popovvicz.

Venditio duarum sexagen. censûs pro *Monasterio in Benatek*, Religiosis Viris Fratribus Domino Adæ Priori, & Conventui dicti Monasterij in Benatek S. *MARIÆ Ordinis de Pœnitentia Beatorum Martyrum*, à famoso Viro Joanne dicto *Sekirka* de Luczek armigero Pragensis Diœc. cum consensu Alberti de Ledecz armigeri. 1408. 12. Novembr. E. 7. Cœn: in Benatek. Sekirka.

Una sexagena grossorum pro Altarista *S. Nicolai in Ecclesia Parochiali in Paczovv* à Sacerdote, in præsentia & super bona Petri dicti de *Hradek* armigeri Prag. Diœc. 1408. 12. Novemb. Paczovv.

Pro Ecclesia S. *Leonardi* majoris Civit. Prag. una sexag. grossorum censûs. à Civibus. 1408. 19. Novembr. S. Leonard. Pragæ.

Pro Ecclesia in *Mirovicz*, una sexag. grossorum censûs à famoso Viro Dobessio Hostiessovvicz armigero, & Anna conthorali. 1408. 21. Novembr, Minovvicz.

Pro Ecclesia in *Bezdiedicz* 2. sex. gross. censûs à famoso Viro Petro de Bezdiedicz in Weska residente armigero, super bonis famosi Viri Jaroslai de *Czeczelicz* ibidem in Bezdiedicz residentis. 1408. 23. Novemb.

Donatio quorundam agrorum *Ecclesiæ Parochiali in Mirossovvicz*, à famoso Vito Czenkone de *Mirossovvicz* armigero Prag: Diœc. 1408. 14. Decemb. Mirossovv:

* Hæc Illustris Equitum stirps ad nostra usquè tempora pervenit. *

Pronunciatio inter D. Petrum Altaristam Corporis Christi in Ecclesia Parochiali in *Przibram* ex una, & Martinum Plebanum, & Communitatem Oppidi in Przibram parte ex altera. condemnatur Altarista. 1408. 14. Decemb. Przibram.

Una sexagena grossorum censûs pro Ecclesia in *Zizovv* à Patrono Ecclesiæ famoso Viro Procopio Armigero ibidem in Zissovv. 1408. 20. Decemb. Zizovv.

Census mediæ sexagenæ pro Altari S. MARIÆ in *Ecclesia Pragensi* à Vidua Zdenkonis de Bladna, fortè *Kladna*. 1408. 7. Decembr. E. 8. Eccl. Prag.

Quatuor sexagenæ censûs à famoso Viro Joanne dicto Lulak de Stakorzecz armigero, pro honorabilibus, & Religiosis Viris, Commendatore, & Priore *Monasterij in Dub*, *Ordinis S. Joannis Hierosolymitani*, signanter pro pietancia Fratrum in dicto Monasterio degentium, sub sigillis famosorum Virorum Jenissij de Odicz, Zdenkonis de Zaluzan, Petri dicti Horky de Chvvistonos, Stiborij dicti Drsltka de Czegeticz, Dobessij Hrzan de Ugezd. 1408. 21. Decembr. Melitensis Commenda in Dub.

* Magni nominis, & notæ fidei fuit hac ætate *Dobessius Hrzan de Ugezd*, cujus autem stirpis fuerit, non liquet: *Hrzan*, sive *Herzan* qui sint, hodiéque scimus, sed de *Ugezd* adscribere non solebant, nisi quis dixerit, hoc postremum nomen à ditione sua *Ugezd* mutuatos; scio alioqui Genisskios de Ugezd, qui diu post hæc sub Mathia Corvino Ungariæ Rege Hradisstij inclaruerunt; hodie inter Barones Regni numerantur. * de Ugezd. Hrzan.

Pro Ecclesia in *Kostelecz* Plebano una sexagena grossorum censûs à Nobili D. Hinkone de *Nachod*, residente in Czerwena hora / pro anima sua suorúmque Progenito- E. 9. Kostelecz ad Aquilam.

genitorum, & signanter pro anima Spaczkonis. *Kostelecz est ad Aquilam prope Nachodium*, ùt ibi dicitur. 1408. 23. Decemb.

Czernohorskij & Czervvenohorskij diversi. * Nachodij, qui *Czervvenam horam* ditione tenebant, *Czervvenohorskij* multo tempore dicebantur; quod, cùm non observâsset *Hagecius*, legistétque in vetustis memorijs *Czervvenohorskium Præfectum Jaromirensis* Urbis, excidio Jaromirij caussam dedisse, & ex calice hæreticorum Equos suos potâsse, pro *Czervvenohorskio Czernohorskij* nomen supposuit, cùm toto cœlo familiæ sint diversæ: Czervvenohorskij enim origine fuêre Nachodij, at Czernohorskij fuêre Bozkovicij illustrissimâ, & nota *Boëmis*, ac præcipuè *Moravis* familiâ. *

Kozly. Pro Ecclesia in *Kozly* una sexagena grossorum censûs ab honesta Matrona Anna, dicta Krabiczovina, relicta Joannis dicti Krabicze de Radczek. Kbel confirmat. 1409. 25. Januarij.

E. 10. Radossovv. Donatio cujusdam prati pro Ecclesia in Radossovicz à Nobili Viro D. Joanne de *Wlassym*. Joannes Kbel confirmat. 1409. ultimâ Januarij.

Obora sub Strahovv. Donatio unius sexagenæ grossorum censûs pro *Monasterio Strahoviensi* à Petro pannifice in *Obora* sub Monte *Strahoviensi* in Praga. 1409. penult. Februarij.

F. 1. Lomnicium. Pro Ecclesia Parochiali in *Lomnicz* ad Giczin ad Altare S. Dorotheæ censu à Joanne, & Benessio Kossik fratribus, residentibus in *Lomnicz*. subscripti Henricus de Wartemberg, residens in *Walstein*, & D. Joannes de Genstein residens in Bradlczy, & Joannes filius ejus. Informator Georgius Plebanus in Zeleznicz Decanus Giczinensis. 1409. 2. Martij.

Waldstein.

F. 2. Chigicz. Duæ sexagenæ censûs pro *Ecclesia Parochiali in Chigicz*, à famoso Viro Marquardo Chigiczka de Chigicz armigero, ex ordinatione Patris sui Joañis. 1409. 2. Martij.

Cœn. Launæ & Litomericij. Famosus Vir Rudigerus de Polensko, donat 2. sexagenas grossorum censûs Religioso Viro Fratri Laurentio dicto Rexa, *Ordinis Fratrum Prædicatorum* professo. Rudigerus fuit armiger Prag. Diœc. residens in Wrssovvicz. post mortem verò Rexæ, dictus census debet persolvi Monasterijs in Luna, & in *Litomericz* Ordinis FF. Prædicatorum pro anniversarijs. pro animabus Petri fratris, & Annæ Uxoris, nec non progenitorum, & præcessorum dicti fratris Rexæ, hoc in *Luna*; *in Lutomerziecz* verò pro animabus Annæ de Mileslovv, Stanislai, ac progenitorum &c. 1409. 2. Martij.

Cœn. in Launa & Litomerzicz.

Wrssovecij & Kaplirzij immixti. * Rudigerum de Polensko suspicor ex gente Caplirziana prodijsse. *Rudigeri* nomen inprimis complures Kaplirzij gessêre; deinde fundatores fuêre Cœnobij *Litomericensis*, cui hîc, mortuo Rexâ, applicatur donatio, & anniversarium pro Anna de *Milessovv*, quam ditionem ab immemorabili tempore Kaplirzij tenuêre; unde *Rudigerum*, & *Rexam* suspicor cognatos, & patrueles fuisse. Manet nihilominus certissimum *Dominos de Skalka* Wrssovvecios fuisse, ut pridem ostendi multis in locis. Vide Volum. VII. G. 3. ubi Rudigeri frater aut fratruelis appellatur *Bussko de Sulevvicz*. in Summa *Wrssovecij in Skalka & Kaplirzij in Milessovv* tam arctè connubijs implexi fuerunt, ut ægre eorum Fundationes distinxeris. *

F. 3. Secz. Pro Ecclesia in *Siecz* 70. grossorum censûs perpetui ab Ulrico Plebano ibidem, & Joanne Filiastro suo. 1409. 18. Aprilis.

* Filiastri nomine filius adoptivus ex usu illius sæculi debet intelligi; quod mille locis, si id nunc ageretur, probari potest. *

de Welhartìcz. Concordia pro Ecclesia Parochiali in *Wilharticz*, petente Nobili Domino Joanne de *Wilharticz*, Patrono Altaris S. MARIÆ Magdalenæ, & S. Dorotheæ An. 1409. 19. Aprilis.

de Welhartìcz. * Proceres de *Welharticz* ex Novodomensium stirpe descendebant, licèt Clypeo Gentili differrent; nam hi *Rosam*, illi coronam inflexam gestabant: ijdem etiam

etiam scriptorum negligentiâ de *Wilhartiez* appellantur, cùm de *Welhartiez* scribere oporteat. *

Famosi viri Benessius natus Joannis Kruvavvczonis de *Benatek* antiquo, hæres, & Stephanus ibidem de *Benatek* donant Monasterio in *Benatek* unam sexagenam grossorum census perpetui pro anima sua, & Margaretæ relictæ dicti Joannis. 1409. 19. Aprilis. F. 4. Cœn. in Benat.

Famosi Viri Marsso, & Thomas fratres de Starkocz, donant tres sexag. grossorum census pro Ecclesia in *Weczemilicz*. 1409. 20. Aprilis. Wecemilicz

Famosus Vir Bernardus, dictus Kostial de Strzezminicz armiger, donat sex sexagenas grossorum census perpetui Monasterio S. Joañis Baptistæ Fratrum Minorum in Grecz Reginæ, & Nicolao Guardiano. Joannes Kbel confirmat. 1409. 20. Aprilis. F. 5. Reginohr. FF. Min.

* Aliquot Cœnobia, (ùt suo loco dicemus) Reginohradecij tam in Urbe, quàm in suburbijs steterunt, Virorum, & fæminarum, *Equitum Crucigerorum &c.* omnia hæc cum pulvisculo (ut ità dicam:) sunt ablata. *

Petrus Horky de Chvvistonos famosus Vir, censum quinque sexagenarum donat pro Ecclesia in Oppido *Hodkovvicz* pro erigenda Capellania perpetua, de bonis in *Chvvistonos*. 1409. 15. Aprilis. postea An. 1410. vendidit eadem bona fratri suo Zdenkoni de *Chvvistonos*, qui fatetur se eundem censum debere. Hodkovvicz deChvvistonos.

Donantur quidam agri Ecclesiæ in *Strziezovv* à famoso Viro Benessio dicto Stradovvecz de Komarzicz, prout ipse emerat à Nobili D. Henrico de Rosmberg, & à Doleno de Pissel, tum Commissarijs Orphanorum bonæ memoriæ D. Wilhelmi de *Landstein*. 1409. 20. Aprilis. Strzezovv. de Landst.

Adam de Nezeticz ipsemet dat unam sexagenam grossorum census pro Ecclesia in *Metliczan* pro anima sua, & progenitorum suorum prope Bydzoviam. 1409. 22. Aprilis. F. 6. Metliczan.

Pro Altari S. Catharinæ in *Ecclesia S. Castuli* in Praga duæ sexagenæ census à quodam Sacerdote. 1409. 22. Aprilis. F. 7. S. Castulus

Una sexagena grossorum census pro *Monasterio S. MARIÆ Fratrum minorum in Benessovv*, & F. Francisco Guardiano, à famoso Viro Stiborio de *Moravecz* Cliente. 1409. 26. Aprilis. Cœn: Benessovij.

Pro Ecclesia in *Palcz* minori una sexagena grossorum census à famoso Viro Joanne, dicto Zubak de Czeradicz. 1409. 20. Aprilis. Palcz.

Pro Ecclesia in Jezna tres sexagenæ census perpetui à strenuo milite Hermanno de Necztin, residente in Buben, pro anima prædecessorum suorum & signanter pro anima Joannis Borkovvicz de Borek. 1409. 20. Aprilis. F. 8. Benedæ Equites.

* Hodieque superstites sunt *Benedæ de Necztin.* *

Pro Ecclesia in *Krzeczovvicz* villa emta à quodam Plebano, cum auxilio armigerorum Petri de *Oseczan*, & Odoleni de Kravvarzovv. 4. Maij. Krzeezovvicz

* Familia Equestris de *Oseczan*, *Eremitam baculo innixum* ferebat in Clypeo, ùt in Epitome historica narravi. * de Oseczan.

Quinque jugera donata pro Ecclesia in *Zhorz*, à famoso Viro Hanussio de *Podkuk* armigero. 20. Aprilis. F. 9. Zhorz.

Pratum pro Ecclesia in *Ohnisstan* à Martino de Smrkovvicz armigero. 20. Aprilis. Ohnisstian

Pro Ecclesia in *Plana* una sexag. census à strenuo milite Henrico de Elsterberg in Plana. 20. April. 1409. Plana.

* Familia illustris de *Elsterberg*, quæ *Planam* ditione tenebat, multis sese Fundationibus Sacris commendavit; an hæc eadem sit, quæ de Seeberg, vel *Zeberg* hodiéque dicitur, ex Stemmatographia nostra patebit aliquando. * de Elsterb. Zeberg.

Kratonoh. Media quarta silvæ donatur pro *Ecclesia in Kratonoh* à famoso Viro Wenceslao de Milczovv armigero. Anno ùt suprà.

Colmanus de Krzikav: Duæ sexagenæ grossorum minus 18. groff: donantur *Ecclesiæ in Czernievvsko* à famoso Viro Henrico de *Krzikavva*, filio Colmanni armigeri Prag. Diœces: Anno ùt suprà.

* *Colmanni Equites* summæ probitatis, & Bohemicæ stirpis, quæ de Krzikavva dicebatur; ex his, ùt in Fastis Bohemiæ narravi, Colmannus *Oborzisky* Dominus, atrocissimam ab hæreticis mortem perpeti maluit, quàm Catholicam Religionem abjurare; ac forsitan idem ille fuit Henricus, cùm res paulò pòst (annis abhinc 13. vel 14.) sit gesta. *

S. Michaël Pragæ. Donatio unius sexagenæ pro *Ecclesia S. Michaëlis majoris* Civit. Pragensis à Cive. 7. Maij. 1409.

F. 10. Masscovv. Donatio unius sexagenæ censûs pro *Ecclesia in Masschzovv* à famoso Viro Joanne, dicto Hagek de *Hodietin* armigero. 20. Aprilis. 1409.

G. 1. S. Benedict: Pragæ Paroch. Eccl. Pro Ecclesia *Parochiali S. Benedicti* in Praga major. Civit. legavit, bonæ memoriæ Hanko *Cancellarius olim D. Regis* Ornatum cum Dalmaticis, Cappa, & cæteris attinentijs, in valore 60. sexagenarum grossorum cum uno calice argenteo, & pro Capella sua in eadem *Ecclesia S. Benedicti* situata calicem pondere duarum marcarum argenti cum cruce argentea deaurata, cum libro Missali, & duobus ornatibus, & tribus pallis, honorabilibus, & Religiosis Viris D. Nicolao Plebano, & Adalberto, ac Gallo *fratribus Conventualibus Ecclesiæ Parochialis S. Benedicti Professis, ordinis S. MARIÆ de Domo Teutonica.* confirmantur 1409. 8. Maij.

* Ex hoc loco, aliísque mille locis apparet, *S. Benedicti Ecclesiam Parochialem* in Urbe antiqua subjectam fuisse Equitibus Teutonicis, qui primùm Commotovio, totâque illâ ditione à *Rege Wenceslao*, tandem etiam Pragâ, & ex tota Bohemia post An. 1420. ab hæreticis sunt ejecti. *

Wlassim. Pro Altari B. MARIÆ Virginis, & *S. Nicolai Confessoris in Ecclesia Parochiali in Wlassim* tres sexagenæ grossorum cum duobus grossis censûs ab Altarista ibidem. 8. Maij.

G. 2. Wolenicz. Molæ unius pro altera commutatio pro *Ecclesia Parochiali in Wolenicz* inter Plebanum, & famosum Virum Sazemam, de *Frunburg.* adfuerunt generosi Viri Sulko de Zalezl, Drsstka dictus Stoklassa de *Hradek*, residens in Frunburg, Aless de Prossco, Bohuslaus de Thezovvicz. 1408. 9. Novemb.

G. 3. Kaplirz & Wsslovecij. Donatio 4. sexagenarum cum 23. grossis censûs pro *Ecclesia Parochiali in Zym.* à famosis Viris Buiskone de Sulevvicz, residente in Ugezd, & Rudigero de Skalka armigeris Prag. Diœc. pro animabus progenitorum suorum, speciatim pro anima *Czenkonis de Zym.* pro alendo Capellano ibidem. 1408. 20. Decembr.

* Ut hæc meliùs intelligantur, vide, quæ superiùs ad Aa. hoc in Volumine annotavi. *

Austa. Donatur quoddam macellum Ecclesiæ *S. MARIÆ in Usk* à quibusdam Civibus. 28. Maij. 1409.

Starosedlo. 30. grossorum censûs pro Ecclesia in antiqua *Sella* à famoso Viro Joanne de Conraticz in Leth residente. 1409. ultimâ Maij.

G. 4. Naczeracz. Donatio Prati pro Ecclesia in *Naczeracz* à Nobili Domino Joanne de *Wlassim.* 1409. Tulit hanc Bohemicam expeditionem Domini sui famosus Vir Petrus dictus *Lisska*, Burgravius in *Wlassim*, & confirmata est à Kbel. 1409. Junij.

de Wlassim. * Hic *Lisska* fuit paulò pòst acerrimus hæresi exortâ Taboritarum hostis, Præfectus Castro *Lichtmburg*, quod fortissimè adversùs obsidentes defendit. *

Pro

Launæ Moniales Ord. Prædicat.
Pro Monasterio in *Luna* Domûs S. MARIÆ, Ordinis FF. Prædicatorum Domina Drahna relicta Hasskonis militis de *Brasstiovv* donavit in villa Kissicz 150. sexagenas grossorum, quæ aliò sunt translatæ. 1409. 1. Junij. F. Laurentius Prior. 1409.

Miroticz.
Duæ sexagenæ grossorum pro *Ecclesia in Miroticz.* donantur à famoso Viro Marquardo de *Trzecharzovicz*, ùt suprà.

Cœn: Ord. Min. Beness.
Pro Monasterio in *Benessovv*, Ordinis FF. Minorum una sexagena grossorum censûs in villa Krzessicz, à famoso Viro Chvval de *Krzessicz*, armigero Prag. Diœc. Franciscus Guardianus. ultimâ Maij.

Pro Ecclesia Parochiali in Sskvvrniovv, una sexagena grossorum censûs ab Alssone dicto Kravva de Sedlczan armigero Prag. Diœc. 1409. 17. Junij.

G. 5. Lochovvicz
Donatio humuleti cum Prato pro Ecclesia in *Lochovvicz* à famoso Viro Borzivogio de *Lochovvicz*, residente in Janovvicz, armigero Pragensis Diœcesis. 1409. 1. Julij.

G. 6. Commenda in Dub.
Henricus dictus Blekta de *Utiechovvicz*, residens in Wolfraticz, armiger Pragensis Diœcesis. Monasterio in Dub, Ordinis S. Joannis Hierosolymitani donat 70. grossos censûs annui. in præsentia Sigismundi Pietanciarij ejusdem Monasterij. primâ Iulij.

Blekta.
* *Blekta* in antiqua Bohemiæ Nobilitate censi ad usquè nostra tempora pervenerunt; an adhuc supersint, fateor me ignorare. *

Dobrovviczeves.
Pro Ecclesia in *Dobrovviczeves* Piscina donatur à Nobili Domino Benessio de *Wartemberg*, residente in Winarzecz. 1409. 15. Iulij.

Cœn. Raudnicense. de Raczinavves.
Permutatio quædam pro Monasterio *Raudnicensi* Canonicorum Regularium à Joanne Præposito cum Wenceslao armigero quondam Rudolphi de *Raczinavves*, & Rudolpho fratre ipsius germano. 15. Iulij.

G. 7. Nesvvetiez. Cœn. in Ossik.
Pro Ecclesia in *Nesvvieticz*, Religiosi Fratres Ioannes Abbas, & Conventus Monasterij in *Ossik* piscinam quandam de novo struxerunt in eadem villa, in qua bona sua habere dignoscuntur; ergo compensatio facta est à Religioso Viro Fratre Mathæo Celerario, & Professo ejusdem Monasterij & Petro Plebano ejusdem Ecclesiæ. 1409. 18. Iunij. confirmat 16. Iulij.

S. Ægidij Pragæ.
Pro Ecclesia S. *Ægidij Pragæ* 22. groß: à Cive quadam. 1409. 15. Maij.

G. 8. In Zlyvv Capellanus & Clericus.
Pronunciatio inter Plebanum Ecclesiæ in *Zlivv*, & famosum Virum Ioannem dictum Drsstka armigerum ibidem in *Zlyvv*, ut Capellanus alatur, & *Clericus* insuper 16. Iulij.

G. 9. S. Martinus Pragæ.
Donatio duarum domuncularum pro Ecclesia S. *Martini* minoris in Majori Civitate Pragensi, à Civibus. 26. Iulij.

Janovv.
Pro Altari S. MARIÆ, S. Crucis &c. in Ecclesia Parochiali in *Janovv*, tres sexagenæ grossorum censûs perpetui donantur à Nobili Domino Alssone de Sselemberg, aliàs de Rysmburg. 16. Augusti.

* Notandum est, quàm sæpe ex cognominibus solis (si absint cætera) falli possint Genealogistæ; nam hic Alsso nullo modo dici potest familiæ Rysmburgicæ, sed eâ de caussa sic appellatur, quòd Rysmburg castrum tenuerit. *

G. 10. Melitenses Pragæ.
Pro Monasterio *S. MARIÆ in pede pontis* duæ sexagenæ grossorum donatæ sunt à quadam Vidua Cruciferis Ordinis S Joannis Hierosolymitani. 10. Augusti.

H. 1. Wssen.
Pro *Ecclesia in Wssen* ad Turnovium, una sexagena grossorum censûs à famoso Viro Bohunkone de Arnoltiez residente in Grecz Reginæ ex villis ejus Lhota Hrneczirzka. penult. Augusti.

Czhonicz.
Una aratura donatur Ecclesiæ in *Czerhonicz* à famosis Sdenkone de Chayna, & Ottikone de Lesky armigeris. penult. Augusti.

Trzebessovv — Pro Ecclesia in *Trzebessovv* mediam sexagenam grossorum census pro anim Sdenæ Uxoris suæ deputavit famosus Vir Pessiko dictus Chrzipta de Sblovv armiger Prag. Diœc. penult. Sept.

Camenicz. — Famosus Vir Marquardus de Nechanicz armiger donat 46. grosl. census annui pro Ecclesia in *Camenicz*. ultimâ Septemb. Kbel confirmat.

H. 2. Wzdicz. — *Pro Ecclesia in Wzdicz* pro lampade perpetuò nutrienda media sexagena grossorum census donatur à famoso Cliente Bohuslao de Chodim, suo & Walkamiri Wenceslai, Joannis, & Slamiri fratrum suorum uterinorum nomine. 1409. 28. Septembris.

Kostelecz cum 6. Presbyteris. — Octo sexag. grossorum census *Ecclesiæ Parochiali in Kostelecz ad Aquilam* prope Potenstein, dantur à Martino Plebano ibidem, ut anniversarium pro se faciat Plebanus unà cum sex Presbyteris inclusis Vicarijs, & Capellanis ejusdem Ecclesiæ 1. Octobr.

Ossik. Libossovv. Capellanus cum Vicar. — Donatio 8. sexagenarum cum undecim grossis pro *Ecclesijs in Ossik*, & in *Libossovicz* à Nobili Domina Zoftka relicta D. Petri de *Wartemberg*, aliàs de *Kost*, pro animabus dicti Domini Petri, & Joannis Boczkonis Junioris generi sui pro alendo Capellano apud *Ossik* Ecclesiam ultra *Vicarium*, qui ab antiquo tenetur &c. Anno & die ùt suprà.

H. 3. Cœnob. in Saczka. — *Monasterio in Saczka Præposito*, & Conventui Canonicorum Regularium S. Augustini, 4. sexagenas grossorum census annui super villam Trojanovvicz deputat famosus Vir Blek Lippek, aliàs de *Stradovv*, armiger. 2. Octob.

H. 4. Wrlecz. Hospitale Reginohr. — Una sexagena cum media donatur Ecclesiæ in *Wrssecz* à famoso Viro Nicolao de *Kozoged* armigero. 4. Octob. Kbel confirmat.

Una sexagena grossorum pro Rectore, & Altarista *Hospitalis S. Annæ in Suburbio Reginohradecensi* à famoso Viro *Paulo Foyt*, & ejus fratribus Pessilino, & Nicolao. 40. Octob.

* In hoc Nosocomio Reginohradecensi S. Annæ nostrâ ætate degunt FF. Minores S. *Francisci Conventuales*. *

H. 5. Drazecz. — Una sexagena census pro Ecclesia in *Drazecz* ex testamento Girziconis fratris sui de *Dobra* designat, & donat famosus Vir *Wogtech de Dobra* armiger Pragensis Diœcesi. 14. Octobr.

S. Martinus Pragæ. — 18. grossorum census pro *Ecclesia S. Martini* in Muro majoris Civit. Prag. à Cive. 14. Octobr.

Usta. — Donatio Vineæ pro Altari SS. Trinitatis in *Usk* super Albea à Sacerdote. 16. Octobr.

H. 6. Hrussicz. — Una sexagena grossorum census pro Ecclesia in *Hrussicz* à famoso Viro Stiborio de *Sobiessovicz*, & Zdenka conthorali ipsius. 18. Octobr.

Blatna. — Duæ sexagenæ grossorum census pro *Ecclesia in Blatna* ab Oppidano ibidem Alberto, qui emit hunc censum 20. sexagenis à famoso Viro Ioanne Rathaz de *Longa villa*, cujus hîc literæ recitantur Bohemicæ An. 1405. confirmat Kbel omnia

de Longa-villa. — 1409. 18. Octobr. Numerantur in ijsdem literis vades famosi ( Slowutnj ) Bussko de *Luczkovvicz*, Czastovvog de *Zaborz*, Busko de Sedla.

* Etiam illâ ætate in literis Latinis *Equites Dlauhovvesky*, Equites de *Longavilla* dicebantur, ùt passim ex libris Erectionum demonstrare possumus. *

H. 7. Radnicz. — Una sexagena grossorum pro Ecclesia in *Radnicz* ab Oppidano. 19. Octobr.

H. 8. Kolovvrat. — Translatio duarum sexagenarum pro Altari SS. Felicis, & Adaucti in *Ecclesia Parochiali in Zbraslavvicz* à Nobili Viro Nicolao *Kolovvrat*, aliàs de Zbraslavvicz ad alia bona. 23. Octobr.

Litomericium. — Vinea donatur pro Ecclesia *S. Stephani in Litomericz* à Nicolao Preller de Gurim. & inscribitur. 1409. penultimâ Octobr.

Media

Media sexagena censûs pro Ecclesia in *Modrzan* à quodam Procuratore. 5. Modrzan.
Novembris.

Donatio duarum sexagenarum censûs pro Ecclesia Parochiali in *Svvietecz* G. 9.
Monialium eidem Monasterio unita, & annexa à famoso Viro Stiborio de *Kryssin* Monasteriū in Sujetecz.
armigero, in præsentia honorabilis, & Religiosi Viri D. Joannis professi Monasterij
Zderasiensis, Ordinis Sacrosancti sepulchri Dominici Plebani Ecclesiæ Parochialis
Monasterij Monialium in *Svvetecz*, 6. Novembr. Kbel confirmat.

* Ex hoc loco colligere licet, cujusnam Ordinis Virgines *Monasterium Svviet-*
*sense* habuerit, videlicet sepulchri Domini, quales erant *Cruciferi Zderazienses Pragæ*,
qua in re egregiè hallucinatus est *Paulus Stransky* in sua Republica Bojema. *

Venditio unius sexagenæ censûs pro Plebano, & Capellano in *Lidicz* minori Lidicz.
instituendo à Cive Slanensi, 29. Octobr.

Pro eadem Ecclesia in Lidicz minori sex sexag. grosf. perpetuas ad Vicarium H. 10.
alendum à D. Wankone Decano Slanensi, Plebano in Lidicz. 8. Novemb. ibid. Vicar.

Pro Ecclesia S. *Laurentij* in Ugezd Pragæ, & pro Plebano ibidem 30. grosf. H: 11. H. 12.
censûs à Vinitore quodam. 18. Novembr. S. Leonard.

Pro *Ecclesia in Lidicz* minori tres sexagenæ à Cive Slanensi. 23. Novemb. I. 1.

Pro *Ecclesia in Jezna* una sexagena grossorum à famoso Viro Petro Luhovvecz Wrssecz de Kozoged.
de Svvynna. 2. Decembr.

Pro *Ecclesia in Jenikovv* una sexag. grosf. censûs à famoso Viro Marquardo de I. 2.
Otroczicz armigero, facti olim per Hermannum Patrem suum super famosum in Jenikovv
Virum Przibikonem Hlavvacz armigerum in villa Bernharticz. 20. Decembris.

Pro *Ecclesia in Lochotin* una sexag. grosf. censûs à famoso Viro Hrzkone de *Ho-* Lochotin.
*loticz* Burgravio in Petersburg. 21. Decembr.

Pro *Ecclesia in Czrczovicz* una sexag. grosf. censûs à famoso Viro Przibicone Crczvvicz.
Dubek de Trzebovveticz armigero. 21. Decemb.

Quinque sexagenas grossorum censûs, Nobilis Vir D. Joannes de *Welbarticz* I. 3.
*in Herstein* residens, in præsentia honorabilis, & Religiosi Viri, olim Celerarij, & de Welhart.
professi *Monasterij in Pomuk* Ordinis Cisterc. Prag. Diœc. donat eidem Monasterio Cœn. in Pomuk.
pro suæ, & Joannis de Wilharticz bonæ memoriæ, olim Marschalci Imperatoris,
Patris, ac Progenitorum, & prædecessorum suorum, animarum remedio. 1409.
21. Decembr.

Pro Monasterio S. Jacobi, Ordinis Minorum in *Litomerzicz* 4. sexag. grosf. Minor. Litomericij.
à famoso Viro Christiano *Zernossiek*, aliàs de *Wynne*. 1409. in Crastino S. Thomæ.
Subsignati: Wenceslaus de Blahoticz Decanus Ecclesiæ Collegiatæ S. Stephani in
Suburbio Litomericensi. Kbel confirmat A. 1410. 3. Januarij.

De Decimis Ecclesiæ in Wawrzinecz statuitur, promittente famoso Viro Con- I. 4.
rado Cliente de Czeryvvicz. 1410. 13. Januarij. Wavvrzinecz.

Concordia pro Ecclesia Parochiali in Skvvorzecz inter Plebanum loci, & fa-
mosos Viros Zdenkonem de Dvvorzecz armigerum, & Zdenkonem dictum *Drsst-* I. 5.
*ka in Drssika* residentem fratres. nominatur Officialis Magister Nicolaus Doctor di- Skvvorzecz Drsstka.
ctus *Czeismeister*, *Decanus Boleslaviensis*. 14. Februarij. V. Boleslav.

Donatio unius sexag. cum 6. grosf. pro Ecclesia in *Wssen* à Nobili Domina I. 6.
Zoffia, Nobilis D. Petri de Kost relicta, pro animabus dicti Domini Petri, & D. Jo- Wssen.
annis dicti Boczek de Cunstat. 14. Februarij.

Donatio duarum sexagenarum grosf. pro Altari Omnium Sanct: in Grecz Reginohradecium.
Reginæ in Ecclesia S. *Spiritûs* à famoso Viro Procopio dicto Ravvik de Brzieza, Col-
latore, sive Patrono Altaris Omnium SS. 15. Februarij.

Una sexagena censûs datur Religioso Viro F. Mathiæ dicto Tuczen Priori I. 7.
Mona- Cœn. S. Thomæ Pragæ.

Monasterij S. *Thomæ in Praga*, & toti Monasterio à famosis Viris Purkhardo de Cz chalovvicz, & Hanussio Zatnar armigeris pro anima Blanczæ relictæ Weczemil de *Tuchonicz*, & progenitorum, & majorum suorum. 14. Febr.

Wissehrad. Pro *Ministris Wissehradensis* Ecclesiæ duæ sexagenæ grossorum à famoso Viro Bohunkone de *Widonicz* armigero. 16. Febr.

I. 8. Cœn. in Roczovv. Donatio 7. sexagenarum censûs pro Monasterio S. MARIÆ in *Roczovv* à Nobili Viro Domino Alssone de *Bezdruzicz* filio D. Purkhardi in præsentia honorabilis Viri F. Mathiæ dicti Tuczen, Prioris Monasterij in *Roczovv*, Ordinis F F. Eremitarum S. Augustini census collocatus apud famosum Virum Petrum de *Chras* residentem in Wiezka.

Chotovvin. Una sexagena grossorum pro *Ecclesia in Chotovvin* à famoso Viro Nicolao de Moraucze data. 17. Febr.

Borziczka. Famosus Vir Joannes dictus *Borziczka* de Samssina Armiger, fatetur se debere duas sexagenas grossorum Martino, & Henrico, & Joanni Sacerdotibus. 18. Februarij.

I. 9. Sudomirz. Donatio trium fertonum, & trium grossorum, & agni cum robotis, & Juribus pro Ecclesia in *Sudomirz* à famoso Viro Bohunkone de *Walenicz*, & Petro de *Wessk*a armigeris. 7. Februarij.

I. 10. Krzeczhora. Pro *Ecclesia in Krzeczhora* una sexagena censûs ab honesta Domina relicta Michaëlis de Brzesstie, & anima Michaëlis, & Ulrici patris ejusdem, & Joannis Patris, dictæ Dorotheæ. 18. Februarij.

Telecz. Donatio medij lanei silvæ pro *Ecclesia Parochiali in Telecz* à famoso Viro Joanne de *Telecz* armigero. pro anima Dorotheæ conthoralis suæ. 2. Aprilis.

Poczepicz. de Otticz. Pro Altarista, seu *Capellania S. Joannis* Evangelistæ in *Poczepicz* in Ecclesia Parochiali una sexagena grossorum à famoso Viro Joanne de *Oticz* armigero. 5. Aprilis & fratre ejus Raczkone.

K. 1. Daupovv. Media sexagena censûs pro *Ecclesia Parochiali in Dupovv*, à famoso Viro Joanne *Dupovecz de Dupovv* armigero. 5. Aprilis.

Cœn. Jaromirense. Ples. Monasterio in Jermir donat pratum famosus Vir Joannes aliàs Josslo *Ples* residens in *Chotielicz*. 2. Aprilis.

* *Plesij*, *Sadovvsky*, *Kordule* patrueles, eadem arma, videlicet *ferream Chirothecam* gestant in Clypeo, & de *Ples* arce vetustâ ad Jaromirium cognominantur; ex hac stirpe Josslo *Ples*, qui pratum donat Canonicis Regularibus S. Augustini. *

K. 2. Krzemiez. Pro Ecclesia in *Krzemicz* una sexagena grossorum censûs à famosis Viris Joanne de *Ohnice*, & Dobessio ibidem de Ohnicze fratribus armigeris Prag. Diœc. 4. Aprilis.

Pro Ecclesia in *Pohnanie* donatur casa à rustico. 4. Aprilis.

Poczepice. de Petrovv. Census 24. grossorum donatur Altaristæ Altaris S. Joannis Evangelistæ in *Ecclesia Parochiali in Poczepicz* à famoso Viro Petro de Petrovvicz, suo, & Bolesudonis tutoris Orphani, olim Dikonis de Poczepicz bonæ memoriæ nomine. 4. Aprilis.

de Poczepicz. * Equites de *Poczepicz* ab eadem origine cum Dobrzenskijs descendunt, & Ciconiam in Clypeo ferunt, quorum hodiéque familia superest. *

K. 3. Podlessicz. de Daupovva. Concordia inter Plebanum Ecclesiæ in *Podlessicz*, & famosum Virum Joannem *Daupovvecz de Dupovv* armigerum pronunciata, ratione decimarum. 1410. 5. Aprilis.

K. 4. Caurimium. Hospitale. Concordia inter Plebanum, & Juratos Civitatis *Gurim.* ratione hospitalis in præurbio dictæ Civitatis pronunciata primùm ab honorabili Viro Magistro Joanne Eliæ Sacræ Theologiæ Professore Archidiacono Plsnensi in Ecclesia Pragensi, ad quid teneatur *Capellanus hospitalis* in Ecclesia Parochiali S. Stephani ibidem in Gurim.

1401.

1401. 29. Decembris. confirmata ab Joanne Kbel Vicario in spiritualibus Domini Archiepiscopi. 1410. 5. Aprilis.

Pro Ecclesia in *Rzebrzik* 7. sexagenæ grossorum census à famoso Viro Petro dicto Prussie de *Chrast*, residente in Rzebrzik. 5. Aprilis. K. 5. Rzebrzik. de Chrast.

Pro Ecclesia in *Krzenovv* 50. grossorum census à D. Wlastcone Plebano Ecclesiæ in Sedlczan. 5. Aprilis. K. 6. Krzenovv.

Una sexagena grossorum census pro Ecclesia in *Lovvczicz*, à famoso Viro Peßicone de *Lissecz* Cliente, pro animabus Annæ, & Marzcæ Uxorum suarum. 5. Apr. Kovvzicz.

Concordia pro Ecclesia in *Zissovv* inter Plebanum, & famosos Viros Procopium & Wenceslaum fratres de *Zissovv* armigeros. 5. Aprilis. K. 7. Zizovv.

Donatio octo sexagenarum, & 32. grossorum census pro *Ecclesijs in Libussovvicz, in Solecz, & in Sobotka*, à Nobili Domina Zoftka relicta bonæ memoriæ Nobilis Domini Petri de Kost, per famosum Dominum Alssonem Burgravium in Lissa Procuratorem suum. pro anniversarijs pro anima D. Petri mariti. nominatur hîc Mathias de Dobrzenicz armiger in Sirovvatka. 7. Aprilis. Libussovv: Solecz Sobotka. de Wartemberg.

De Jure *Patronatûs* Ecclesiæ in *Onssovv* concordia inter famosum Virum Joannem *Lezkovvecz* de *Lezkovvicz* (in præsentia famosi Zdenkonis de *Lukavvicz*) & ex altera inter famosum Theodoricum de Studena armigeros. adjudicatur *Jus Patronatûs Sdenkoni*, & Sbinkoni de *Zirovvnicz*, quia dum ea bona venderent, hoc Jus sibi specialiter reservârunt. 7. Aprilis. K. 8. Onssovv. Leskovv:

Una sexagena grossorum census, vel laneus agri datur pro *Ecclesia in Hvvozdian* à Viro Nobili Jodoco, aliàs Jost de *Trzemissin*, pro animabus Divissij Patris, Offcæ Matris &c. 11. Aprilis. Joannes Kbel confirmat. Hvvozdian. de Trzemssin.

*Pro Ecclesia in Wilemovvicz* una sexagena grossorum census à bonæ memoriæ *Walkaun* de Czaslavv destinata, quem censum renovat famosus Vir Wenceslaus de *Wilemovvicz* armiger. 11. Aprilis. Wylemovvicz. Walkaun.

*Pro Ecclesia in Wsseborsko* de Decimis concordia inter Plebanum, & famosum Virum Mathiam dictum Pokoy de Stakor armigerum. mentio fit famosi Nicolai Studl de *Solecz* armigeri confirmat Kbel ultimâ Maij. 1410. K. 9. Wsseborzsko.

Donata pars silvæ pro *Ecclesia in Camenicz* à famoso Viro Henrico de Teptin Cliente, pro anima patris sui Henrici, & Alberti patrui. 15. Maij. Camenicz.

Translatio duarum sexagenarum pro Ecclesia in *Miroticz* à famoso Viro Marquardo de *Tiehorzevvicz*. 19. Maij. Miroticz.

*Pro Ecclesia in Prassin* una sexag. grossorum cum media pro lampade nutrienda ab honesta Domina Anna conthorali famosi Viri Wilhelmi de *Netunicz* armigeri, de speciali mariti consensu. 20. Maij. Kbel approbat. K. 10. Prassin.

*Pro Ecclesia Parochiali in Hlohovva* duæ sexagenæ cum media grossorum census donatur à famoso Viro Girzicone armigero de *Biessin*, residente in Hlohovva. pro *Vicario alendo*. vel potiùs confirmatur jam antè (An. 1388.) factus. 23. Maij. confirmatus. In Hlohovva Vicarius.

* *Equites de Biessin*, magni in vetere Bohemia nominis, hanc Fundationem fecêre; tam olim fuêre potentes, ut cum nobilissimis Proceribus *Leonibus de Rozmital*, & *de Cunstat*, nominatímque *Georgio Regi*, affinitatibus jungerentur, ùt in *Stemmatographia* dicemus. *

Donatio duarum sexagenarum grossorum Venerabili, & Religioso Viro Fratri Hanussio Priori, & Professo Domûs, seu Monasterij S. MARIÆ in Turnovv, Ordinis FF. Prædicatorum, à famoso Viro Hasskone dicto *Czidlina* armigero pro anima sua, & pro anima Gesskonis dicti *Blissek*, & animabus prædecessorum meorum in villa *Czidlina* sitorum pro anniversarijs duobus. Sigilla D. Hinconis de *Lomnicz*, & Gesskonis de *Dubravvicz*. 1394. confirmatur à Joanne Kbel. 1410. penultimâ Maij. L. 1. Cœn. Turnovij. Cydlina. de Lomnicz

de Lobkovv. Famosus Vir *Nicolaus de Lobkovvicz*, armiger Prag. Diœc. tres sexagenas, qua habet apud Martinum, dictum Svvinie de *Nemoyczeves* Studentem studij Prag. censûs perpetui donat Wenceslao Plebano in *Drchlavia*. penult. Maij.

* *Nicolaus de Lobkovvicz*, qui hoc tempore *famosus armiger* appellatur, poste à *Sigismundo Cæsare* ob fidelem, & fortem operam militiæ præstitam, in *Procerum*, & *Dominorum* numerum est cooptatus. *

Katussicz. Donatio pro *Ecclesia Parochiali in Catussicz* unius sexagenæ censûs per bonæ memoriæ Petrum *Bratruß*, residentem in Horek: cùm autem lites inter Plebanum

Horek. & famosum Virum Jeskonem natum bon. mem. Hrzkonis de *Horek* armigerum Prag. Diœc. exortæ essent, concordia hîc pronunciatur ut Anniversaria fiant pro Petro Bratruss Hrzkonis Patris, Przibæ Matris & Joannis fratris ipsius germani 14. Junij. 1410.

L. 2. Kvvetkovv. *Pro Ecclesia in Qvvietkovv* 4. sexag. grosſ. censûs donat famosus Vir Joanne natus Joannis bonæ mem. dicti *Wlk de Qvvietkovv*. pro animabus Joannis fratri sui. de consensu Dominæ Cacziæ conthoralis Otticonis matris suæ, ibidem præsentis. 18. Aprilis.

Wlk Eques. * *Wlk de Qvvetkovv* familia Equestris nostrâ adhuc memoriâ supererat; affirmabat nuper nonnemo perijsse. sed superest. *

L. 3. Wlkovv. *Pro Ecclesia Parochiali in Wlkovv* duæ sexagenæ censûs aliò transferuntur à famoso Viro Dobran de Zkochovvicz. 18. Iunij.

Fraternitas in Eccl. Wisſehrad. *Pro* fraternitate Presbyterorum Ecclesiæ Wissehradensis 5. *sexag. censûs ab honorabili Viro D. Wenceslao de* Dubravvicz, *Canonico Eccl. Prag. pro animabus signante Wenceslai dicti Coloniensis olim Canonici Pragensis, & Jacobi de* Maleticz *fratris su.* 1410. 27. *Junij.*

L. 4. Pulchermõs *Pro Ecclesia in Pulchromonte* una sexag. & media grossorum censûs donatur pro sacro ornatu, & reparatione rerum sacrarum ab honesta Matrona D. Magdalena relicta Ditlini de Pulchromonte. 1410. 8. Iulij.

Brzeznicĩ Concordia inter Nobilem Dominum Puotham de Skala Baronem Regn

Sſvvihovvsky. Bohemiæ, Dominum in fortalicio, & Oppido in *Brzeznicz*, & Plebanum in Rozenthal, super teloneo decimi fori Oppidi Brzeznicz, quod competit illi Ecclesiæ

Woracziczky. 1418. 8. Augusti. subscripti: famosi, Potho de *Blahust*, Marquardus de Trechorzevvicz, Wolknavv de Pabienicz, Joannes de *Czechnicz* armigeri.

* Puta de Skal gente *Sſvvihovvsky*, cujus adhuc posteros videmus, fuit; Brzeznicensis arx eâ ætate pro munita habebatur, quam multis sæculis Sſvvihovij unà cum Oppido (quod nunc inter Civitates censetur) tenuêre. Wolknavv de Pabenic hisce literis subscriptus, ex *Woraczickiorũ* stirpe prodijt, ùt ipsum cognomen indicat.

L. 5. Brozan. Chrt. De Decimis Ecclesiæ in *Brozan* prope Teplicz. concordia inter Plebanum loci, & Levam armigerum filium famosi Viri Andreæ Clientis ibidem de Brozan 1410. 4. Aprilis. subscriptus Bohunko, dictus Chrt de Ertin.

L. 6. Stochovv. Una, & media sexagena censûs pro Ecclesia Parochiali in *Stochovv*, datur famoso Viro Przechone Radlicze de *Hanicz*, & Petro de *Czelechovvicz* armigeris pro animabus Annæ Matris dicti *Przechonis*, & Zoffcæ filiæ suæ, ac Annæ Uxoris Petri Patris, Bietczæ, Matris dicti Petri, & aliorum. 1410. 20. Septembr.

L. 7. Kbel. Conventio *Ecclesiæ in Kbel* facta inter Ven. Virum D. Joannem Kbel, Plebanum Ecclesiæ in Kbel Domini Sbinkonis Archiepiscopi Vicarium, & Nicolaum Presbyterum Vicarium in *Wlassim*. 19. Septemb.

Sſtiepanovv Pro Altari S. Dorotheæ in *Ecclesia Parochiali in Sſtiepanovv* una sexagena grosſ censûs à Petro Judice ibidem, Patrono ejus Altaris. 27. Sept.

Turnovij. Prædicator. Pro *Monasterio in Turnovv*, & F. Ioanni Priori Monasterij FF. Prædicatorum in Turnovv 40. grosſ. minùs duobus censûs à famoso Viro Joanne Zaczek de Hrdonovvicz armigero, Nicolai Biely de *Giczin* Testamentario. ult. Sept. Pro

Pro *Ecclesia in Petrovvicz* prope Czesfczin Kostel 3. sexag. groff. censûs à famoso Viro Joanne de *Krassonovvicz* armigero, Testamentario ultimæ voluntatis bon. mem. Alssonis de *Brzezicz*, pro anima prædicti Alssonis, Andreæ Patris, Wanczæ Matris ipsius, ac Petri Krassonovvicz Patris sui. ultimâ Septemb. L. 8. Petrovvicz.

Pro *Monasterio in Teplicz* duæ sexag. groff. censûs, minùs quinque grossis à famoso Viro Joanne *Obnicze* armigero Prag. Diœc. pro quibusdam anniversarijs in Cœnobio habendis. census hic numerabitur Domicellæ Elisskæ, dictæ *Chodzovvska*, professæ monasterij S. Joannis Baptistæ in Teplicz; post mortem verò ejus, Custrici Monasterij dividendus inter domicellas Conventuales. 2. Octobr. Cœn. in Teplicz.

Pro Ecclesia in *Hodieticz*, ut Plebanus ibidem in Ecclesia Parochiali ultra suam personam, & duos Vicarios, seu Capellanos adhuc tertium alat, quam Capellaniam fundat Hinko armiger de Syekanovvicz. 1410. 4. Octob. L. 9. InHodieticz tres Capell:

Pro *Ecclesia in Zdechovvicz* una sexagena groff. censûs ab honesta Domina Agneska, relicta Missliborij de *Chvvaleticz*. 1410. 29. Sept. L. 10. Zdechovv:

*Ecclesiæ Wissehradensi* duæ sexagenæ annui censûs, & Ecclesiæ Parochiali in *Slavvicz* aliæ duæ sexag. annuæ, donantur à famoso Viro Bavor, aliàs Bavorek de *Ssvvamberg*, residente in Slavicz. in præsentia honor. Viri D. *Neustuponis*, *Præpositi Ecclesiæ Tinensis*, & Canonici Ecclesiæ Vissehradensis. mentio ibidem Joannis Præpositi. 1410. 3. Octobr. Eccl. Wissehrad. Ssvvamberg Slavvicz.

* Notabilis est hoc loco titulus famosi Viri, qui datur *Bavvorkoni de Ssvvamberg*, cùm aliàs Baronibus, seu Dominis, *Nobilis Viri* titulus in hisce libris tribuatur; dicendum est: aut librarium erràsse, aut quosdam è stirpe Ssvvambergica statu Equestri contentos tum vixisse. *

Anno 1412. Præstans Dominus Neustup Præpositus, noluit acquiescere voluntati illi, & ordinationi sui fratris Bavorkonis de Sswamberg, sed duas illas sexagenas destinatas pro *Ecclesia Wissehradensi* dedit, & transtulit ad fratres Priorem, & Conventum Monasterij in *Miza* Ord. FF. Prædicatorum. Religiosus Vir F. Hermolaus, dicti Monasterij Prior, obligavit se ad habendam *Missam Defunctorum* quot-hebdomadis. 2. Decemb. M. 1. Cœn. Mizense. Fortasse FF. Minorum.

Donatio unius sexagenæ cum 5. groff. censûs, pro *Ecclesia Parochiali in Loza* à famoso Viro Joanne dicto *Rabstein* de Thuczna residente armigero 1410. 9. Octobr. præsente Raczkone armigero Marsshalco Domini Archiep. Prag. &c. Loza. de Rabstein

Pro Monasterio *FF. Prædicatorum in Jablona* duæ sexag. groff. censûs à famoso Viro Hanussio dicto Blekta nato Hanussij de *Waltinovv* armigero. pro anima Patris sui, & Henrici fratris sui &c. 1410. 16. Octobr. M. 2. Cœn. in Jablona. Blekta.

Donatio duarum sexagenarum censûs pro Altarista Altaris SS. decem millium Martyrum, in Monasterio Sanctimonialium S. Joannis in *Teplicz* à famoso Viro Petro de *Pentz* armigero. 24. Octob. TepliczCœnob.

Pro *Ecclesia in antiqua Boleslavia* Translatio 4. sexagenarum censûs ab Henrico armigero de *Zasmuk* ad Wenceslaum armigerum de Tussen. 5. Octob. M. 3. Veteroboleslavia.

* De hac Translatione pridem egi in *Historia Boleslaviensi*. *

Translatio 30. groff. Censûs pro *Ecclesia in Wzdecz*, transfert famosus Vir Witko, dictus Krussecz de *Ugezd* Drahonovv, armiger. 17. Novemb. Wzdicz.

Donatio medij lanei agrorum pro *Ecclesia in Mezilessie*, à famoso Viro Joanne dicto Karkule de *Mezilessi* armigero. Kbel confirmat. 1410. 27. Novemb. M. 4. Mezilessy.

Pro Ecclesia in *Pohorzie* una sexag. grossorum censûs, à famoso Viro Paulo de *Mirovvicz* armigero. 6. Decemb. Pohorze. de Mirovvz

Donatio trium sexag. censûs pro Ecclesia in *Luky*, ut à Plebano meliùs alatur Vicarius, apud eandem Ecclesiam à Judice in Lipniez. 22. Decemb. Luky Vicar.

M. 5. Cœn: Portæ de Fridlant. Census *Monasterio in Porta Apostolorum* deputatur ex summa 102. sexag. grosſ. à Czenkone Cliente de *Fridlant*, ut pro eo quotidie post mortem Missa legatur. Joannes Abbas, & Jacobus Prior Monasterij nominantur. 12. Decemb. 1410.

Capella Omnium SS. Una sexagena census pro *Capella Omnium SS.* in Castro Pragensi ab Joanne dicto Beczvvar de *Maslnicz.* 1410. 18. Decemb.

M. 6. Luczim. de Welhart. Pro *Ecclesia in Luczim* una sexag. grosſ. census à Nobili Viro Joanne de *Wilharticz* residente, pro animabus Svvoysse, & Dluholnikonis, ac progenitorum ipsorum. 1410. 20. Decemb.

Crassicz. Pro *Ecclesia in Crassicz* media sexag. grosſ. census, à Vidua Elisabeth de *Brzeznicz.* 10. Decemb.

Czabeliczky. Una sexag. census annui pro Domicella Eliſka nata *Hrochonis de Suticz* à famoso Viro Zvvitkone de *Suticz* armigero, quamdiu ipsa vixerit, & census ille deferetur Pragam. 1410. 21. Decembris.

* Dubitari non potest, Zvvitkonem de *Suticz* ex *Czabeliczkiorum* gente prodijsse, qui videlicet hodièque de *Suticz* dicuntur. *

M. 7. Wissehrad. de Mirovv. Donatio 4. sexag. census pro Altari S. Wenceslai in *Ecclesia Wissehradensi* ex testamento Theodorici Hesſ de *Mirovvicz*, & Ursulæ conjugis. Testamentarius honorabilis Vir D. Joannes dictus Kaba, Canonicus Ecclesiæ S. Petri Wissehrad. & contestamentarij, qui fatentur se debere, Strenuus Vir Bavarus de *Mirovvicz*, residens in Novosella, & Joannes dictus *Mokovvicz* filius ejus. Altarista debet quotannis dividere duas sexag. inter Canonicos, prout est in Regula ipsius Ecclesiæ *Wissehradensis.* 1410. 18. Novemb.

Kabæ. * *Kaba Canonicus*, qui hoc loco nominatur, ortus fuit illustri stirpe *Equitum de Ribnian*, quæ nuper interijt. *

Curia. Pro *Ecclesia in Curia*, decem sex. census ex centum sex. grosſ. ad alendum unum adhuc Vicarium Presbyterum à Plebano in Curia. Facta est Fundatio à duobus fratribus, *Joanne Sovva* Plebano ibidem, & famoso Viro Buſkone armigero fratre ipsius. 1411. ultimâ Januarij.

SovvaEquites.

M. 8. Kostelecz. Bissiczky. Pro Altari S. MARIÆ in *Costelecz ad Albim*, 5. sexag. census à famoso Viro Ramssone de *Bissicz* armigero, residente in Wſſetat. 1411. 20. Febr.

Mnissek. Pro *Ecclesia in Mnissek* 5. sex. census à famoso Viro Theodrico de *Kotenczicz* armigero. 1411. 26. Febr.

M. 9. Bezdiedicz. Translatio duarum sexag. census pro Ecclesia in *Bezdiedicz*, ex bonis Jaroslai de Czeczelicz, ad bona famosi Viri Petri de *Weſka* armigeri. mentio fit Petri dicti Petrusſ de *Mssen* armigeri. 1411. 6. Martij.

Porzicz. Kamberg Eques. Pro *Ecclesia in Porzicz* 1. sex. grosſ. census à famoso Viro Joanne, dicto Toziczicze armigero de *Camberg*, pro anima Margarethæ conjugis suæ, & majorum suorum, qui apud Ecclesiam illam requiescunt. 1411. 7. Martij.

M. 10. Zab. Pro *Ecclesia Parochiali in Zap* 30. grosſ. census à famoso Viro Petro Tupecz de Charvvatecz armigero. 1411. 7. Martij.

Metliczan. Pro *Ecclesia in Metliczan* 1. sex. census à famoso Viro Misliborio de *Zabedonicz* armigero. 7. Martij.

M. 11. Cœn. cum rubea Cruce Sedlecz. Famosus Vir Joannes, dictus Smoharz de Trazenicz, dat unam sexag. census Ven. & Relig. Magistro, & Conventui *Hospitalis S. Francisci Cruciferorum cum stella* in latere Pontis Prag. & signanter Ecclesiæ in *Sedlecz* pro lampade perpetuò nutrienda. 7. Martij.

M. 12. Cœn. Porta. Sex. sexag. grosſ. census pro *Monasterio in Porta Apostolorum*, donati ab Odoleno Patruo, à Nepotibus ejus famosis Viris Alberto de Gubenicz Presbytero & fratre ejus germano, & indiviso recognoscuntur. confirmat Ioannes de Niemczicz. 1411. 9. Martij.

Pro

Pro Ecclesia in *Slaps*, & Capellanis ibidem, dat, & donat 4. sexag. censûs cum octo grossis honesta Domina Dobra de *Kurkine*, ut in eadem Ecclesia duo *Capellani* teneantur pro salute animæ suæ, Odoleni fratris sui, Martini Patris, & Sskonczæ Matris, & aliorum fratrum: antea idem Odolenus donârat 30. gross. censum pro eadem Ecclesia. 1411. 10. Martij. confirmat Niemczicz. N. 1. Slaps duo Capellani.

* Equites de *Korkinie Rates* gerebant in Clypeo, qui jam in Bohemia perierunt, sed in *Polonia* perseverant: à nobis enim illuc transgressi (ut ostendit Paprocius) maximarum, & clarissimarum in Polonia stirpium authores evaserunt; ex ijs *Comites de Gurka*, tum *Czarnecij*, aliique innumeri, eadem arma, & Rates gestantes, de quibus omnibus latissimè agit Simon Okolsky in Orbe Polonico, seu in Stemmatographia Poloniæ; sed hæc jam antè dicta supervacaneum est repetere. * de Kurkinie

Concordia inter Plebanum *Ecclesiæ in Perucz*, & Henricum dictum Krasny armigerum, eodem anno, & die. Perucz.

Pro Ecclesia *S. Henrici in Nova Civitate* fundatio Missæ Maturæ de B. Virgine à famoso Viro Theodorico, Portulano Serenissimi D. Wenceslai Rom: & Bohemiæ Regis, nunc in *Parochia S. Henrici* residentis. donatur una vinea Petro Plebano ibidem. 13. Martij, Matura apud S. Henricum Prag.

Pro Altari Assumtionis B. V. in *Ecclesia Prag.* 1. sex. censûs à Cive Ioanne Slyvva Minoris Urbis Prag. 17. Martij. N. 2. Eccl. Prag.

Quinque sexag: censûs pro *Monasterio S. MARIÆ* in latere Pontis Prag. *Ord. S. Joannis Hierosolymitani* à famoso Viro Ioanne *Czuch de Zasada*, residente in Navarovv, quas se debere fatetur filius ejus Petrus. 20. Martij. N. 3. Melitenses Pragæ: Czuch.

*Pro Monasterio in Benatek* Adamo Priori S. MARIÆ in Benatek, Ordinis de Pœnitentia BB. Martyrum, duæ sexag. gross. censûs ab Andrea dicto Kuterzicz de *Pomuk.* 23. Aprilis. N. 4. Cœn. in Benatek.

*Pro Ecclesia in Solan* 1. sexag. gross. censûs per famosum Virum Stirsam de Lukahorzan armigerum, à D. Ioanna relicta Bezdechonis de Trzebievvlicz. Anno, & die ut suprà. Solan.

*Pro Ecclesia in Sypim* 1. sexag. gross. censûs in Villa Wrbicz ab honesta D. Sudka relicta olim Friczkonis *de Pakoslavv*, & Ioanne filio ejusdem, & Anna Virgine amita ipsius Ioannis de *Jablonna* 1411. 23. Aprilis approbat Ioannes de Niemczicz. Supim. de Pakoslavv.

Nobilis Vir D. Jarko de Peczka, donat *Monasterio Jablonnensi* (Joanni Priori, Stephano Subpriori, Petro Expriori, Nicolao Sacristæ) *Ord. Prædicatorum* 20. sexag. annui censûs *pro vestibus fratrum*, *pro reparatione Monasterij &c.* obligant se Fratres ad anniversarium cum vigilijs quotannis, & sacris, pro animabus Domini Haskonis de *Lemberg*, & Maruska ejus conjuge; Item D. Havvlonis (Havvel) dicto Beran ejus Patre; item D. Havvel ejus filij; item D. Jeskonis ejus fratris; item D. Pruzkonis de *Peczka*, & Uxoris ejus Bolkæ. Item Dominæ Catrusscæ D. Hasskonis filiæ; item supradicto D. Jarkone de *Peczka*, & ejus conjuge. prædictus D. Hasko de Lemberg dicitur *fundâsse Capellam*, in qua conditus est, & ejus stemmatis homines. Fundatio tota est in villis Benessovv, & Bystry. confirmat Ioannes de Niemzicz. annus non est appositus. N. 5. Cœn: in Jablona.

* Hosce Dominos de *Peczka* dictos, arbitror fuisse ramum Illustrissimæ stirpis *Wartembergicæ*, qui dicebantur de *Lemberg*. hoc & Galli, & Haskonis nomina indicare videntur, & in Stemmatographia liquidò probatur. * Wartembergici.

Una sex. gross. censûs pro *Ecclesia in Nevveklovv* à famoso Viro Henrico Takonin de *Nevveklovv*, apud famosum Virum Nicolaum de *Strazonicz*. Anno, & die ut suprà. N. 6. Nevveklov.

*Pro Ecclesia in Brzezina* 1. sex. gross. censûs à Domina Zdena de *Hosseczkovvicz*, relicta Brzezina.

de Robus. relicta Giræ in villa Wrbicz, quam villam famosi Viri Bohunko de *Arnussic*, & Petrus Divvoky de *Robus* armigeri per medium tenentes noluerunt Ecclesiæ solvere, tandem adacti fatentur se debere, & promittunt soluturos. Anno ùt suprà.

Stakor. *Pro Ecclesia in Stakor* 1. sex. groß. censûs, ex dispositione Petrkonis de *Stakor* aliàs de *Uhelnicz*, fatetur se debere famosus Vir Ioannes Turgovvecz de *Uhelnicz* armiger ùt suprà.

Cruciferi. cum rubea stella. Duæ sexag. groß. Prag. censûs *Monasterio Domûs S. Francisci* in latere Pontis Pragensis Cruciferorum cum *Stella*, à famoso Viro Ioanne dicto Smoharz de Trazenicz, armigero Prag. Diœc. & Catharina ejus conjuge. 1411. 20. Aprilis.

Lomazecz. de Polak. *Pro Ecclesia in Lomazicz* 3. sex. groß. censûs à Wenceslao de *Polak* armigero Prag. Diœc. Anno ùt suprà.

Skrzipel. *Pro Ecclesia in Skrzipel* 1. sex. groß. censûs à famoso Viro Joanne dicto Zich de Chotiessovv armigero, pro Wankone, & progenitoribus suis, & Annæ Uxoris, Anno ùt suprà.

N. 7. Kostelecz. de Labun. Kroy. Stoklasa. Otta de *Mostek*, aliàs de *Labun* armiger Prag. Diœc. dat 3. sex. groß. censûs annui minùs 4. groß. pro *Ecclesia in Kostelecz* prope Castrum *Weliß* pro anniversario, & animabus, videlicet Simone Patre dicti Ioannis Kroyg de *Zitietin* majori, pro Hoda Matre, Maretha filia, Wenceslao filio dicto *Stoklasa de Giczin* Viro Marethæ, Anka filia Marethæ, & Peßkone, Georgio, Thoma Waneczkone dicto *Reczen* fratribus germanis Ioannis dicti Kroyg. Anno & die ùt suprà.

N. 8. Dobrzenicz. *Pro Ecclesia in Dobrzenicz* 3. sexag. groß. censûs à famoso Viro Przibikone de *Nedabilicz* super eandem villam. Anno, & die ùt suprà.

Straka. * De *Nedabilicz* hodiéque supersunt, & *Straca* dicuntur. *

Chorczovv. *Pro Ecclesia Parochiali in Chorczovv* 2. sexag. groß. censûs in villis Trzeboninà famoso Viro Benessio de Tupadl armigero, in præsentia Decani Czaslaviensis. 1411. 27. Aprilis.

Przichovvsky. * Traditio est Nobilissimorum Equitum, *Przichovvskios* olim de *Tupadl* appellatos, quòd illam ditionem Tupadl dictam possiderent. *

Klumin. *Pro Ecclesia in Klumin* 3. sexag. censûs pro duobus Altaristis, & famoso Viro Benessio de Wrbna residente in Bickovv. 1411. 27. Aprilis.

N. 9. Eccl. Prag. Augmentum dotationis *Altaris S. Wenceslai in Capite Tumbæ* S. Wenceslai M. ab Henslino, seu Ioanne Rectore ejusdem Altaris in Ecclesia Prag. 1411. 7. Maij.

Burzenicz. Translatio 2. sexag. censûs pro Ecclesia in *Burzenicz* ad alia bona, à famoso Viro Przibicone de Burzenicz armigero. Anno, & die ùt suprà.

Tluxæ Wrabsky. * *Wrabskios* Equites olim de *Burzenicz* agnomen gessisse, docent quædam manuscripta; id, si ità est, ad *Wrabskios* hæ literæ pertinebunt; fuêre verò plures *Wrabskiorum* divisiones, ùt *Tluxarum de Wrabi, Tluxarum de Meczkovva &c.* *

Libicziez. Concordia de Decimis pro Ecclesia in *Libiczicz*, dandis à famoso Viro Rudigero de Polenczko, residente in Castro Liczkovv. 1411. 14. Ianuarij.

Wrssovecij. * Jam superiùs dixi, Rudigerum hunc fuisse *Wrssovecianæ* gentis, quanquam alibi non de Polenczko, sed (quod sinè dubio rectius est) de Polensko dicatur. *

O. 1. Wssetat. *Pro Ecclesia in Wssetat* 30. groß. censûs dat famosus Vir Nicolaus de Oleßka armiger ex legato D. Bietczæ relictæ Alssonis de *Oleßka*. 4411. 25. Maij.

O. 2. Litomericiẽ Czabulsky. Pro Ecclesia S. Stephani *Collegiata in Luthomerzicz* 1. sexag. groß. danda Ministris Ecclesiæ à famosis Viris Sigismundo, & Ioanne Czerny fratribus germanis de Czebussin residentibus in *Libochovvan*. 1411. 4. Iunij.

Nymburg: *Ecclesiæ Parochiali in Nymburga* donatur unum pratum à Viduis. 1412. 5. Junij.

Masszovv. Pro Ecclesia in Masczovv 1. sexag. groß. censûs donatur à famoso Viro Bohuslao Greßplini de Masszovv armigero. Anno, & die ùt suprà.

Pro

*Pro Ecclesia in Turkovvicz* pro tenendo *Vicario* censûs transfertur super aliam villam à famoso Viro Marslone Cliente de Wyssehnievvicz, residente in Sussina. 1411. 6. Junij. præsente Nicolao de Znoyma, Canonico S. Apollinaris. Turkovvicz Vicarius.

Pronunciatio inter Præpositum ( Joannem Czam ) ex una, & Decanum (Wenceslaum, Magistrum Stephanum de *Stankovv*, Petrum Wierdunk, Joannem de *Drachkovv*, Joannem *Kytlicz*, & Conradum ) Canonicos, & Capitulum Ecclesiæ *Collegiatæ S. Stephani in Litomericz*, arbitro D. Nicolao Ubaldini Archidiacono Prerovviensi in Eccl. Olom. & Canonico Wissehradensi. approbat Nicolaus, quæcunque antè definierunt DD. Nicolaus Genheri Scholasticus Wissehradensis, Bohuslaus Decanus Prag. Adam Decretorum Doctor Archidiac. Gradicensis in Eccl. Prag. de obedientia in Pokraticz. & Zitenicz 1411. 6. Junij, præsentibus D. Chvvalone Scholastico, & Canonico Ecclesiæ Wissehradensis &c. O. 3. Capitulum in Litomieriicz.

Pronunciatio inter Religiosas Domicellas *Priorissam, & Conventum Monasterij Sanctimonialium S. Annæ prope Launam Ord. de Pænitentia S. M. Magdalenæ*, & Plebanum Ecclesiæ in *Dobromerzicz*. arbiter D. Nicolaus Czeislmeisl Decretorum Doctor Archidiaconus Horssoviensis, Curiæ Archiep. Prag: Officialis. Literæ Conventûs: *Nos Joannes Bulendorffer* Prior generalis Monasteriorum Ordinis B. M. Magdalenæ de Pœnitentia, sub Regula S. Augustini, per Bohemiam, Moraviam, & Austriam, Præpositus ad S. Annam prope Lunam; Sophia de Gablencz Priorissa, Barbara Subpriorissa, Ursula Magistra Coquinæ, Margareta de Gabloncz Custrix, Anna de Teplicz Cantrix, Catharina Clavigera, & totus Conventus Monasterij S. Annæ ibidem prope Lunam &c. de consensu Ven. Viri Generalis nostri Præpositi &c. sunt literæ de Decimis villæ *Dobromerzicz*, quæ erat Monasterij 1611. 6. Junij. præsentibus DD. *Joanne Czam* Præposito, Wenceslao Decano Ecclesiæ Litomericensis &c. O. 4. Moniales de Pœnitentia Launæ. Dobromierziicz.

Una sexag. groff. censûs pro Ecclesia in Bohutin, à famoso Viro Marquardo de Tiecharzovvicz; mentio fit famosi Viri Joannis, dicti Jezovvez de Rakovvicz. Anno ùt suprà. O. 5. Bohutin.

*Pro Ecclesia in Udercz* 1. sexag. cum media censûs, ex commissione bon. mem. Chlumconis de *Udercz*; dant *Barbara, Barbara, & Barbara* Sorores, filiæ prædicti Chvvalconis, & famosus Vir Stephanus de Tinisst Tutor earum. 1411. 15. Junij. O. 6. Udercz.

* *De Udercz, aut Audrcz*, vetus nomen, & cognomen est familiæ Audrczkianæ, quæ hodiéque viget apud nos. * Auderzsky.

Una sexag groff. censûs pro *Ecclesia in Przibram* à famosis Viris Ulrico de Trzepsko, & Jacobo de Wyssoka armigeris. 1411. 4. Julij. Przibram.

*Pro Ecclesia in Pieska* 2. sexag. censûs annui à Nicolao Rectore Ecclesiæ Parochialis ibidem. 1411. 12. Iunij. Pisecа.

*Pro Ecclesia Parochiali in Slovvecz* 34. groff. censûs ab Adamo Plebano Ecclesiæ Parochialis in Berunicz super Incola quodam Oppidi Miestecz 1411. 8. Augusti. O. 7. Slovvecz.

Quinque sexag, groff. censûs pro *Altari S. Spiritûs in Ecclesia Pragensi* à famoso Viro Petro de *Dieczan* armigero, & Anna conthorali sua in præsentia honorabilis Viri Domini *Henzlini, supremi Pœnitentiarij Ecclesiæ Pragensis*, Rectoris S. Spiritûs in eadem Eccl. Prag. 1411. 10. Martij. Eccl. Prag.

* Hoc munus *Pænitentiarij Ecclesiæ Pragensis* eâ ætate fuit usitatissimum, & valde etiam necessarium ob accursum frequentissimum fidelium ad eam sanctam Ecclesiam, tum ob *Sacras Reliquias*, & Divorum corpora, tum ob maximas, & frequentes *Indulgentias*, quas summi Pontifices concessêre. &c. * Supremus Pœnitentiarius in Eccl. Prag.

Duæ sexag. censûs pro *Ecclesia in Luticz* à famoso Viro Petro Kovvarz Seniore de *Stichor*, & Henrico filio ejus Cliente Prag. Diœc. & armigero. ad Altare S. MARIÆ in Luticz. 1411. 25. Augusti. Luticz.

Con-

O. 8. Usta ad Tabor. Concordia inter Plebanum *Ecclesiæ in Usk* super *Luznicz*, & inter Rectoren Hospitalis ibidem de Agris quibusdam. 29. Augusti.

Krczin. *Pro Ecclesia in Krczin* duo lanei agrorum donati sunt pro tenendo *Vicario Ma nuali* ultra alium, qui ab antiquo alebatur, à Nobili Domina Cunka relicta Beness de *Krczin*, & Rubin filio ejusdem Cunczæ. quia ex litera quondam *Hermanni de Du ba dicti de Nachod*, sunt informati, quòd agri præscripti ab antiquo ad dictam Eccle siam in *Krczin* fuêre devoluti. Literæ Hermanni inchoantur: *Nos Haymannus d*

de Nachod. *Duba dictus de Nachod*, de consensu, & voluntate fratrum nostrorum, videlicet Hin konis dicti *Hlavvacz de Skalicz*, & Hinkonis dicti *Czrech*, *Domini de Wyssenburch* nec non Wenceslai &c. Datum in Nachod Anno Domini 1336. confirm. 141) ultimâ Septemb.

Rami Berkarum. * Etsi *Domini de Nachod* singularem Familiam Procerum constituerint, primi tus tamen (ùt ex *Hagecio*, *Dubravio*, *Paprocio*, aliisque Scriptoribus nostris patet ab *Hovvoris*, & *Bercis* descendebant: diligenter notanda sunt illa: Haymannus d Duba dictus de Nachod; Hlavvacz usitatissimum cognomen fuit Berkianæ stirpis hinc etiam constat, *Dominos de Wyssemburg* ex Nachodijs processisse. *

O. 9. Cœn. Teplicense. Una sexag, grosf. minùs 4. grosf. pro Ecclesia S. MARIÆ in *Monasterio Tepli censi* à quodam Plebano Ecclesiæ S. MARIÆ in Teplicz Joanne dicto, apud fa mosos Viros, & fratres Rudigerum, & Erhardum de *Skalka*. 1. Octobr.

Wrssovecij. * Sæpe dixeram, Rudigeros illos ex ea stirpe prodijsse, quæ de *Wrssovvicz, & Wrssovecij* dicebatur. *

Przivvieticz Famosus Vir Marquardus de Lovvczicz Lövvecz armiger Pragensis Diœc. pro Ecclesia in *Przivvieticz* fatetur se accepisse decem sexagenas à Mirankone de Kny ge Cliente, & soluturũ se censum 1. sexag. quotannis. 1411. 2. Octobr. postea An 1412. auctus est hic census per Plebanum, ut haberet 80. grossor. census.

O. 10. Lissa. *Ecclesiæ in Lissan* comparatur mola ad Rakonik à Plebano. 1411. 2. Octob.

Bor. Una sexag. census cum 8. grosf. pro *Ecclesia in Bor* minore ex elocatione area & prati facta à Plebano, solvendi à famoso Viro Wilhelmo de Trzebomyslicz armig ro. 1411. 11. Octob.

Dubsky. * Non procul à *Bor* minore distat villa *Trzebomyslicz* (quam hodie dition tenet D. Beness de Wrtby) porrò Equites & Barones de Trzebomyslicz supersun etiamnum, & cognomen ferunt Dubskiorum. *

Cœn. S. Benignæ Eremitar. S. Augustini. Nos *Wacho Prior de Zbiroh*, Nicolaus Subprior, Joannes de Rokyczano, Joan nes de Zbiroh Senior, Wenceslaus Chochol, Marquardus, Petrus Sokol, Mathias Poledne, Czachovvecz, Jacobus de Rokyczano, totúsque Conventus Fratrum Do mûs S. MARIÆ, & S. Benignæ in Insula FF. Eremitarum Ord. S. Augustini Prag. Diœc. ad Universorum præsentiam deducimus, Nos ex testamento bonæ mem.

Sbinko Archiep. legavit libros Monasterio S Benignæ. Reverendissimi in Christo Patris Domini *Sbinkonis Archiepiscopi Pragensis* pro Mona sterio nostro à Nobilibus Viris DD. Ulrico, Wilhelmo, & Nicolao Fratribus de Hazemburg ejusdem Domini Zbinconis Fratribus Uterinis, & testamentarijs, li bros infrascriptos, videlicet *Bibliam integram* in pergameno, Dictionarium in per gameno in 4. Voluminibus, *Moralia Gregorij* in pergameno, Glossam ordinariam su per Epistolas Pauli in Perg. *Vitas Patrum*, *Sanctorale* in duobus Voluminibus, *Mamotrectum* in papyro in uno volumine, per honorabilem Virum D. Mathiam de *Bielina* Præpositum Ecclesiæ Collegiatæ *S. Ægidij* in Praga dicti Domini Archiepisco pi Secretarium accepisse &c. promittunt se libros illos non alienaturos &c. 1411. 11. Octobr. Nos quoque Wenceslaus Radecz Custos, & Canonicus Ecclesiæ Prag. sede Vacante per mortem dicti Domini *Sbinkonis*, Administrator in spiritu alibus per Capitulum deputatus &c. confirmat 25. Octobr.

* Pretiosi

Hazmburg: fundatores illius Cœn:

* Pretioſa eo ſæculo antequam paſſim Ars Typographica vigeret, fuit libraria ſupellex: quòd ſcilicet omnia manu conſcriberentur, quod laborioſiſſimum proinde, & pretioſum fuit. Cur autem *Sbinko Archiepiſcopus* hoc Cœnobium beneficio iſto proſecutus ſit, facilis eſt cauſſa: quòd ſcilicet ejus Majores Cœnobium hoc fundârint; in quo quàm plurimi *Domini ab Hazmburg* Religioſam vitam amplexi Domino ſervierunt, ut hoc ipſo tempore W..cho Prior, & Ioannes de Zbiroh Senior, Hazmburgici fuerunt: erat enim peculiaris linea eorum de Zbiroh, ùt in Stemmatographia docebimus, & patet ex Itinerario Domini Leonis de *Rozmital*, quod avorum memoriâ vulgavit *Staniſlaus Pavvlovvsky Epiſcopus Olomucenſis*; vide obſecro, quæ attuli in deſcriptione Cœnobij Inſulani, in Appendice I. ad *Hiſtoriam S. Montis.* *

P. 1. Cœn. in Teplicz.

Una ſexagena cenſûs annui deputatur Honorabili, & Religioſis *Domicellis Sophiæ* Prioriſſæ, & Conventui Monaſterij in Teplicz pro pietancia Monialium à famoſo Viro Nicolao dicto *Czeczvvicz* de Luzicz. 1413. 18. Novemb.

Czeczvvicz

* *Czeczvicij* proſapia illuſtris, de qua in Stemmatographia. *

P. 2. Loch.

Mutatio quorundam agrorum Eccleſiæ in *Loch* circa Cuttnam. confirmat Wenceslaus Radecz, ſede vacante Adminiſtrator. &c.

Chorzovv.

3. ſexag. & 20. groſſ. cenſûs pro Eccleſia in *Chorzovv* circa Czaslaviam à quadam Vidua. 1411. 17. Decembr.

P. 3. Wtelna.

*Pro Eccleſia in Wtelna* quidam agri donantur à famoſo Viro Marquardo de *Wtelna* Armigero.

Commenda in Dub.

3. ſexag. groſſorum à famoſo Viro Petro dicto Tiſta de Albrechticz honorabilibus, & Religioſis Viris Theodrico Commendatori, Petro Pietanciario, & Prædicatori Domûs, ſeu Monaſterij in Dub. 1412. 1. Januarij.

*Domus, ſeu *Monaſterium in Dub, Ordini Equitum Teutonicorum* adſcriptum fuit, ut ex pluribus documentis, quæ in his *Erectionum* libris citavimus, datur intelligi. *Tiſtæ Wrſſovecij* in antiquitate vocabantur; de quo videatur Hagecius. *

Dolan. de Polak.

*Pro Eccleſia in Dolano* una ſexag. cenſûs à famoſo Viro *Wenceſlao de Polak* armigero. 1412. 19. Decemb.

P. 4. Bor.

*Pro Eccleſia in Bor* minori Elocatio cujuſdam areæ à Plebano. Anno ùt ſuprà. Wenceslaus Radecz confirmat.

Oraſſcz.

*Pro Eccleſia in Oraſſicz* cenſus 1. ſexag. à Plebano apud famoſum Virum Joannem Draſczata de Solan armigerum. 1412. 26. Febr.

Przedhradi.

*Pro Eccleſia in Przedhradi* medium laneum agrorum donat famoſus Vir Przibico de Popovvicz, Anno, & die ùt ſuprà. pro anima ſua, & Agneſſcæ Matris.

P. 5. Stupna.

*Pro Eccleſia in Stupna* 2. ſex. cenſûs à famoſo Viro Lipoldo nato Raczkonis de Baſſonicz.

Wladislavv:

Concordia inter Plebanum Eccleſiæ in *Wladiſlavvicz*, & famoſum Virum Zdenkonem dictum Medek de Tinecz ratione decimarum. 1412. ult. Febr.

Medek.

* *Medek* Equitum illuſtris familia, ex qua ortos nos ipſi vidimus. *

P. 6. Cœn. in Pomuk. de Welhart:

*Pro Monaſterio in Pomuk* Ord. Ciſtercienſis Prag. Diœc. duæ ſexagenæ groſſ: cenſûs dantur à Nobili Viro D. Joanne de *Wilharticz*, reſidente in Herſſtein pro anima prædeceſſorum ſuorum, & ſignanter pro anima bonæ mem. Eliſabethæ quondam Buſskonis de *Zavvlekovv*. 1412. 1. Martij.

Rzepicz tres Presbyteri.

*Pro Eccleſia in Rzepicz* novem ſexag. groſſ. cenſûs à famoſis Viris Chvvalone, & Buzkone, & Cunſtone fratribus de Machanicz, aliàs de Rzepicz armigeris, ità, ut Rectores apud eandem Eccleſiam ultra annum Presbyterum pro Vicario teneri aſſvetum, duos Presbyteros pro Vicarijs habeant, & teneant temporibus perpetuis. 1. Martij.

Rzepiezky.

*De *Rzepicz*, & de *Machovvicz* ( qui postea de Mochovva, vel Machovva di cti sunt ) origine eadem stirps fuit. Sed illud satis admirari non possum : quòd qu hanc fundationem fecerunt *Chvval*, & *Cunsso*, paulò post ( vix sex annis interjectis eandem à se factam fundationem everterint, hæreticorum sese partibus adjunxe rint, & sub Ziska latronum Duces evaserint! *Facilis descensus Averni*, lubrica vitio rum est via. *

P. 7. Eccl. S. Georgij. de Cetovv. Canonici S. Georgij.

Una sexag. grosſ. census pro *Canonicis Ecclesiæ* S. *Georgij* à Wenceslao Zidel Plebano Ecclesiæ S. MARIÆ in Lacu, & Canonico S. Georgij in Castro Prageni in bonis famosi Viri *Byczen* filij olim D. Bavari Militis de Czietovv armigeri Prag Diœc. pro *Canonicis Ecclesiæ S. Georgij* in Castro Prag. enumerantur aliqui : Albertu Gregora, Joannes de Duba, Dominicus de Budvveis, Nicolaus Henslinus &c. 1410 penult. Decemb.

*De *Cetovv* stirps antiqua Equitum, quorum majores Cœnobium Mielni cense Eremitarum S. Augustini fundârunt; gerebant in clypeo caprum, ( vel ali ud simile cornutum animal ) in altum salientem, quantum ipsemet in vetustissimi Sigillis Mielnicensis Cœnobij perspicere in cera nigra potui, quod jam antè nar ravi. *

P. 9. Zdislavv.

Pro Capellania perpetua in *Ecclesia Parochiali in Zdislavv* erigenda medium la neum agrorum deputat famosus Vir Maxico de *Wlabczicz*, armiger Diœc. Prag 1412. 14. Aprilis.

Przibenicz.

*Pro Ecclesia in Przibenicz* donat unum pratum famosus Vir Czenko de May merzicz armiger. Anno, & die ùt suprà.

Monast. in Teplicz.

Famosus Vir Hanussius de Czhein de Ertein armiger Diœc. Prag. 1. sexag grosſ. census, minùs 6. grosſ. donat Religiosis Domicellis *Elisabeth de Dlazcovicz* So rori suæ, & Margaretæ professis Monialibus in *Teplicz*, & post mortem earum, cu duxerint ipsæ committendam. pro anniversario Margaretæ dictæ Nespeticzka, & in anniversario Welislai, & Uxoris ejusdem. item pro anniversario Domicella Margaretæ de Wykvve, & in aniversario Elisczæ Dlazkovvscæ. Anno, & die, ù suprà.

Dlazkovvsky.

*Dlazkovvsky* Equitum stirps, quæ etiam de Ertein dicebatur. Omnes Viri fæminæque his literis nominatæ, consanguineæ fuerunt. Jam antè dixi, *Parthenonem Teplicensem* constitisse semper nobili genere natis Virginibus; unde non aliter quàm *Domicellæ* vocabantur, qui titulus non æquè omnibus Sacrarum Virginum Cœnobijs dari solebat. *

P. 10. Zevvsicz.

Donatio census 30. grosſ. pro Ecclesia in *Zevvssicz* à famoso Viro Witkone armigero de Zevvssicz. 1412. 17. Aprilis.

Ervvenicz.

Famosus Vir Ottico de *Ilburg* armiger, donat pratum cum agris pro Ecclesia in Ervvenicz. 1412. 15. Aprilis.

Nobiles de Ilburg.

*Familia de *Ilburg*, quæ fuerit, an Dominorum, an Equitum, nemo adhuc scriptorum nostrorum satis explicuit; ego ab annis compluribus omni diligentiâ in id incubui, ut scire possem; nihilominus adhuc incertus hæreo : comperi diversas familias hoc nomine appellatas: *Barones ab Ilburg* inter Majores Martiniciorum videas cum Clypeo prorsus ab omnibus alijs familijs Bohemiæ distincto; rursus sæpius vidi *Ilburgiorum* Clypeum *Ronoviensi Berkarum, aut Lippæorum* Clypeo consimilem, adeò, ut *Domini de Ronovv* sæpissimè Ilburgiorum nomine sint usi. Legitur etiam hoc nomen additum Equestri Familiæ *Wrzesoveciorum*; hoc loco autem ab Ilburg, velut ab his omnibus diversa familia nominatur. Itaque anceps hæreo, & ingenuè fateor, dubitare me, cui ex omnibus Fundationem hanc adscribam. *

Hvvozdian.

Una sex. grosſ. census pro *Ecclesia in Hvvozdian* à famoso Viro Ottikone de *Kladrubicz*, armigero Prag. Diœc. Anno, & die ùt suprà. Notior

* Notior fuit in Vetere Bohemia familia Equitum *de Kladrubecz*, cujus in *Pa-* de Kladru-
*procio* sæpius fit mentio, quorum clypeum in *Stemmatographia* adferemus. ⁎ becz.

Una sexag. grossor. censûs pro *Ecclesia in Babicz* à famoso viro Mathia dicto Babicz.
Huse *de Babicz* armigero, residente in *Hradek*, olim Patrono Ecclesiæ Parochialis
in *Babicz*; anno, & die ùt suprà. Confirmat Wenceslaus de Radecz.

Una sexgross. censûs pro *Ecclesia in Lukovvecz*, aliàs in *Brancovvicz*. à nobili Q. 1.
Viro Haycone Magistro Coquinæ Serenissimi Principis, & D.D. Wenceslai Roma- Lukavvecz.
norum Regis semper Augusti. 1412. 18. Aprilis. Hayko.

Duæ sexag. gross. censûs pro *Ecclesia in Kozle* à famoso Viro Wenceslao dicto Kozle.
Tussensky, residente *in Chrast* retro Kostelecz, pro animabus Mikonis Patris, Do-
rotheæ uxoris, Margaretæ Matris suæ, Bietczæ, & aliorum prædecessorum suorum.
13. Maij.

Pro *Ecclesia in Naczeracz*. Coram nobis Wenceslao Radecz &c. Vicario in spi- Q. 2.
ritualibus Domini *Electi & provisi Eccl. Prag.* Nicolaus de Usse Plebanus Ecclesiæ Naczeracz
in Naczeracz professus est, se debere adhuc *unum Vicarium* Presbyterum super eum, duo Vicarij.
qui antè alebatur, alere in sua Ecclesia, à Nobili D. Joanne *de Rotstein*, Vice-Pur-
gravio Castri Prag. pecuniâ sibi relictâ de parte Dominorum *de Schelenberg*, nomi-
natim Henrici *de Schelnberg*. 1412. 11. Maij. de Rotstein

* Quod nuper *de Ilburgijs* diximus, idem dicere possumus de Illustrissima pro- VValdstei-
sapia *Dominorum de Rotstein*; sed hos tamen *VValdsteiniorum* ramum fuisse nimiùm nij.
probabile redditur ex ijs, quæ superiùs attulimus. Tomo VII. ad G. 8. ⁎

Decem sexagenæ pro *Ecclesia in Duba* censûs perpetui pro anniversarijs facien- Duba.
dis tribus, pro anima Frendlini ibidem *de Duba* Patris, Catharinæ Matris, & Doro-
theæ novercæ facti ab honorabilibus Viris D.D. *Joanne* Canonico Ecclesiæ S. Geor-
gij in Castro Prag. & Wenceslao Plebano in Wrbna, fratribus uterinis filijs dicti Frid-
lini, consensu Nobilis viri *D. VVanconis Berka Domini in Duba*. 1411. 26. Septemb.
Joannes de Niemczicz confirmat. Q. 3.

Emtio certorum agrorum pro *Ecclesia Parochiali in Duba*, quos agros liberavit Duba.
ab omni censu Nobilis vir D. Wanco, dictus *Berka de Duba*, Patronus Ecclesiæ, & Do-
minus temporalis ibidem *in Duba*; ob quod beneficium Plebanus obligatur ad Anni-
versarium pro anima Henrici dicti Berka *de Duba* Patris Domini Wankonis antedicti
Sdenkonis Henrici, & Josstonis D. Plebani progenitorum 1411. 26. Septemb. Hen-
ricus *in Duba* Plebanus dicebatur.

Commutatio quorundam agrorum pro altari *SS. Trinitatis in Ecclesia Parochia-* Czestinko-
*li in Czestinkostel* omnino rescinditur à Wenceslao Radecz, utpote noxia Ecclesiæ, stel.
id petente *D. Sbinkone Presbytero*, & Domino temporali in *Czestinkostel*. 1412. pen-
ult. April.

* Ex triplicibus hisce *Erectionum* literis colligimus, quàm illustribus nobilitate
viris eo tempore Bohemiæ Clerus constiterit: *Berkarũ* stirps tres supradictos protulit,
*Joannem, Wenceslaum, & Henricum*; quarti genus ignoratur, sed illustre fuisse, osten-
dit Dominium temporale *in Czestinkostel*. ⁎ Q. 4.

Pro *Ecclesia in VVrchlab* septem sex. cum 3. gross. censûs perpetui à famoso viro Albipolis
Hasskone nato Petri militis *de VVrchlab*, super villa *Holenicz* positi, cum assensu famo- duo Vicarij.
si viri Nicolai *de Ulibicz* Tutoris ac, D. Margaretæ Matris suæ, ut Plebanus teneatur
alere adhuc *unum Vicarium* manualem. Wenceslaus Gurein Magister artium Ca-
nonicus Montis S. Petri in Bruna, Reverendissimi in Christo Patris *Albici* Dei Gratiâ
Archiep. Pragensis in spiritualibus Vicarius. 1412. 29. Maij.

* A. 1411. *Sbinkonem* Archiepiscopum Pragensem defunctum, ex hoc ipso E- Albicus Ar-
rectionum libro O. 30. intelligimus, videtúrque obijsse inter XI. & 22. Octobris, chiepiscop.
proinde deputatus est à Capitulo Administrator, & Vicarius Generalis, Custos Ec-

clesiæ Pragensis *Weneeslaus de Radecz.* Diu dilata est vel *Electio*, vel *Confirmatio* nam adhuc A. 1412. 11. Maij legimus *Albicum Dominum Electum, & Provisum Ecclesiæ Pragensis*, & tandem eodem anno ad 29. Maij habetur: Wenceslaus Gurein Magister artium &c. Reverendissimi in Christo Patris *Albici Dei gratiâ Archiepiscop. Pragensis* in spiritualibus Vicarius, adeóque *Albicus* A. 1412. inter 11. Maij, & 29. ejusdem mensis confirmationem Romanam accepisse censendus est. ⁎

Q. 5. Niemczovves. Pro altarista S. Joannis *in Nemoyczeves* in Ecclesia ibidem deputatur una sexag. grosl. censûs annui à famoso viro Petro dicto Kluch *de Nemczoves* armigero. anno ùt suprà.

Zdislavvicz. Pro *Ecclesia in Zdislavicz* prope *Wlassim*, media sexag. grosl. censûs annui à famoso viro Wilhelmo *de Mirzeticz* armigero. anno & die ùt suprà.

Q. 6. Pulcher-mons. Cœn: Milovicense. Commutatio quorundam agrorum pro *Ecclesia in pulchro Monte* à Plebano facta cum peculiari consensu Domini *Svvatomiri Abbatis Monasterij Milovicens.* Ord. Præmonstratensis ejusdem Ecclesiæ Patroni. commutatio illa fuit in bonis Buzkonis *de Bernharticz* Clientis; cujus, & fratris ejus Joannis de Bernharticz literæ recitantur postea R. 6. Bohemicæ 1412. confirmat Wenceslaus Gurein.

Q. 7. Krzeczovvicz; Vicarij. In Arnostovvicz Vicarij. Czeika. Famosus vir Jarohnievv de *Krzeczovvicz*, integram suam villam cum omnibus piscinis &c. donat, ut *in Krzeczovvicz* Plebanus ultra *duos* Vicarios per ipsum teneri consvetos, *unum Presbyterum* alere teneatur, & *Plebanus in Arnostovicz* similiter *unum Presbyterum* ultra *unum Vicarium* ab antiquo teneri solitum. Confirmat Gurein præsentibus Przechcone *de Olbramovicz*, & Hrochone *de Krzessicz* armigeris. 1412. 13. Junij.

VVrutek. Pronunciatio inter Plebanum, & Parochianos *in Wrutek* confirmatur à Wenceslao Gurein. 1412. 17. Junij, præsente Jacobo Priore Conventûs *Portæ Apostolorum*.

Q. 8. Herzman. Chuchelsky. Famosus vir Joannes *de Chuchel* armiger Prag. Diœces. donat unam sexag. grosl. censûs annui pro Ecclesia sua *in Herzman* pro anima sua, & Matris Catharinæ in anniversario, in quo idem Joannes hæredes sui, & successores unum grossum cum candela offerre debent. 1412. 17. Junij.

Missenez. Pro *Ecclesia in Missenecz* 1. sex. grosl. perpetui censûs à D. Czenkone Plebano Ecclesiæ ibidem, & à D. Hinkone Canonico S. Apoilinaris Pragæ. 20. Junij.

Q. 9. VVsseborzsko. Hrzan. Translatio Censuum pro *Ecclesia in Wsseborzsko*, non procul à Clumin, à famoso viro Dobessio dicto *Hrzan de Ugezd* armigero dotatore primo ejus summæ. 1413. 20. Junij.

Q. 10. Eccl. Prag. de Egrberg. Tres sexag. grosl. censûs annui pro altari S. Catharinæ, & S. Christophori *in Eccles. Prag.* (cujus Patronus est Nobilis D. Nicolaus *de Egrberg* Protonotarius Tabularum Terræ Regni Bohemiæ) à D. Joanne Lisska Presbytero *de Skalicz*, Rectore ejusdem altaris de, & super hæreditate sua *in Sovvinicych.* 1412. 12. Junij. Gurein confirmat.

* Notandum hoc loco *Nicolaum de Egrberg* appellari nobilem Dominum, non quòd esset ex Procerum ordine, sed quòd esset *supremus Regni scriba*, qui tum appellabantur *Protonotarij supremi Tabularum.* ⁎

Sacer campus. Czeika. Chrt. 4. Sexag. grosl. censûs perpetui pro *Ecclesia in sacro Campo*, ex testamento Hanussij *de Marssovicz.* Executores testamenti famosi viri Przecho *de Olbramovvicz*, Wilhelmus *Chrt de Zahradka* armigeri, unà cum Petro Prassie *de Byrzkovv* Cliente, pro anima ipsius Hanussij, & Anna conthorali ipsius. Gurein. 1412. 12. Julij.

* *Przecho de Olbramovicz* ex Czeikarum illustri sangvine ortus, probabiliter fuerit Hanussij *de Marssovicz* patruelis. ⁎

Q. 11. S. Benedictus Pragæ. Mutatio Censuum in alias domos pro Ecclesia *S. Benedicti Parochiali Pragæ* à Plebano 8. sexag. grosl. censûs. 1412. 20. Julij.

Pro

Pro altaristis S. Wenceslai in Ecclesia *S. Mariæ in Lacu* in Praga, duæ sex. groß. census à famoso viro Joanne nato Bavari *de Czietovv* militis armigeri Prag. Diœces. duo in eo altari fuêre altaristæ. Gurein 1412. 5. Sept. R. 1. B.V. in lacu.

Pro Ecclesia *in Chlum* 3. sex. censûs cum 4. pullis ab honesta domicella Virgine Bietka *de Lipa* filia Nicolai dicti *Salavva*. 1412. August. R. 1. Chlum.

* *Salavvæ de Lipa* hodiéq; supersunt in Bohemiæ Nobilitate, ab eadem origine descendunt cum *Trczkis de Lipa*, eadémque arma gestant, exceptis vexillis super galeam, quæ *Trczkijs* in bellis Turcicis addita fuêre avorum memoriâ. * Salavvæ & Trczka.

Una, & media sex. pro Ecclesia S. Georgij *in suburbio Litomericensi* à famoso viro Joanne dicto Czrny *de Sobjeczin* residente *in Libochovvano*. subscripti famosus cliens Sigismundus de Sobjeczin residens in Chotiessovv, frater meus uterinus; Joannes dictus Styrssa de Sobjeczin resid. *in Libochovvan* Patrui mei charissimi. 1412. ult. Sept. R. 2. Litomericium.

Una sex. groß. censûs ex testamento Sigismudi *de Ledecz* Religioso viro D. Adæ Priori Monasterij *in Benatek Ord. FF. de Pœnitentia BB. Martyrum*. Executores testamenti famosi viri Joannes, & Budivogius fratres germani. Anno, & die ùt suprà. Cœnob. in Benatek.

Donatio 1. sex. perpetui censûs pro *Capellania perpetua* in majori *Slatina* à famoso viro Joanne dicto Polak *de Dohalicz* armigero. Anno, & die ùt suprà. R. 3. Slatinæ Capellanus.

* Quædam *Dohalskiorum* linea *Polak* dicebatur, quòd ex eorum majoribus unus aliquis diu in Polonia militâsset, & habitu Polonorum indutus procederet in publicum. * Polak Dohalsky.

4. Sexag. censûs pro Ecclesia in *Tinecz* à famoso viro D. Sdencone dicto *Medek de Tinecz* super Sazavvam, & translatio ejus ad alia bona. 1412. ultimâ Oct. Medek de Tinez.

Translatio 3. sex. groß. censûs pro Ecclesia *in Krzivvsudovv*, & de novo 2. sex. groß. dantur à famoso viro Marssone *Smrczka de Alberovvicz* armigero pro tribus anniversarijs, in quibus singulis duo pauperes nutriantur, pro animabus suorum prædecessorum, signanter Hanierzonis. 1412. 3. Octobr. Krzivvsudovv. Smrczka.

* *Smrczkarum* Equestris prosapia Veteri Bohemiæ notissima fuit; *de Mnichu* appellantur, licèt aliqui consvetudine majorum *de Alberovvicz* à ditione sua sese indigitarent. *

Pro Ecclesia in *Alba*, aliàs in *Trzebonin* agri, & censûs diversi assignantur à Wenceslao *de Pabienicz* armigero, & famoso viro Niklassio dicto Krondl Cive in montibus Cuttnis. quæ omnia approbat W. Gurein. 1412. 4. Oct. R. 4. Biela. VVoracziczky.

Pro Ecclesia in *Bielczicz* donatio 7. sexag. ut Plebanus præter unum Vicarium priùs apud illam Ecclesiam teneri consvetum, adhuc alat unum Presbyterum pro Vicario manuali, deputat censum famosus vir Marquardus de Tiecharozonicz, aliàs *de Bielczicz* armiger, de expresso consensu famosorum virorum Odoleni *de Wopicz*, Martini dicti Niemecz *de Kupie*, Ulrici dicti Slopecz *de Ugezdecz*, Henrici Hniedecz *de Tissovvy*, Joannis *de Koraticzin* residentis in Let, Dobrohosti de Czernczicz, Bernhardi *de Zbinicz* Clientum, qui dicta bona (Bielczicz) in Tabulis Regni Boh: intabulata habent. confirmat Gurein Vicarius D. *Alberti* Archiep. Prag. 1412. 5. Oct. NB. *Albicus* jam secundò scribitur *Albertus*. R. 5. In Bielczicz. duo Vicarij.

Pro Ecclesia in *Lukavva* donantur quidam agri cum silvula à famoso viro Petro Seniore de Zhorzecz. anno ùt antè. Lukavva.

Translatio censûs 6. sex. pro altari SS. Petri, & Pauli in Ecclesia *S. Mariæ ante lætam Curiam* in Praga ad bona famosi viri Cuniconis de Czeczelicz. anno ùt suprà. R. 6. Tein Pragæ.

Pro Ecclesia in *Malessovo* 1. sex. groß. censûs à Petro Zubakone *de Malessovv*. anno 1412. 10. Januarij.

Donatio 3. sex. groß. ex legato bon: mem: Przibiconis Dubek armigeri *de Trzebovveticz*, cui duæ sex: groß. censûs addiderunt honestæ matronæ: Zdinka Vidua Przibiconis, & Katharina uxor Joannis armigeri *Krzinecz*, ità ùt sint 3. sex. pro Ecclesia in *Czerkvvicz*. 1412. 6. Novemb. Cerekvvicz.

R. 7. Cœn.Minor Reginohradecij.

Eædem Matronæ Zdinka, & Catharina tribus sexagenis, quas Przibico legaverat, addunt aliàs 4. ut sint 7. sex. censûs annui. donant Monasterio Guardiano, & Fratribus Domûs *S. Joannis Fratrum minorum in Grecz Reginæ* 1412. 6. Nov.

Kaffung. Pietipesky. de Busskovvicz.

Pro Ecclesia in *Busscovicz*, famosus vir Hinko *Kaffung* Tutor Orphanorum bonæ mem. Odoleni *de Pietipes*, in præsentia Nobilis Dominæ Skonczæ relictæ *Petri de Busskovvicz* proposuit, qualiter D. Odolenus 1. sexag. usque ad ætatem legitimam orphanorum persoluturum promisit, & cum eo *Wlastiborius*, aliàs Wlasko de *Kladnæ* contutor. 1412. 3. Oct.

* *Kafungij* stirps nobilis jam in Bohemia esse desijt; fuêre alij in *Misnia* ex Saxonia *Kafungij*, de quibus in *historijs Saxonicis*. *

Strzemelicz

Molæ cujusdam donatio pro Ecclesia in *Strzemelicz* à famoso viro Joanne de Strzemelicz, dicto Straz armigero Prag. Diœc. 1412. 17. Decemb.

Plana.

Concordia pro Ecclesia *in Plana* inter Plebanum, & inter Petrum de *Teressovv* residentem in Kaczerovv. 1412. 17. Decemb.

Korzensky.

* *De Teressovv* Korzenskiorum est titulus; hodiéque *Korzenskij* in Bohemica nobilitate censentur. *

Perucz.

Pro Ecclesia in *Perucz* media sex. grosf. censûs à famoso viro Henrico dicto Krasny de Perucz armigero. pro animabus Pessiconis Patris, Hinczæ Matris, & aliorum prædecessorum suorum. Gurein confirmat. 1413. 21. Jan.

R. 8. Psovv.

Pro *Ecclesia in Psovv* honestus vir Henzlinus, olim de Psovv, Procurator Curiæ Hospitalis prope Ecclesiam *S. Petri* in Porzicz Pragæ unam sex. grosf. cum sex grossis donat. in agris famosi viri Wladonis *de Polak* armigeri &c. 1413. 3. Februar.

R. 9. Altarista.

Venditio duarum sex. censûs pro domicella *Margareta* Virgine, Filia Pauli *de Malenovvicz*, & pro Dominis Jacobo, & Joanne Altaristis Ecclesiæ Pragensis. fatetur se debere famosus vir Joannes Cumpanecz *de Widhosticz* armiger Prag. Diœc. 1413. 4. Februarij.

Lauczim.

Una aratura donatur Ecclesiæ *in Luczim* à famoso viro Wilhelmo de Przichovicz armigero. 1413. 17. Martij.

Przitchovvicz.

* Ad *Przichovvskios* hæc liberalis donatio referenda est, qui de *Przichovvicz* hodiéque intitulantur. *

Nahorzeczicz.

24. Grosf. censûs donatur Ecclesiæ in *Nahorzeczicz* à famoso viro Joanne de Stebna armigero de Consensu fratris sui Georgij 1413. 13. April.

R. 10. Dieczin. Wartenberg

7. Sex. grosf. annui censûs pro Ecclesia in *Dieczin* à nobili viro Sigismundo *de Wartenberg*, Domino in Dieczin. qui in literis germanicis, quæ hîc recitantur, nominat Patrem suum Joannem *de Wartenberg* ut Plebanus quotidie per se, vel per Capellanum in arce *Missam* coram Domino, & Aulicis legere faciat. Subscripti Jordan *de Hugvvicz*, dictus Ptaczek Capitaneus noster, Joannes de Skoroticz in Zelnicz, Joannes Puskarz *de Kozoged*. Gurein approbat. 1413. 4. Maij.

Haugvvicz. de Kozoged

R. 11. Passczik.

Mutatio quorundam agrorum Ecclesiæ in *Passczik*. testibus Czastovogio de *Záborz*, Hinkone de *Tissova* &c. 1413. 4. Junij.

S. 1. S. Barbara Cuttnæ.

Concordia inter Leonardum Plebanum Ecclesiæ *in Pnievvicz*, aliàs Corporis Christi, & *S. Barbaræ* in montibus ex una, & Wenceslaum de Kossicz Laicum ex altera. Pontificatûs SS. Patris Joannis Dei Providentiâ Papæ XXIII. anno ejus primo. 1413.

S. 2. Przibram.

Una sex. grosf. censûs pro Ecclesia in *Przibram* à famoso viro Wenceslao de *Ubenicz* apud Joannem de Tursko Clientem. anno ùt suprà.

S. 3. Weprzecz.

Media sex. grosf. censûs pro Ecclesia in *Weprzecz* à Mikssikone de Hoholicz armigero, 1413. 19. Maij.

S. 4. Mirovvicz.

Constitutus personaliter famosus vir Marquardus dictus *Markyss* armiger *de Martinicz* recognovit se unam sex. grosf. censûs pro Ecclesia in *Mirovicz* debere, quem

quem censum bon. mem. Wachco ibidem *de Martinicz* donavit, & legavit. hanc sex. ponit in Mola, & flumine dicto Bozess sub *Villa Martinicz.* 1414. 13. Sept. de Martinicz.

* Non existimo *Marquardum* stirpe *Matricinium* fuisse, cùm famosus vir, ac proinde Equestri Familiâ tantùm sit ortus, sed ideo ità dictum quòd villam *Martinicz* possideret. *

Pro Sacello in Oppido *Lukavecz.* Wolf Georgius *de Pötting*, & Persing L. B. in Lukavecz &c. S. C. Majestas Colonellus, promittit, se pro *Sacello S. Wenceslai* sarto tecto servando quotannis 6. florenos constantes singulos 60. kr. numeratorum, & oppignorat, vel hypothecat ipsum oppidum Lukavecz. 1638. die S. Wenceslai. Testes Joannes Laurentius de Amstadt Eques, & Joachimus *Kossaticzky de Horek* Eques. Nota: hæc suo loco nõ sunt posita. Lukavvecz. de Pötting.

Bohuchvval *Walkaun de Adlar* in Staff, Pastovvicych, & Raczinievvsy Capitaneus districtûs Slanensis S. C. M. Consiliar. instituit certas pensiones & decimas à rusticis persolvendas pro Parochia in *Zlonicz* Ecclesiæ Assumptionis B. Virginis, quæ pensiones ob hæresim olim interversæ erant; itaque assignat domum, agros &c. & quæ Parochus teneatur præstare A. 1616. confirmat *Ernestus* Archiep. II. Pragensis. 1643. Walkaun. Zlonicz.

# ERECTIONUM VOLUMEN NONUM.

* Animadvertere oportet, Nos in annotandis *Erectionibus Altarium* non habuisse temporum, sed ipsorum Voluminum rationem; unde quædam hoc *nono Voluminum* Tomo inscripta reperias, quæ in *octavo* poni debuissent; nimirum Veteres non unum tantùm Volumen, sed plura simul inchoarunt, quibus inscriberent; unde contigit (ùt existimo) ut quædam sinè delectu temporum, aut priùs, aut posteriùs, quàm ratio temporum postularet, annotarentur. *

Donatio trium sexagenarum pro *Ecclesia S. Georgij* in Castro Pragensi ab Henzlino de Koptecz residente in Wolin, & Dorothea uxore, germanâ sorore D. Wenceslai de Stranczicz *Canonici Præbendati Eccl. S. Georgij* pro animabus prædecessorum signanter Vitkone Patre Ludmillæ Matris dicti D. Wenceslai, nec non pro ipsius D. Wenceslai Præbendæ in Brzezan possessoris meliori sustentatione, & Monialium, Canonicorum, & Vicariorum Ecclesiæ S. Georgij *consolatione*, quæ sic distribuentur: 1. sexag. & media annuè veniet D. Wenceslao quamdiu vixerit, & postea *Canonico Præbendato in Brzezan*, una sexag. domicellis Abbatissæ, Priorissæ, & Conventui S. Georgij, ut semel in anno canant *Missam Rorate cœli*; media sexag. dabitur *Canonicis, & Vicarijs in Eccles. S. Georgij* pro duobus anniversarijs Wenceslai majoris, altero ipsius Wenceslai, quod ipso vivente peragetur, ubi in sero vigiliæ præmisso pulsu, & feretro cum candelis, & in crastino Missa defunctorum cantabitur &c. & ipse D. Wenceslaus, quamdiu vitam duxerit, per se distribuet; eo verò mortuo *Præbendarius in Brzeczan*, approbat hæc omnia Joannes Kbel Decretorum D. præsentibus D. Ogerio olim Correctore cleri Diœces. Prag. &c. 1408. 13. Julij. A. 1. Eccl. S. Georgij Pragæ. Præbenda in Brzezan.

* Ex hoc loco apparet, Anniversarium pro defunctis solenne in *Ecclesia S. Georgij* cantatum fuisse, dum adhuc viveret is, pro quo velut mortuo, Missa canebatur; quod approbat Vicarius Generalis. * Requiem pro vivente.

Ere-

A. 2. S. Ægidius Pragæ. S. Rosæ dies.

Erectio Altaris *SS. Rosæ, & Apolloniæ* Virginum in *Ecclesia S. Ægidij* in Prag. 14. sexag. grossi. censûs annui à famoso viro Andrea dicto Opat *de Budislavv* armigero Prag. Diœces. pro quatuor Missis singulis septimanis. festum *S. Rosæ* dicitur celebrari immediatè post Nativit. B. MARIÆ Virginis. Jus Patronatûs Andreas habebit & ejus Uxor; ijs mortuis Andreas *de Nemysl.* 1407. 18. Julij. Joannes Kbel.

Mitrovvsky

* Andream *de Badislavv* ex familia Mitrovvskiorum *de Nemyšle* prodijsse, probabilis est conjectura. Vide etiam, quæ infrà B. 4. leguntur. *

A. 3. Boleslaviæ Melitenses.

Religiosus vir F. Martinus Plebanus *Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ in Juvene Boleslavia* Ordinis Cruciferorum S. Joannis Hierosolymit. permutat araturam ad ipsam Ecclesiam pertinentem cum alia famosi viri Svviestonis de Odicz armigeri, & Dorotheæ Conthoralis ejusdem, cum assensu Regis Wenceslai, in præsentia famosi Viri Clementis *de Kutlicz* districtoris dictæ araturæ. 1408. 22. Junij.

A. 4. Zderaz. Bor.

Ordinatio inter Præpositum Bernardum, & Conventum *Monasterij Zderasiensis* in Praga Ord. SS. sepulchri Domini, & inter Plebanum *Ecclesiæ in Bor* majore super certis piscinis. Confirmat Joannes Kbel, Decretorum Doctor Canonicus Præbendatûs Ecclesiæ Pragensis. 1408. 28. Junij.

A. 5. Lßtian.

Donatio certorum agrorum pro Ecclesia Paroch. *in Lßtian* Districtûs Horssovviensis à Plebano loci, ex quibus 5. sexag. grossi. censûs annui percipiuntur. mentio fit agrorum Bohussij *de Sczedra*, strenui militis Dobrohosti *de Melnicz*, Ottonis de Tissovva residentis in Spanovv, & Marssiconis de *Hradek*, qui prædictos agros donâ runt. 1408. 11. Junij.

A. 6. Tein Pragæ. Conradus Subcamerar. pòst Archiepiscopus.

Erectio Altaris S. Brigittæ, & S. Alexij in Ecclesia *S. MARIÆ ante Lætam Curiam* Majoris Civitatis Prag. à Cive 14. sex. grossi. Prag. censûs. Licentia à Wenceslao Rege, cujus literis subscripti: *Conradus Electus Werdensis Subcamerarius, Nob. Laczo de Kravvar Magister Curiæ* Henricus *de Lazan* Consiliarius. Census hic positus apud Smilonem *de Wchinicz* de, & super hæreditate *in Wchinicz.* 1408. 9. Julij.

de Kravvarz

* Nota: *Conradum de Wechta Westfalum*, pestem Archiepiscopatûs Pragensis, ùt suo loco diximus, hoc tempore contra omnem Regni consvetudinem *Subcamerarij* munus sæculare gessisse, atque interim *Werdæ Electum Episcopum* simul sacrum, & profanum occupâsse. Ladislaus *de Kravvarz* ex Moravica primaria Nobilitate ortus fuit, Henricus *de Lazan* Bechiniæ stirpis, qui postea sub Sigismundo potuit omnia, & aliquot *Silesiæ Principatus* Regis nomine rexit. *De Wchinicz* ijdem, qui hodie *Khinský, & Chinský* dicuntur, videlicet: Germanis difficilis visa est pronunciatio nominis *Wchinský.* *

Chinsky.

Cœn. Teplicense.

Translatio 3. sexag. grossi. censûs pro Altari S. MARIÆ Magdalenæ in *Monasterio S. Joannis in Teplicz* Ord. S. Benedicti à bon. mem. Joanne *Dobronicz* fundati. mentio famosi Viri Joannis *de Ohnicz.* Kbel. 1408. 16. Julij.

A. 7. Wrzestiovv.

Translatio 3. sexag: grossi. censûs pro Altari *S. Catharinæ* in Ecclesia filiali *in Wrzestiovv* Ecclesiæ Matricis in *Choteborzicz* Prag. Diœces. ad ditiones Alssonis, & Benessij, quorum hîc literæ recitantur: *Nos Alsso de Risemburg, residens in Wrzestiovv, & Benessius de Risemburg, residens in Kreczin* collatores &c. 1408. 16. Julij.

Risenburg de Wrzestiovv probabiliter sunt Ossecenses.

* De Familia *de Risenburg in Wrzestiovv*, maxima lis posset oriri, an stirpe Procerum Alsso, & Benes sint orti, an Equestri? si Procerum stirpe sint editi, vel *Ossecani*, vel *Ssvvihovÿ* debent censeri; si verò Equestri, *ad Raßinios* referentur. Sed, cùm *Nobiles Viri* (qui Procerum illâ ætate titulus fuit) appellentur, ùt vidimus Tomo VI. F. 8. aliisque pluribus locis, necessariò dicendum, non fuisse familiæ *Raßinianæ*, neque Equites, sed stirpe Dominorum, ac probabiliter *Ossecanos.* Tota hæc quæstio facilè solveretur, si Clypeum militarem possemus inspicere.

Ere-

Erectio Altaris S. Nicolai in Ecclesia Parochiali *S. Adalberti sub Zderaz* ab Jo- A. 8.
anne *de Budvveis* Altarista S. MARIÆ ante Lætam Curiam 30. sexag. grosſ. cen- S. Adalbertus sub Zderaz.
sûs percipiendi in Gihlavv; item in Buſcone de *Ugezd* 380. confirmat Kbel 1408.
18. Maij.

Una sexag. groſſ. censûs donatur pro Ecclesia in *Naczeracz* à Ludovico *de Pravvveticz* ob remedium Prædecessorum, & præcipuè pro animabus Dominæ Annæ, & Agnescæ Uxorum mearum, & puerorum meorum &c. sigilla Ludovici de Blanicz, Dluhomili de Bsovva, Ulrici de Calpensperg. Datum in Oppido Wozicz. 1384. in Vigilia S. Thomæ. A. 9. Naczeracz.

Pro Ecclesia *S. Clementis in Porzicz* super Tonica. quidam census emti à Rectore illius Ecclesiæ. Kbel. 1408. 8. Aug. confirmat. A. 10. S. Clemens in Porzicz.

Una sexag. grossor. censûs pro *Ecclesia* Parochiali in *Smolnicz* super villam Brzezy ab Hincone, Joanne Hrczone, & Habardo fratribus germanis filijs Friderici quondam dicti *Wrani*, pro animabus parentum &c. 1375. confirmatum. 1408. 31. Augusti. A. 12. Smolnicz.

Erectio Altaris *S. Spiritûs* ante *Capellam S. Wenceslai in Eccles. Prag.* apud primam Columnam prope Novam Turrim ex lapidibus quadris ædificati ab Joanne, seu Henzlino Altarista Altaris S. Wenceslai in *Capite Tumbæ S. Wenceslai Martyris* gloriosi ex Censibus Georgij Launsky Civis Maj. Civ. Prag. etiam ex suis, videlicet Henzlini 16. sexag. groſſ. Census annui. in diversis bonis, & in universitate bonorum *de Meravicz*, aliàs *de Wchinicz* Armigeri; multa hîc constituuntur de tam divite fundatione pro panibus, pro fabrica Eccles. Prag. *Sbinco* omnia confirmat 1408. 8. Augusti. A. 12. Eccl. Prag. Wchinsky de Meravvicz.

* *Wchinský*, aut *Chinsky*, aut *Khinský* (ùt ex hoc loco apparet) de *Meravvicz*, cognomen ferebant, ùt plurimis alijs locis patet. *

Erectio mediæ sexag. groſſ. pro *Eccles. S. Ægidij* in Praga ab Joanne Plebano ejus Ecclesiæ. 1408. 4. Aug. B. 1. S. Ægid. Prag.

Translatio 5. sexag. Censûs pro Altari S. Bartholomæi, & S. Margarethæ in *Eccles. Paroch. in Oticz*, quod dotârunt famosi Joannes Senior Raczko, & Joannes junior Fratres Germani de Oticz pro alijs caussis, tum *ut lampas ante Ven. Sacramentum* die, ac nocte ardeat. 1408. ultimâ Augusti. Oticz.

Pro *Ecclesia* Parochiali *in Miliczin* SS. Simeonis, & Judæ multi census, quos omnes recitat, & refert Nobilis D. Henricus *de Rozmberg*; unam sex. groſſ. censûs ad idem quoq; contulit Nobilis Domina Matrona Hedvvigis relicta Nob. Domini *Habardi de Zirotin.* in Crumpnau datur 1408. confirmat Kbel eodem Annn. 10. Septembris. B. 2. Miliczin. de Rosis.

* *Zirotin*, *Zierotin*, vel *Zerotin* idem est. porrò intelligendi sunt *Bohemici Domini de Zerotin*, qui *Aquilam*, non Leonem ferebant in Clypeo. * Zerotin.

Pro Ecclesia *Parochiali S. Procopij in Hvvozdian* piscinæ, & dotationes quædam, ut Plebanus ibidem teneatur alere unum Presbyterum, seu Capellanum pro Vicario manuali. à Nobili Viro Domino Benessio *Trzemssin*, ejus Eccclesiæ Patrono, & Margareta ejus Conjuge. testes: Nobiles, & famosi Viri Jaroslaus de Wranovvicz, Henricus dictus Hniedecz, & Hinko de Tissovecz 1408. 20. Maij. B. 3. Hvvozdian Vicarius.

* D. Benessius *de Trzemssin* ex stirpe Procerum ab *Hazmburg.* *

Una sexag. grossor. Censûs pro *Vicarijs Canonicorum Sancti Ægidij in Praga* à Vidua Cive Bieta. pro Missa una singulis Septimanis legenda in *Capella Sanctæ Rosæ* sub Campanili in dicta Ecclesia S. Ægidij situata. 1409. 24. Sept. B. 4. Vicarij apud S. Ægidium.

B. 5. Bigedl.

Duæ sex. groff. censûs pro Ecclesia *Parochiali in Bigedl* à famoso Viro Raczkone *de Zrnovvnik* Armigero Prag. Diœc. 1408. 28. Sept.

In Lstiborz Vicarius.

Concordia super decimis Ecclesiæ Parochialis *in Lstiborz* inter Strenuum Militem D. Joannem de Kluczovv, ex una, & Plebanum ibidem ex altera, & ut Joannes solvat tres sex. groff. cum media &c. contrà Plebanus alere unum *Presbyterum* pro *Vicario manuali.* 1408. 2. Oct.

B. 6. Ratay. de Lippa.

Literæ ternæ pro Ecclesia *S. Nicolai in Ratay.* Primæ Bertoldi *de Lippa*, DEI gratiâ Wissehradensis Præpositi, Cancellarij, & Supremi Regni Boh. Marssalci de Mola ad *Ecclesiam in Ratay* legitimè devoluta, quam liberat ab omni servitio. mentio hic est Henrici *de Lippa* fælic. mem. Charissimi Genitoris nostri. Datum Ratay 6. Idus Maij. 1343. Secundæ literæ Czenkonis *de Lippa* Supremi Regni Boh. Marscalci, quibus liberat homines Censuales Ecclesiæ Parochialis ab omni servitio sui ad petitionem Nobilium Virorum Domini Hinconis juvenis *de Wlassim*, & Domini Jankonis *de Schelmberg.* A. 1349. in die S. Georgij. Tertiæ: Joannis *de Pirkenstein.* assignat unum laneum, ut Plebanus teneat unum Vicarium, & alia quædam, ut perpetuò *lampas ardeat* &c. in salutem animæ nostræ, & conjugis, & fælicis memoriæ Czenkonis *de Pirkenstein* Genitoris nostri, Jutæ Matris nostræ amandæ, Smilonis fratris nostri, Elsscæ sororis nostræ, ac Prædecessorum. Anno Domini 1371.

Ibidem Vicarij. B. 7.

* Dignissima observatu est hæc fundationis *in Ratay* inscriptio. Primò observetur illud: *DEI gratiâ.* 2°. Lippæorum *hæreditarius* titulus, Supremi Marescalli. 3° quædam Genealogiæ *Lippæanæ* particula, uti etiam rami *Pirkensteiniani.* *

B. 8. S. Stephanus Pragæ.

Duæ sex. groff. *Ecclesiæ* S. Stephani in *Ribniczka* Novæ Civit. Prag. à quodam Cive. 1388. feriâ 2. post festum S. Luciæ.

Horka minor.

Permutatio cujusdam Prati pro Ecclesia in Minore *Horka.* 1408. 20. Octobris.

Lippa. Berka.

Erectio Altaris omnium SS. *in Ecclesia Lippensi* à Civibus ibidem. confirmat hæc Hinko *Berka* dictus de Duba, Dominus in Lippa. A. 1408. die Omnium SS. & Joannes Kbel 3. Nov.

B. 9. Kornhaus.

Translatio censûs mediæ sexag. groff. pro *Ecclesia in Kornhaus* ad alias villas. 1408. 7. Novemb.

B. 10. Piseca.

Erectio Altaris B. MARIÆ Virginis in Eccles. Paroch: *in Pieska* à Cive loci ibidem datis 9. sex. groff. censûs. multa hîc ordinantur de ea re. A. 1407. 5. Nov: confirmatur ab Joanne Kbel. 1408. 20. Nov;

B. 11. Brozan.

Decimarum redemtio Ecclesiæ in *Brozan* à Religiosa domicella Margarita, totóque Conventu Monasterij Sanctimonialium *in Teplicz* Ord. S. Benedicti. 1408. 27. Febr.

B. 12. Cœn. Teplicense.

Contractus quidam inter *Monasterium Teplicense*, & Plebanum S. Joannis ibidem. Margaritâ divinâ inspiratione Abbarissa, Sophia Priorissa, Benedicta Custrix, Joanna Magistra Coquinæ, Elisabetha Celeraria, totúsque Conventus. 1408. mentio fit famosi Clientis *Erhardi de Skalka.* promittunt loco quorundam subditorum se daturas duas sexagenas groff. cum 24. dimidio grosso de Camera Monasterij. 1408. 28. Septemb.

Wrssovecij.

* Erhardus *de Skalka* stirpis Wrssovecianæ. *

C. 1. Fundatio in Collegiata Eccles. in Lipnicz Prædicatoris. de Landstein

Nobilis Vir *Wilhelmus de Landstein* bonæ mem. qui ad laudem DEI, Beatæ M. Virginis, S. Laurentij Martyris Capellam hujus, *in Collegialem* erigi procurârat, mandaverat, ut in Capella S. Laurentij *in Castro Lipnicz*, quæ eadem est *Collegiata*, Præbenda institueretur pro uno Prædicatore, qui verbum DEI in eadem, Dominicis, & festis diebus vulgari linguâ prædicaret, eíque 10. sexag. groff. Pragen. censûs destinârat. Nobilis Dom. Catharina dicti Wilhelmi filia, & hæres unica, &

de Wartenberg.

& Nobilis Domini Czenkonis de Wartenberg conthoralis, marito consentiente, implet Patris voluntatem, assignans prædictum Censum in bonis suis; dedítque Ecclesiæ Collegiatæ, ut à Decano nominetur ejusmodi Prædicator. approbat Kbel Anno 1408. 20. Decemb. Pragæ in domo Nobilis Viri Henrici *de Rosemberg* sita in foro quondam carbonum. præsente Odoleno de Pissel armigero, &c.

G. 2. Stochovv.

Wilhelmus Rector S. Annæ Altaris *in Eccles. Prag.* donat Ecclesiæ in Stochovv librum Missalis in valore decem sexag. grosf. Pragens. pro quo anniversarium quotannis Plebani *Stochovienses* celebrabunt cum duabus lectis missis. 1409. 11. Januarij.

* Vide, quàm pretiosum donum unius Libri Missalis! adeò ut eo donato *Anniversarium* comparetur. *

de Wartenberg. Austa.

Nobilis D. Janko *de Dieczin*, aliàs *de Wartemberg* Baro terræ Regni Boh. suo, & *Sigismundi* filij sui nomine admittit in bonis suis Censum 5. sexag. grosf. quem fundavit pro Ecclesia *S. MARIÆ in Usk* super Albea Nicolaus de BezdoniczNotarius ipsius D. Jankonis. 1408. penult. Novemb.

G. 3. Wlassim.

Census 8. sexag. grosf. pro *Ecclesia Wlassim* à Nobili Domino Joanne *de Wlassim* constitutus in certis bonis. A. 1408. 9. Martij.

S. Ægid. Pragæ.

Duæ sexag. Census *Ecclesiæ S. Ægidij* à Civibus, quorum ibi multæ literæ recitantur. 1409. 16. Februarij.

G. 4. In Nadslavv Capellanus.

Erectio Capellaniæ in Eccles. Parochiali *in Nadslavv* ad Capellanum manualem tenendum. Inchoaverat fundationem Zdenko *de Nadslavv* famosus Vir residens *in Kopydlna*, filius itidem *Zdenko* complevit, ut essent annuæ sexag. 6. grosf. cum agris &c. 1409. penult. Februarij.

Kopydlansky.

* Notissima Equitum *de Kopydlna* stirps. Vide Genealogiam *Kapaunianam*, quam in Epitome adduximus. *

G. 5. Opocznæ duo Capellani. RamiDominorum de Nachod & Berkarum

Erectio duarum Capellaniarum in *Castro Opoczensi* in Capella S. Andreæ à Nob: Viro Domino Hinkone filio bon. mem. Joannis Krussinæ *de Lichtemburg* residentis in Opoczna, &. D. Gitkâ relictâ dicti Joannis *Crussinæ* in præsentia Nob. Domini Hinkonis Senioris de Nachod residentis *in Adrspach*, qui postremus literis Bohemicis fatetur se debere Dominæ Gitcæ, & filijs ejus Hinkoni, Alexandro, & Joanni fratribus Crussinis *de Lichtemberg* 200. sexag. & ex his Censum annuum 20. sexag. quem Mater, & filij convertunt *ad duos Capellanos alendos* (quorum officia hîc recensentur) testes supradictorum: Nobilis D. D. Hinko *de Trzebechovicz*; famosi: Mathias dictus Holecz de Nemossicz, Hinko de Liczno, Divissius de Chotecz. 1404. 8. Octob. obligat D. Hinko castra sua *Opoczen*, *& Colmburg*. confirmat Kbel 1409. 3. Martij.

Qui sint Domini de Colmburg.

* Ex hoc loco intelligimus *Opoczen* Dominos mutâsse, & Lichtembergios id tenuisse. Item Dominos *de Aderspach* (qui hîc corruptè *Aberspach* nominantur) à *Nachodijs* processisse; sed quod maximè notandum: *Dominos de Nachod*, eosdem appellatos fuisse *de Colmburg*, proinde cadit admiratio, cur *Nachodij Moravici* apud Paprocium, *Domini de Colmburg* appellentur. *

C. 6. Zelkovvicz. Kaplirz.

Paulus Plebanus *in Zelcovvicz* 80. grosf. census, quos in bonis strenui Militis Hanussij *Capler de Sulevicz* in villa Zelcovvicz habuit, transfert aliò pro vinea dicti Hanussij. mentio fit D. Petri de Trzeblevvicz famosi Viri. confirm. 1408. 10. Septembris.

C. 7. Zelkovvicz.

Idem Paulus Plebanus *in Zelcovvicz* facit contractum quendam utilem suæ Ecclesiæ de quinque laneis agrorum, cum famoso Viro Christophoro *de Minicz*, residente in *Liebzievves*, quos olim etiam possedit Pessico de Minicz armiger, & ex ijs dabat decimas. 1408. 3. Decemb.

C. 8. Cœnob. Slavorum.

Permutatio certorum bonorum *Monasterij Slavorum* in Praga cum Cive antiquæ Urbis Prag. *Paulus Abbas*, & Conventûs Monasterij S. Hieronymi Slavorum in Praga Ord. S. Benedicti &c. mentio fit Caspari Herssonis dicti Massak armiger de Wruticz, residentis in Czachovvicz. *Sbinco* Archiep. confirmat. 1409. 12. Martij.

C. 9. Matura fundatur. Melitenses Pragæ.

Honorabilis, & Religiosus Vir D. *Jacobus* Prior Monasterij Cruciferorum S. MARIÆ in *Pede Pontis Prag.* Ord. S. Joannis Hierosolymit. & honestus Vir Nicolaus de Lomnicz Notarius Publicus fundant Missam manè singulis diebus canendam de B. M. Virgine in prædicto Monasterio assignatis 10. sexag. grosſ. Censûs in villa Cztinaves, quos emerunt à bon. mem. Mathia *de Costomlat*, de, & in bonis ejus. 1409. 12. Martij.

C. 10. Trutnovv.

Erectio Altaris X. millium Virginum in *Eccleſ. Paroch. in Trutnovia* à Senatu ejusdem Oppidi assignatis 7. sexag. grosſ. Officium Altaristæ recensetur. 1409. 23. Martij.

C. 11. Holohlavv.

Erectio Capellaniæ novæ *in Holohlavv* à famoso Viro Woltmaro de *Holohlavv* Armigero Prag. Diœceſ. 7. sexag. grosſ. Censûs in Eccleſ. Paroch. S. Joannis ibidem. 1409. 20. Martij. Alio in loco *Woltmarus*, *Wolkmannus* appellatur.

In Pabienicz Vicarius.

Compositio Plebani *in Trzebonin*, ut mittat Sacerdotem ad *Pabienicz* & ut teneatur alere unum Vicarium (Parochianis agentibus) Officia recensentur Plebani, & vicissim de decimis Trzeboninensium. 1408. ultimâ Oct.

C. 12. Tinecz ad Glatociam. de Klenovva

Campanaciam, seu redditus Campanilis convertunt ad erigendum *Altare* S. Joannis Evangelistæ in Eccleſ. *Paroch: in Tinecz* famosus Vir Przibico *de Klenovv*, & honorab. Vir Joannes Plebanus Ecclesiæ in Tinecz. consentit Kbel, & tenetur Plebanus alere Capellanum. 1409. 10. Oct.

* *Przibik de Klenovva* ex ea stirpe prodijt, quæ hodiéque perseverat. mirum tamen illud: hunc *Przibikum* paulò pòst tam acriter Hæreticorum partes defendisse, ùt ex *Hagecio* discimus. ⁎

D. 1. Jurentein parochia facta.

Infra fines *in Jurentein* sunt duæ Ecclesiæ, una in honorem *B. V. MARIÆ*, quæ est Mater, & alia *S. Nicolai*, quæ est filia; his duabus Ecclesijs non potest unus *Parochus* sufficienter providere, & multa accidunt incommoda. petit igitur Nobilis D. *Anna de Coldicz*, & D. *Albertus de Coldicz* ejusdem filius, ut Ecclesia S. Nicolai erigatur in Parochialem, quod facit Kbel. 1409. 18. Aprilis.

D. 2. Benczen seu Benessovv duo Vicarij.

Nobilis D. Joannes *de Michelsperg* ex villa *Eberhardi* 5. sexag. grosſ. Censûs deputaverat quamdiu viveret Plebanus in *Benessovv*. Cùm autem uterque obijsset, & bona Michelspergij ad *Berkam* pervenissent Nob. D. Hinko dictus *Berka* de Duba, & Dominus in Hoënstein, ac Scharfstein eandem fundationem perpetuam esse voluit pro *Ecclesia in Benessovv*, & in diversis suis hominibus Censualibus deputavit. recensentur officia, & ut Plebanus ultra *Vicarium* apud eandem Ecclesiam teneri consvetum, adhuc alat *unum Capellanum* Presbyterum. Confirmat Kbel. 1409. 20. Aprilis.

D. 3. Braczicz: Teutonici Equites. in Dobrovvicz. Chvvalkovvicz. Ssvvab.

Concordia de decimis inter Plebanum in *Braczicz*, & inter Religiosos Viros D. *Ulricum de Usk* Provincialem per Bohemiam, & Moraviam *Ord. S. MARIÆ Teutonicorum*, & Commendatorem, nec non Conventum Domûs *in Dobrovvicz* Fratrum Ord. antedicti Prag. Diœceſ. confirmat Kbel omnia. 1409. 20. Aprilis.

Famosus Vir Joannes dictus *Schvvab* de Chvvalcovicz Armiger 2. sex. Censûs pro Eccleſ. in *Chvvalcovicz* antea Strenuo militi Pasconi de Herzmanicz venditum transfert ad suam villam Krabczicz. 1409. 20. April.

* Hæc familia *Equitum Schvvab* (ùt jam antè memini dixisse) hodiéque perseverat in Bohemia. ⁎

Ere-

Erectio Capellaniæ in *Plana* à Strenuo milite D. Henrico *de Elsterberg* residente in Plana 8. sexag. cum 18. grosl. 1409. 22. Aprilis. D. 4. Plana,

Erectio Altaris *S. Dorotheæ* in Eccles. Parochiali in *Pernaticz* à famoso Viro Joanne Armigero *de Bernarticz* Prag. Diœces. 10. sexag. grossor. Censûs. 1409. 10. Aprilis. D. 5. Pernatic..

Censûs pro Ecclesia Parochiali in *Strczicz* olim fundati ab Onssone *de Uhlavv* bonæ mem. pro anima majorum suorum, & Nicolai fratris sui, & ut alatur lampas perpetua, & Anniversaria sint pro anima Pessiconis genitoris dicti Onssonis, & Czadonis quoque Canonici Prag. Nicolai prædicti, Svvatomiri *de Niemczicz*, & aliorum, qui ad emendos Census dictos, fecêre subsidium. Census à Nicolao, & Jankone fratribus de *Wlhavv* ad alia bona videlicet in *Templin* Teutonicalem transtulerunt, de consensu Nob. Domini Henrici *de Rosmberg* Patroni Ecclesiæ in *Strczicz*. mentio fit Sulkonis de Zalezl, & Pavvlikonis de Czegeticz armigerorum. Confirmat Kbel. 1409. 20. April. Strczicz. de Uhlavv. de Niemczicz. D. 6.

Erectio Altaris SS. MARIÆ Magdalenæ, & Barbaræ Virginis *in Ecclesia Parochiali S. MARIÆ in Lacu* à famoso Viro Marssone dicto Marssik *de Tuniechod* Armigero Pragensis Diœces. 10. sexag. grosl. Censûs confirmat Kbel. 1409. 28. Aprilis. B.V.inLacu.

* *Tuniechodský* famosi, & militaribus factis inclyti Equites hodiéque in nostra Nobilitate censentur. * Tuniechodsky.

Incorporatio Capellæ S. Petri Apostoli *Monasterio in Rokyczano*, quæ à quibusdam Christi fidelibus est exstructa intra fines, & limites Monasterij Canonicorum Regular. S. Augustini, cùm nulli ex hoc fiat præjudicium, proclamatione præmissâ, incorporatur à Kbel. 1409. 4. Maij. D. 7. Cœn. in Rokyczan.

Hortus Capellaniæ in Ecclesia *S. Jacobi in Oppido Kladrubio* venditur cum licentia *Wernheri Abbatis* Cladrubien. Ord. S. Benedict. præsentes Wyssemir Armiger *de Chotiessovv* &c. 1409. 3. Maij. Kladrub. Cœnob.

Pro *Monasterio Carthusiensi* Thomas Plebanus Ecclesiæ *S. Jacobi* ante Monasterium Carthusiense, ex evidenti utilitate agros quosdam suos exponit & elocat. 1409. 18. Januarij. D. 8. Cathusia Pragæ.

Translatio 3. sexag. grosl. pro Altari S. Marthæ in *Eccles. Paroch. S. Michaëlis* in Opatovvicz. 1409. 11. Maij. D. 9. S. Michaël Pragæ.

Quatuor sexag. Censûs annui, & perpetui fratri Wenceslao dicto *Czepicze* Eremitæ in silvis prope *Trzebon* habitanti, & alijs fratribus sibi commanentibus, & signanter pro Capella ibidem in Eremo in loco dicto *Stara Pila* exstruenda à Nob. D. Henrico *de Rosemberg*, & Petro indidem, cujus hîc literæ summam pietatem redolentes recitantur ad longum. Super Civitatem *Trzebon* prædicti Census sunt locati. literæ datæ 1400. feriâ quarta ante Octavam S. Martini. testes: famosus Przibico de Sigmunticz Purgravius in Krumlovv, & Woytiecho *de Krassehovv*, Purgravius in Meidenstein. Secundæ sunt literæ ejusdem Henrici de Rosis Castri Prag. Supremi Burgravij 1399. confirm. 1409. 13. Maij. Eremitæ ad Trebonam fundati. deRosenberg. D. 10.

* Operæ pretium foret, has ipsas literas describere; commodius id fiet, cùm de *Cœnobijs* agemus. *Krasselovij* notæ Nobilitatis Equites, qui & *Maloveciorum*, & *Chanovvskiorum* insignia gestabant in Clypeo. * deKraselovv

Translatio 7. sexag. cum media pro Altari S. *Catharinæ in Eccles. Parochiali in Antiqua Plsna* à Patrono illius Altaris Ulrico de Ledkovv Armigero. Kbel confirmat. 1409. penultimâ Maij. D. 11. Plsna antiqua.

Translatio Censûs 6. Sexag. cum media pro Altari *SS. Trium Regum* ac Omnium SS. in Eccles. Parochiali *in Clatovia* à Civibus. 1409. 18. Junij. Clatovia.

D. 12. Lippa. Berka.

Erectio Alraris S. Nicolai,& S. Catharinæ in Eccles. Parochiali in *Lippa* ab Hincone dicto *Berka de Duba* Domino in Lippa. 8. sexag. groff. cum 28. groff. Censûs 1409. 5. Julij.

E. 1. S. Stephanus Pragæ.

Translatio 1. sexag. groff. Censûs pro Altari *S. Bartholomæi* in Ecclesia *S. Stephani* in Ribniczka. Novæ Civit. Prag. à Civibus 1409. 9. Julij.

Præpositus Plassensis Pragæ.

Concordia quædam *de Via Libera* per bona *Plassensis Monasterij* ad Vineas Martini Hess Civis Minoris Pragæ. Consensus *Abbatis*, *& Conventûs Monasterij Plassensis Ord. Cisterciensis*, *& signanter Præpositi Curiæ in Plass sub monte Petrino.* In literis Civium dicitur domus illa sita esse in *monte Petrino.* Via ad vineas est prope viam, sicut itur in *Carlstein* penes Vineas Plebani Ecclesiæ S: Jacobi prope Carthusiam. 1409. 27. Julij.

* Hinc apparet illud, quod sæpe jam monui, *Præposituram Plassensis Cœnobij Pragæ* è Regione Cœnobij Carthusianorum post Portam Augezdensem stetisse. *

E. 2. Tachovv.

Erectio Altaris S. MARIÆ Magdalenæ in *Hospitali Tachoviæ* à D. Petro de Trkovv, residente in Zdiar. 8. sexag. groff. 1409. 21. Aug.

E. 3. S. Nicolaus Pragæ.

Erectio Altaris *S. Joannis Baptistæ* in foro pullorum Maj. Civit. Prag. in Eccles. *S. Nicolai* ab honorabili Viro D. Joanne Weylburg Decretorum Doctore, Protonotario Maj. Civ. Prag. ditissima est fundatio præter 12. sexag. groff. Censûs, Ornatus, Casulæ, Libri &c. 1409. 21. Augusti.

Domus Berkiana.

NB. Est hîc mentio domûs D. *Hinkonis Berka de Hoënstein*, quæ sita sit ex opposito Ecclesiæ *B. MARIÆ in Lacu.*

E. 4. Ecclef. Prag.

Elocatio villæ in districtu Caurzimensi, spectantis ad Altare *S. Wenceslai in Capite Tumbæ* in Eccles. Prag. & transferuntur 8. sexag. in Radlicz à Rectore ejus Altaris. 1409. 1. Julij.

Slackevvert.

Erectio Altaris B. M. Virginis in Ecclesia *Parochiali S. Nicolai in Slakenvverd* per discretum Virum D. Petrum dictum Zeberger, Ptesbyterum Ratisb. Diœces. de Egra, erigit Agneta Civis Vidua in Slakenvverd. 8. sexag. Censûs, & 30. groff. cum Ornaribus, libris &c. ut quatuor Missæ dicantur in hebdomade. 1409. 11. Sept.

E. 5. Piseka.

Jus Patronatûs Altaris *S. Procopij* in Ecclesia Paroch. *in Pisek* ab uno Cive donatur alteri Civi. 1407. 25. Junij.

E. 6. Auscha.

Pro Altari in *Aussi* 9. sexag. groff. Censûs annui pro Ecclesia in Auss olim dati à Judice loci pro Sacro quotidie habendo. ordinatur illa donatio ab Henrico *de Duba* residente ibidem, & Plebano, & Communitate 1409. 28. Aprilis confirmatur à Kbel. 1409. ultimâ Sept.

E. 7. Clatovia.

Erectio Altaris S. Crucis, S. Mathæi Apostoli, & Evang. & S. Blasij Martyris, in *Ecclesia Paroch. in Clatovia.* 8. sexag. groff. Censûs à Nob. D. Joanne Seniore *de Novadomo*, dicto *de Wilharticz.* Census positus in *Haravvicz*, aliâ in *Horazdiovvicz*, tanquam Domini temporalis illius Civitatis in Haravvicz. 1409. ult. Sept.

de Welharticz seu de Novadomo. Haravvicz seu Horazdiovicz.

* Nota hoc loco *Horazdiovvicz*, alio nomine *Haravvicz* appellatum fuisse deinde *Dominos de Welharticz*, vel Wilharticz à Proceribus *de Novadomo* originem habere. *

E. 8. Capella nova in Zrucz.

Nos Nicolaus, & Albertus *de Kolovvrat* fratres Uterini *de Zbraslavvicz* notum facimus, quoòd *Capellania* in Ecclesia Parochiali *in Zrucz* dudum per Nobilem Virum fel. mem. Joannem dictum *Colovvrat*, & per Dominam Sudkam conthoralem ejus, & per filios eorum Joannem, & Albertum dotata, sed nondum in beneficium Ecclesiasticum erecta sit; sed quia bona ibidem *in Zrucz* unà cum juris Patronatûs titulo emtionis ad nos devoluta sint &c. ideo 8. sexag. groff. Censûs cum media. damus, & assignamus pro *Capellano* pro anima supradicti *D. Joannis Kolovvrat*, & Sudczæ, & pro anima *Alberti Kolovvrat* cum eorum Prædecessoribus, videlicet *D. Wenceslai* cum suis Prædecessoribus, Domini Zachariæ, Dominæ Annæ, Dominæ

Domini de Kolovvrat.

næ Perchtæ, Domini Giræ, & Dominæ Jarcæ, & omnium Prædecessorum, pro anima Bludonis Jacobi, pro anima Helenæ, pro anima Petri, & Radoslaæ Uxoris suæ, pro anima Petri Bitinkonis, pro anima Martini, & Svvachnæ Uxoris suæ, pro anima Joannis, & Thomæ, & omnium Antecessorum, pro anima Wachconis, & Annæ Uxoris ejus, pro anima Welissonis, pro anima Alberti, & Annæ. 1409. confirmat Joannes Kbel. 1409.

* Diligenter notandæ sunt Antiquitates *Kolovvratæorum de Zrucz, de Zbraslavvicz.*

Permutatio agrorum Ecclesiæ in *Telecz* cum agris Domini Hasskonis dicti Telecz. *Treczka* residente in Hoppoczin Ecclesiæ in *Telecz* Patrono. 1409. 18. Oct. Treczka.

Literæ Apostolicæ *Alexandri Papæ*, quibus eximit omnes *Præmonstratenses* Fratres, Sorores ab omni dependentia, Superioritate, Dominio, Jurisdictione, nec E. 9. Privilegium Præmonstratensium. non visitatione quorumcunque *Patriarcharum*, *Episcoporum*, quorumcunque Judicum, & Ordinariorum, & Officialium Ecclesiasticorum &c. modò nullum præjudicium generetur in *Parochialibus Ecclesijs Diœcesanis* locorum, si per Canonicos dicti Ordinis exerceri consveverant. Datum *Pisis* 2. Kal. Aug. Pontificatûs nostri Anno 1.

* Hæc *Bulla Alexandri Papæ* multis de causis hoc loco describi, & hisce Indicibus Erectionum utiliter inseri posset, nisi facilè in Ordinis illius Privilegijs legi posset. *

Litera concernens Altare *Sanctæ Sophiæ in Eccl. Prag.* D. Joannes Boh. Rex literis Regijs dilecto nobis Donato dicto Rost Civi Pragensi, qui his diebus in *terra Slesiæ* Altare S. Sapientiæ in Eccl. Prag. per strenuitatis opera ante *Svvidnicz*, & *Landshutam* Civitates fideliter nobis deservivit, hanc prærogativam facit, ut in villa *Nedvvies* prope *Rziczanam*, in qua curiam & possessionem habet, & in qua nulla est taberna publica, ipse *Tabernam* excitet, & habeat pro se, & successoribus suis, & præter eum nullus alter in eadem E. 10. villa; & eam *Tabernam* postea possit vendere, locare &c. mandamus Purgravio nostro Pragensi, ut eum non impediant &c. Wratislaviæ feriâ 2. ante festum Pentecostes. 1345. Rost Civis Prag. Bellator Strenuus.

* Vide, quàm liberaliter, & quantis gratijs antiqui *Bohemiæ Reges* prosecuti sint bene meritos Cives! cùm enim Respublica pœnis, & præmijs contineatur, & clementia, & liberalitas Regum propria sit virtus, meritò *Reges* eò propensiùs ferri decet in *præmia*, quàm in pœnas. hanc verò villam *Nedvvies*, aut ex illa Census videntur spectâsse ad *Altare S. Sapientiæ*; unde hoc loco Regis literæ recitantur, cum titulo ad Altare S. Sapientiæ. *

Donatio 2. sexag. Census pro Altari S. MARIÆ, & S. Elisabeth in *Ecclesia ante Lætam Curiam* in Maj Civ. Prag. à Civibus 1409. ultimâ Oct. Tein Pragæ.

Altari S. Alexij, & Brigittæ *in Ecclesia Teinensi* jam pridem fundato per 10. sexag. à Cive Prag. idem Fundator addit alias 4. sexag. ut sint 14. sexag. census super bona, quæ Petrus, Przecho, Jarco, & Procopius fratres, filij quondam Jarconis in *Trzebievvliez* tenent, & possident. 1409. 20. Sept. Iterum ibidem.

Nob. Vir Hinko dictus *Berka de Duba* Dominus in Lippa &c. fatetur: cùm Cunico de Wytmel Plebanus in Lippa pecuniam à Christi fidelibus collegisset, neque E. 11. Lippa. Berka. haberet, cui eam daret in Censum, se eam accepisse in Censum, videlicet 48. sexag. & ex ijs se soluturum Censum solitum, *nè Ecclesia patiatur*. 1409. in Vigil. Assumt. B. V. confirmat Kbel. 1409. 4. Novemb.

1. Sexag. Census pro Altari *S. Annæ*, in Ecclesia *Lippensi* ab Hincone *de Erkerzicz*, residente in Struznicz. testes D. Henzlinus de Chlum, &c. 1409. die S. E. 12. Lippa. Laurentij.

Erectio Altaris *S. Bartholomæi* Apostoli in *Ecclesia Parochiali in Krzessinâ* famosis F. 1. Krzessin. Viris

Viris Sezema de Strzedonicz, Wenceslao dicto Mayas, de Subſſavvicz, Krzeſſone ibidem, & Sobieno de Jeniſſovicz reſidente in Bozegovv Armigeris Prag. Diœceſ. 1409. 4. Oct.

Lippa

Una ſexag. groſſ. pro *Eccleſ. in Lippa* Parochiali ab Altariſta S. Crucis in Eccl. Lippenſi. 1409. in Vigilia Omnium SS.

F. 2. S. Nicolaus in Podskal.

Una ſexag. groſſ. Cenſûs pro Eccleſ. *S. Nicolai in Podskalo* Pragæ à Cive quodam moriente in Nova Civit. Peſskone dicto *Hruſſka.* id teſtantur Judex, & Jurati Majoris Civit. A. 1368. & Iudex, & Iurati Novæ Civit. 1358. *poſt Unionem Civitatum*, ùt ajunt. & confirmat Kbel. 1409. 9. Nov.

Capellania in Krzivvſudovv.

Erectio Capellaniæ perpetuæ in Eccleſ. Parochiali in *Krzivvoſudovv* à famoſo Viro Marſſone *de Alberonicz* Cliente Prag. Diœceſ. 6. ſexag. groſſ. Cenſûs, cujus Eccleſiæ eſt etiam Patronus. 1409. 14. Nov.

F. 3. S. Apollinaris Pragæ.

1. Sexag. groſſ. Cenſûs pro *Eccleſ. S. Apollinaris* Pragæ D. Sdislao dicto *Canis* Præpoſito Omnium SS. & Canonico Eccleſ. S. Apollinaris & Dominis Decano, & Capitulo ejuſdem Eccleſ. S. Apollinaris, à famoſo Viro Wenceslao de Wyvvrzecz Armigero Prag. Diœceſ. 1409. 18. Oct.

F. 4. Bor majus. Dobrohoſt.

Erectio Altaris Corporis Chriſti in *Eccleſ. Paroch. S. Nicolai in Bor* Majori, literæ ternæ: primæ honorabilis Viri D. Dobrohoſtonis de Mielnicz, reſidentis in Pobiezenicz, & legitimi eorum bonorum poſſeſſoris, qui dat pro eo Altari duas ſexag. annuas. 1409. 19. Maij. Alteræ literæ ſunt Bohemicæ; Svvoyſſe de Muczkovva, Buſſek, Paczek, Carolus, & Ioannes fratres ejus dant 3. ſexag. groſſ. pro eodem Altari (nominantur eorum Pater Dobeſs *de Muczkovva* bonæ mem.) idque etiam confirmat Hinek dictus *Hanovvecz de Svvamberg* reſidens in Trzebly bonorum Orphanorum iſtorum Gubernator. teſtes: Hinek *de Muczkovva* frater eorum, & Raczek de Hoſtinna. 1409. Tertiæ literæ: *Bohuſlaus Senior de Svvamberg* pro eodem Altari Corporis Chriſti agros plurimos, & decimas, & pecunias donat 1409. die S. Dionyſij, & Sociorum confirmat Kbel. 1409. 19. Nov.

F. 5. Svvamberg.

F. 6. Strahovv. & S. Georgij Cœnob.

Permutatio quarundam villarum (villæ *Ugezdecz* prope Horzelicz versùs Veronam, quæ erat *Monaſterij S. Georgij* cum villa Media Podmokl, quæ erat *Strahovienſis Monaſterij*) ab Abbate, & Abbatiſſa. 1409. 2. Sept. confirmat Wenceslaus Imp. 1409. 24. Iulij.

F. 7. Eccleſ. Prag.

Erectio Altaris Annunciationis B. M. Virginis SS. Catharinæ, & Andreæ, & Apoſtolorum, SS. Patronorum Regni Boh: *in Eccleſ. Prag.* 10. ſexag. groſſ. oblatis à Mathia Rotifice, & Margaretha ejus conſorte Civibus minoris Pragæ cum Licentia *Wenceſlai Regis* (cujus hîc literæ recitantur, qui ſibi poſt Mortem conjugum, & *Bohuſſij de Drachkovva*, jus Patronatûs Regibus Boh. ſervat) & Bohuſſa' Decani, & totius Capituli Eccl. Prag. recitantur obligationes Novi Altariſtæ, & omnia denique confirmat *Sbinco* Archiep. 1409. 14. Dec.

* Hoc velut uſitatiſſimum in his *Erectionum libris* animadverto, quòd videlicet *Erectiones Altarium à Civibus* factas Rex literis ſuis approbet, ſed *Jus Patronatûs* ſibi, ac ſucceſſoribus ſuis plerumque ſervet, ùt mille locis probari poteſt. ⁎

F. 8. Jeſſenicz duo Vicarij.

Concordia inter Nobilem Virum D. Jenczonem *de Petrſperg*, & Wenceslaum Plebanum in *Jeſſenicz*, qui Parochianos ſuos *Romam* citari obtinuerat &c. & qui poſtea etiam captus erat, quæ omnia debent æternâ oblivione ſepeliri. aſſignantur igitur areæ, Cenſus &c. Plebano, & ut teneatur alere adhuc unum Vicarium. 1409. 21. Decemb.

de Petrſperg.

* Jenczo *de Peterſperg Nachodianæ* Procerum ſtirpis fuit, ùt alio ex loco probabitur; & ex his *Erectionum* libris ex parte jam probatum eſt. ⁎

F. 9. S. Laurentius in Augezd.

Translatio 6. ſexag. groſſ. pro Altari S. Dorotheæ in *Eccleſia S. Laurentij in*

*Ugezd*

*Ugezd* Pragæ, monte ſub Petrino ex Mikovicz ad alia bona ſcilicet Bohuſſij *de Kovvan.* Fundator erat Altaris Zavviſſius de *Miekovvicz* armiger Prag. Diœceſ. cujus filius eſt Joannes; Mikovvicz autem pervenit, ſeu devolutum eſt ad Conſſonem *de Bozicz.* confirmat Kbel 1409. 21. Decembris.

de Kovvan.

* Familia Equeſtris *de Kovvan* tres Lunas corniculatas ferebat in Clypeo; vide familiæ Raupovvianæ memorias, & quæ ſuperiùs attuli. *

F. 10. V. boleslavia. Scholæ ibidem.

Erectio Altaris S. Stanislai in *Eccleſ: SS. Coſmæ & Damiani Vetero-Boleſlaviæ.* à famoſo Viro Wiſſeborio Armigero *de Chraſt* propè Benatek 8. ſexag. groſſ. censûs, accedente conſenſu Præpoſiti, Decani, & Capituli. eſt ibi mentio *Scholarum Boleſlaviæ.* ordinantur officia, & anniverſaria. confirmat Kbel, & ſigillum Capituli Eccleſiæ Boleſlav. appenditur. 1410. 24. Januarij.

* De *Scholis Veteroboleſlavienſibus* ſæpe eſt in Veteribus manuſcriptis memoria. ob eam cauſſam *Ferdinandus I.* (ùt Pontanus ultimo Libro Bohemiæ Piæ narrat) *Veteroboleſlavienſes Scholas* reſtituere cupiebat. *

F. 11. Kyſtra.

Erectio Altaris SS. Procopij, & Hieronymi *in Eccleſ: Parochiali in Kyſtra* à famoſo Viro Martino Armigero *de Kyſtra* Prag. Diœceſ. & Magiſtro Diviſſio Rectore Eccleſiæ Parochialis in *Hovorzovvicz* fratribus germanis. 7. ſexag. groſſ. censûs. reci-tantur obligationes Capellani multæ. Anno ùt ſuprà.

F. 12. Stara de Genſtein. Arx Bradlecz.

1. Sexag. groſſ. censûs pro Altari S. Dorotheæ in Eccleſia S. Joannis Baptiſtæ in Stara à Nobili D. Paulo *de Jenſtein* reſidente nunc in *Bradlecz.* in bonis famoſi Viri Beneſſij de *Dietinicz*, reſidentis in Letkovv ſuper Letkovv cenſus. Annus deeſt. videtur ùt ſuprà.

G. 1. Cœnob. Beneſſovienſe. Koſtka.

Literæ *Monaſterij FF. Minorum in Beneſſovv* Bohemicæ Nicolai Quardiani, Joannis Lectoris, Hinkonis Vicarij &c. fatentur ſe accepiſſe cenſum perpetuum 30. ſexag. groſſ. à famoſo Viro Wilhelmo dicto *Koſtka de Poſtupicz*, Armigero Prag. Diœceſ. & ſi cenſum non dederit, debet dare pro veſtibus fratrum pannum. obligant ſe die Dominico ad matut. Sacr: de SS. Trinitate, die Lunæ pro defunctis, Martis de Spiritu S. Mercurij pro peccatis, Jovis de Corpore Chriſti, Veneris de Paſſione, Sabbatho de B. V. *Salve Regina* quotidie canere manè, & 4. Anniverſaria 1. pro Patre Wilhelmi, a za Pani Mirkowu / & pro Matre ejus Pani Zdeczynu / & majoribus ejus &c. item obligant ſe, quando veniet cum uno famulo victum dare ex Monaſterio, ſicut in Conventu tractantur, ſed ejus ſucceſſoribus non obligabuntur; & ſi velit manere ſemper apud nos, *Cubiculum, & Equo pabulum.* 1410. 23. Februarij.

Mirko.

* Hoc unum puto extare monimentum liberalitatis *Koſtkianæ*, cùm alioqui nulla ſtirps in ſacris fundationibus diripiendis diligentior fuerit, quàm hæc ipſa *Koſtkarum*, ùt jam pridem in *Epitome* obſervavi. Notandum eſt & illud *Wilhelmum Koſtkam* adhuc eo tempore *Equitem* fuiſſe, nam *à Rege Georgio* poſtmodum *Dominus, & Baronibus* Koſtkæ ſunt annumerati. *

G. 2. Miletin. de Chauſtnik. Teutonici in Miletin.

Binæ literæ, 1. *Beneſſij de Chauſtnik*, & Mariæ ejus conjugis fatentium ſe emiſſe ab Equitibus Teutonicis B. MARIÆ *Dominium Miletin* cum omnibus ſuis pertinentijs tantùm ad vitæ ſuæ tempora, obligant ſe ad annuas 31. ſexag. groſſ. pendendas *Parocho in Miletin* Ordinis Teutonici, hæc bona non alienaturos, non vendituros &c. Subſcripti *Thimo de Koldicz* Epiſcopus Miſnenſis, Nobil. D. Laczko *de Kravvarz* Regni Bohem. Supremus Præfectus, Ulricus *ab Hazmburg*, D. Joannes de Chotienicz Capitaneus Wratislavienſis, & Svvidnicenſis, Jaroſſius *de Riſenburg*, reſidens in Opoczen. 1410. alteræ literæ ſunt itidem Germanicæ: Ulrici *de Auſta*, Commendatoris Provincialis (Landkompter) per Auſtriam, & Moraviam, Equitum *B. M. Virginis Ordinis Teutonici*, F. Przibiconis *de Liticz* Commendatoris in *Rippin*, F. Wenceslai de Praga Commendatoris *Commoto-*

Commendæ eorum. de Kravvarz

*motoviæ*, F. Nicolai Commendatoris, & Parochi apud *Ss Benedictum Pragæ* (in alij
literis hic Nicolaus dicitur esse Commendator, & Parochus *Plsnæ*) F. Nicolai (ali
bi vocatur F. Jacobus) Commendatoris, & *Parochi in Grecz* Reginæ, &c. fatentiur
se vendidisse Benedicto, & Mariæ ad tempora vitæ bonum Miletin, sicut ipsime
possederunt. 1410.

Generalis Magister Teutonicorum Bohemus.

* Diligenter sunt notandæ præsentes literæ, ut scilicet noverimus, quas *Sedes*
seu *Commendas olim* in Bohemia *Equites Teutonici* possederint, scilicet in *Rzepin, Com*
*motovij*, *Pragæ ad S. Benedictum*, *Novædomi*, *& Plsnæ* in Parochia, *Reginohradecij* i
Suburbio &c. item D. *Ladislaum de Kravvarz* Incolam Regni fuisse, ac proinde *Kra*
*vvarziorum* familiam Bohemicam quoque fuisse; nec illud omittendum: *Equit*
*de Risenburg Rassinios* jam tum eâ ætate *Opocznam* tenuisse; item Ulricum *de Austa Bo*
*hemum*, *Generalem Priorem Teutonici Ordinis* per Bohemiam, & Moraviam fuisse. *

G. 3. S. Leonardus Pragæ.

Erectio Altaris S. Catharinæ Virg: in *Ecclesia Parochiali S. Leonardi* maj: civ. Prag
à Vidua Eliska cive ibidem. 10. sexag. gross. Prag. censûs (licentia Wencesiai Re
gis, ac Cæsaris data 1409. 17. Decemb. per Dominum Conradum Episcopum O
lomucens. Jacobus Canonicus Pragensis) confirmat Kbel. 1410. 17. Febr. assig
nantur Patroni Altaris cives.

Conradus Westphalus.

* *Conradus Westfalus*, qui nuper A. 1408. 9. Julij *Werdensis Episcopus* electus
& *Subcamerarius Regni Bohemiæ* fuit, jam tandem *Olomucensis Episcopus* 1410. 1. Mar
tij subscribitur. *

G. 4. Slanæ Præpositura Monasterij Insulani. Slanæ sex Capellani, duo Presbyteri.

Donatio 20. sexag. gross. censûs, & vineæ pro *Ecclesia in Slana*, aliàs *Præpositu*
*ra* nuncupata ab honorabili, & religioso Viro D. Ulrico Plebano, aliàs Præposit
in *Slana*. Licentia à *Wenceslao* Rege, in ijs nominatur *Ulricus* professus Monasteri
*in Insula Ordinis S. Benedicti Præpositus*, & Plebanus Ecclesiæ Parochialis in *Slana* ap
pellantur semper religiosi Vicarij. 1405. 14. Febr. constituit *Ulricus*, ut quotidie ma
nè (sicut hactenus à pluribus temporibus consveverant) *Missam de B. Virgine* canan
duo Ministri, seu Capellani perpetui, & tres Clerici. instituit, ut præter 6. *Vicarios*
*& Capellanos* apud Ecclesiam in *Slana* teneri consvetos, *duo Presbyteri Religiosi* dict
Monasterij in Insula professi (si tamen possint, aliàs Presbyteri sæculares) alantur ad
hanc Missam etiam decantandam. De vinea autem præscripta, quam emit *D. Ulri*
*cus* singulis annis *D. Præpositus*, *seu Plebanus Slanensis* unum vas vini mittet ad *Mona*
*sterium Insulanum*. Hæc omnia approbat *Sbinco* Archiep. Pragensis 1410. 3. Mar
tij.

* Apparet Slanensem *Ecclesiam Præposituram* quondam fuisse (*cænobij Insula*
*ni*. *

G. 5. Plsnæ novæ Prædicatores.

Honorabilis, & Religiosus Vir Magister *Mathias* Prior *Monasterij S. Spiritûs in*
*Nova Pilsna* Ord: FF. Prædicatorum exhibuir quandam literam, quæ hîc recitatur
Bohemica. Ulricus de Nezvviesticz, rogatus à Conventu suscipit Patrocinium,
& tutelam bonorum *Conventûs in Podnivvin*, & filius ejus Joannes, neque permit
tet ab aliquo vexari subditos eorum &c. 1409. confirmat Kbel 1410. 5. Martij.

G. 6. Moniales de Pœnitentia Launæ.

Literæ Arbitrorum super juribus certis *Monasterij Monialium S. Annæ prope*
*Launam Ordinis de pænitentia S. M. Magdalenæ*. Decernunt arbitri non teneri Vir
gines rationem dare Fundatorum hæredibus, *de Regimine bonorum*; Præpositum,
Procuratores, Officiales sibi eligere quoscunque voluerint, tam in ipso Monaste
rio, quàm extrà, omnia in favorem Monasterij, solùm id, quòd Fundatores ha

Dobronicz.

beant *Juspatronatûs ad Ecclesiam in Dobronicz* cum consilio tum *Priorissæ*, tum *Con*
*ventûs* præsentandi, &c. pluráque alia pro bono Monasterij. arbitri: Paulus
Notarius Cameræ Regis, & Regni Bohem: Frenczlinus Potzenbach Judex
Cu-

Curiæ &c. arbitrium hoc factum 1364. feriâ 4. post festum S. Michaëlis. confirmantur hæc omnia à Joanne Kbel. 1410. 11. Martij. G. 7. Mimonie.

Una sexag. grosf. censûs cum 18. grosf. pro *Altari S. MARIÆ in Ecclesia Parochiali in Nymaus*, aliàs in Mimon. quem censum fundant oppidani loci apud subditos Domini sui Wilhelmi *de Wartenberg*, aliàs *de Zakop*, cujus hîc literæ recitantur. Datum in *Mimon.* aliàs *Nymaus* 1410. approbat Kbel 1410. 4. Martij. de Wartenberg.

Concordia de decimis inter Plebanum *Ecclesiæ Parochialis in Rzepicz.* & Sigismundum *de Dvvorzecz* Armigerum Prag. Diœc. 1409. 2. Oct. Rzepicz. G. 8.

Dispensatio super tertio gradu consangvinitatis inter Jarohnievvonem de Krzeczovvicz, & Elisabetham de Pnietluk Conjuges Nobiles Armigeros. Bononiæ Alex. Papæ V. A. 1. Pragæ Kbel recitat. 1410. 7. Aprilis. Dispensatio.

Erectio Capellæ Corporis Christi in Cœmeterio *Ecclesiæ S. Ægidij* Maj. Civ. Prag. ab Elisabeth Vidua Cive Prag. & pellifice. Licentia Wenceslai Regis, & Cæsaris. 1407. ultim. April. 8. sexag. grosf. censûs ordinatur, ut ejus Capellæ Rectores DD. *Præposito, Decano, & Plebano Ecclesiæ S. Ægidij* reverentiam, & obedientiam exhibeant. Kbel confirmat. 1410. 2. April: G. 9. S. Ægidij Pragæ.

Erectio Altaris SS. Dorotheæ, & Barbaræ Virginum, *in Ecclesia S. Nicolai Minoris Civ. Prag.* ab honorabili Viro D. Wenceslao *Knobloch* Præposito Misnensi, & Canonico Prag. & D. Anna de Nova Plsna, relicta quondam Alberti Nepotis præfati D. Wenceslai. 10. sexag. grosf. censûs in, & super domo quondam *Alberti Knobloch* prædicti Wenceslai Patris in Minore Civ. Prag. sita. Licentiam confert Wenceslaus Rex. approbat Sbinco Archiep. 1410. 2. April: recensentur officia Altaristæ. G. 10. S. Nicolaus p.p.

* *Knoblochij* Equites vetustæ Bohemorum stirpis adhuc nostrâ ætate vixerunt. * Knoblochij.

Erectio Altaris Capellaniæ perpetuæ *in Ecclesia Parochiali in Wozicz* à Civibus ejus loci. 9. sexag. grosf. censûs (1410. 20. April:) unà cum domo, & medio laneo, & pratis. confirmat Kbel. 1410. 20. April. G. 11. Wozicz.

Mortuo Adoldo de Scalicz Plebeiano, exorta est quæstio inter Witkonem Canonicum Wissehradensem Plebanum *in Curim*, & inter *Monasterium Sedlicense* de ejus corpore sepeliendo, & universim *de Juribus funerandi.* lectus est arbiter *D. Joannes* dictus *Paduanus Decretorum Doctor, & Offic. Curiæ Archiep. Prag.* qui pronunciavit: quòd fratres sinè licentia *D. Witkonis Plebani* ad sepulturam recipere, nec aliqua in dicto suo Cœnobio Iura Parochialia exercere valeant, neque possint. NB. Videtur sepultus esse in *Curim in Cœnobio Monasterij* sito in Minore Civitate in limitibus Ecclesiæ supradictæ. quæ omnia approbat Ioannes Abbas, Hartmannus Prior, Ulricus Supprior, Henricus Celerarius, & Petrus Bursarius, totúsque Conventus Monasterij Sedlicensis. A. D. 1345. 28. April: Eas literas ab Ioanne Kbel Decretorum Doctore Vicario &c. confirmandas exhibuit. 1410. honorabilis Vir *Magister Stephanus de Palecz* Plebanus Ecclesiæ, in *Curym.* G. 12. H. 1. Lis inter Pleban. Curimens. & Cœnob. Sedlecense. Stephanus de Palecz.

* Hic *Stephanus de Palecz* zelo fidei clarissimus in Concilio Constantiensi plurimùm laboravit, ut *Hus* condemnaretur. *

Literæ super unione, & incorporatione *Ecclesiarum in Bezdiez, in Lissa, & in Prosik* pro Monasterio *S. Caroli* Canon. Regular. S. Augustini, & quòd debeat à Canonicis S. Augustini gubernari. *Sbinco* Archiep. confirmat. 1410. Canon. Reg. S. Augustini Parochi in Prosik, Lissa, & Bezdiez.

* Quæ hoc hoc loco enumerantur *Ecclesiæ*, fuerunt jam pridem subjectæ *Monasterio Carolino Pragæ*, ùt antè diversis locis memini monuisse. *

De permutatione quorundam bonorum ejusdem *Monasterij S. Caroli* in *Praga*, cum consensu Cæsaris Wenceslai. Sbinco confirmat. 1410. H. 2. Cœn. S. Caroli.

H. 3. Litomericium. Kaplirz.

Erectio Altaris SS. Dorotheæ, & Marthæ in *Ecclesia S. Adalberti in Zasada* in Suburbio Civitatis Litomericensis 11. sexag. grossorum cum 10. grosf. censûs ab honor. Viro D. Gallo ejusdem Ecclesiæ Rectore in bonis Nobilis, & Strenui Viri D. *Hanussij Capler militis de Sulewwicz*, explicatur latè officium Altaristæ, *Jus Patronatûs D. Gallus* post mortem suam vult cedere *D. Hanussio Capler*, ejúsque hæredibus, & D. Magistro Nicolao de Podvvinie, & D. Hanæ Rectori Capellæ S. Nicolai *in Monte Radobeyl* prope Civitatem Litomericensem ad vitam horum duorum postea ad solum D. Hanussium pertinebit. confirmat Kbel. 1410. 7. April:

MonsRadobeyl.

* Fuisse in *monte Radobeyl* ad Litomericium *Capellam S. Nicolai* apertè ex hoc loco evincitur; an hodie supersit, non possum dicere. *

H. 4. Zderaz.

Pro *Monasterio in Zderaz* Ord. S. Sepulchri Dominici 3. sex. grosf. censûs à Civibus. 1391. confirmatur 1410. 24. Maij.

S. Barbara Cuttnæ. Cœnob. Sedlecense. H. 5. TeiniczSedlecij ditio. H. 6. Thesaurus Ecclesiæ S. Barbaræ.

Erectio SS. Trium Regum Altaris *in Ecclesia Corporis Christi, & S. Barbaræ in Montibus Cuttnis* à Cive ibidem Petro de Piska. NB. 30. sexag. grosf. censûs annui, & perpetui, quem *Petrus* habet in bonis&universitate Oppidi in *Tinecz Monachorum* Abbatis, & Conventûs *Monasterij in Czedlicz* Ord. Cisterc. ordinatur obligatio tota *Altaristæ*, & minima quæque præscribuntur: habentur Calices &. corporalia manutergia &c. Est in ea *Capella Crux magna de 21. Marcis argenti* deaurata. aliæ Monstrantiæ novem, duæ parvæ *Tabulæ argenteæ* pro Pace, 14. Sacerdotum ornatus, 4. Calices, tria Missalia, & unum *magnum Viaticum*, in quo dicuntur *Horæ*, tum Pallæ, Candelabra, cæteráque Jocalia parva, quæ non sunt descripta &c. confirmat Adam de Nezeticz Decretorum Doctor 1405. 1. Decemb. literæ *Theodorici Abbatis* Sedleczensis, Wenceslai Prioris, & totius Conventûs de superiore debito in *Tinecz*. 1390.

* Multa Oppida, & Urbes in Bohemia hoc nomine appellantur (propterea, quòd *Tein*, vel *Teinecz* septum, & *Teiniti* vetere lingvâ Bohemicâ sepire significet) sed hoc *Tinecz*, de quo nunc agimus, situm est in Provincia *Hradecensi*, erátque ditio *Cœnobij Sedlecensis*. Porrò de *ingenti Cruce in Ecclesia S. Barbaræ* pridem senum narrationes audivi, & hanc eandem esse puto, quam *Petrus Pisecensis* curaverat: Marca una facit Imperiales novem, adeóque Crux illa, præter aurum, & gemmas continebat Imperiales centum octoginta novem. memorabile,& pretiosum donum! quid cætera, quæ ibidem adducuntur? *

H. 7. Strankowicz.

Pro Capellania *in Strankovicz*, quam Blahut Oppidanus quondam ibidem inchoaverat D. Henricus *de Rosis* 6. sex. grosf. censûs addit. 1406. confirmat. 1410. 18. Junij.

H. 8. S. Adalbertus Pragæ.

30. Grosf. pro Altarista, & Altari S. Nicolai *in Ecclesia S. Adalberti sub Zderaz* Pragæ à Cive- 1392.

Carthusia. Pragæ.

Nos *Marquardus Prior*, totúsque Conventus *Monasterij Horti B. MARIÆ Virginis prope Pragam Ord. Carthusiensis* tenore præsentium recognoscimus, &c. quòd cum consensu D. Archiepiscopi *Sbinconis* Curiam, seu Domum in villa *Drevvnik* cum agris &c. emimus, juribus tamen, & solutionibus dicti D. Archiepiscopi salvis, & si velit ipse, alteri villano eam vendere debeamus &c. Datum in dicto nostro Monasterio. A. D. 1410. 18. Junij.

H. 9. Plsna nova, Offiek.

Joannes Eliæ Archidiac. Plznensis elocat Curiam *in Offiek* Plebano ibidem in villa Offiek, in qua Ecclesia etiam ratione dicti Archidiaconatûs *Jus patronatûs* dignoscitur obtinere. 1410. 14. Aug.

Erectio Altaris S. Procopij in Ecclesia *S. Ægidij* Paroch. *in Hlohovva*. 8. sexag. grosf. censûs cum 15. grosf. cum casa, pratis &c. à famoso Viro Girzicone *de Bieffin*, residente in Hlohovva, cujus literæ 1410. 19. Maij. confirmat Kbel eod. An. 21. Maij.

Ius

Jus Patronatûs Altaris SS. Trinitatis *in Ecclesia S. Nicolai* in foro pullorum ab una Cive alteri donatur. confirmat Kbel 22. August. H. 10. S. Nicolaus Pragæ.

Venerabilis, & Religiosa Domina *Elsska* Abbatissa Monasterij Sanctimonialium in *Tynecz Ord. B. Claræ* petijt in præsentia Joannis Kbel &c. à Nobili Domino *Plichta de Zirotin*, ut suo, & fratris sui germani nomine *Jaroslai*, omnia Privilegia, & bona &c. *Monasterij Tynecensis*, cujus dignoscitur esse Patronus, à Majoribus suis data &c. confirmet; quod & fecit. Recitantur literæ D. *Plichta de Zyrotin* unà cum fratribus suis *Jarkone*, & *Habardo*, qui omnes fuerunt filij bon. mem. D. *Habardi de Zyrotin.* confirmat, quæ Pater dederat Monasterio, agros pro duabus araturis adjacentes Oppido in villa, quæ dicitur *Tinczek*, & quatuor laneos in Oppido dicto, quorum agrorum quilibet laneus censuat unam Marcam. Item silvam non longè ab Oppido, quæ dicitur *silva Fratrum.* Insuper *ego Plichta*, de consensu Matris meæ, & fratrum in eodem Oppido, dono Monasterio 10. laneos, quorum quilibet censuat unam Marcam *pro ædificio Monasterij.* postquam verò fuerit *Monasterium ædificatum*, pro vestitu sororum, & alijs earum necessitatibus. *Jus* quoque *Patronatûs* Ecclesiarum in *Tynecz*, & in *Wrbna*, & in *Pozdna*, & Ecclesiæ *Horzovicensis* Jaroslaus Monasterio donat. Testes patris nostri, nostrisque donationibus adfuerunt, & sunt isti: D. Frater *Przibislaus Episcopus Sathorensis*, D. *Gerhardus* Abbas Strahoviêsis, D. *Borzita* de Gessenicz, D. Biczen *de Raczinawwes* cum filijs duobus Marquardo de *Rzebrzik*, Conrado *de Mssene*, Albertus *de Len*, Nepos D. *Henrici de Lippa.* Anno 1323. 19. Kalend. Januarij. Alteræ literæ sunt: *Nos Plichta* dictus *Niger de Zirotin*, unà cum fratribus meis dilectis D. Busskone, & Habssone, & Habardo dicto *Oczywal*, donamus 6. laneos in Oppido nostro *Tynecz*, quorum quilibet censuat 72. grosf. denariorum Pragens. cum omnibus pertinentijs &c. jure hæreditario possidendos, pro anima Patris nostri dilecti D. *Habardi de Zirotin.* Testes nobiles, seu discreti Viri; Reverendiss. in Christo Pater, ac D. D. *Hinko Episcopus Ladomericensis*, Honorab. Vir D. Busko *Abbas de Porta Apostolorum*, D. Petrus *de Wartemberg* Dominus in Kost, Dominus Petrus de Busskovvicz, & D. Petrus de Masstovv. Pragæ 1385. die Assumtionis B. M. Virginis. confirmat, & refert Kbel 1410. 12. Sept. præsentibus D. Wencelao *de Radecz*, Custode Eccles. Prag. Ogerio Correctore Cleri Dioeces. Prag. &c. Rursus pro eodem *Monasterio in Tynecz* recitantur literæ D. Plichtæ Habssonis, & Habardi, dicti *Oczyvval* fratrum, donantium Monasterio, & domicellæ *Elsscæ Sanctimoniali* ibidem in *Tynecz* sorori suæ 4. laneos censuales, cum omnibus tabernis, carnificibus, & pistoribus, ac pertinentijs omnibus. Item Curiam in *Uhrzicz* cum una aratura, & pomœria in eadem villa, & piscinam sub eadem villa cum pleno dominio pro hæreditatibus in Libczevves, & in Quilicz, quas ei *Pater* pro sua legitima portione donavit. Item donamus prata *Trziebniky*, quæ Trzebisske luky dicuntur, pratum, & humeletum in *Quilicz* cum mola pro nostris consangvineis Herka, Sronka in dicto Monasterio manentibus. promittunt *Monasterium* dictum tueri, ac defendere. Sigilla nostra apposuimus, & ad preces nostras Bussconis, & Habardi fratrum etiam *de Zirotin*, nec non Bedrzichonis antiqui de *Winarzecz*, & Wilhelmi *de Zirotin*, aliàs de *Hrzivvczicz* amicorum nostrorum. Datum in *Zirotin.* in festo undecim millium VV. 1385. hæc omnia hisce literis contenta, D. Plichta, coram D. Joanne Kbel promisit se servaturum. 1410. Pragæ. 12. Sept.

Moniales Teinecenses.

H. 11. Zerotinij.

H. 12.

*Proceres Bohemiæ *de Zerotin* fundatores liberalissimi Parthenonis Clarissarum in Oppido *Tinecz* fuêre; stetit hoc Cœnobium ad nostra usquè tempora; memini & meam sororem germanam *Ludmillam* in hoc Cœnobio educatam; postea Svecicis bellis exortis, *ad S. Agnetem Pragam* translatæ sunt sacræ Virgines ad suas; ne- Zerotinij. Cœnob. Treinecense.

neque ab eo tempore *Teinicense* Cœnobium incolitur, sed stat desertum. Ex ijs dem literis apparet, Zcrotinios, *Plichtas*, & *Oczyvval*( id est, qui se ubique immiscerent turbidis, & militaribus negotijs, & qui oculos in ira provolverent ) item *de Winarzecz* & *Hrzivvczicz* appellatos esse. *

Plichtæ, Oczyvval.

Brloh ad Cœn. Raudnicense.

*Sbinco* Archiep. Prag *Ecclesiam Parochiam in Brloh*, quæ à sæcularibus Clericis hactenus regebatur, incorporat *Monasterio Raudnicensi* Canonicorum Regularium S. Augustini.

I. 1. Colinum.

Duæ sexag. grosſ. censûs pro Altari Corporis Christi *in Ecclesia Parochiali in Nova Colonia* transfertur ad alia bona à Civibus 1410. 18. Oct.

I. 2. Budvvicium

Litera concordiæ Plebani in *Budvveis* cum Altarista S. M. Magdalenæ, & S. Lazari ibidem. 1410. 27. Feb.

I. 3. Brloh unitur Cœnobio Raudnicensi, Canonici Eccl. Prag.

Iterum *Sbinco* DEI gratiâ Archiep. Prag. unit *parochialem Ecclesiam* S. MARIÆ *in Brloh* Joanni Præposito, & Conventui Monasterij *Raudnicensis* Canon. Regularium S. Augustini, habito super præmissis cum D. *Bohuslao* Decano Decretorum Doctore, Joanne Scholastico, & Capellano Ecclesiæ nostræ Prag. diligenti tractatu, de consensu eorum, & Capituli. cum omnibus ejus Ecclesiæ juribus &c & ut per Canonicos regatur. 1410. 8. Oct. subscripti: Bohuslaus *Decanus*, Joannes *Scholasticus*, Wenceslaus de Radecz *Custos*, Franciscus *Præpositus Boleslaviensis*, Sdenko Archidiaconus Zacensis, Wenceslaus Archidiaconus *Bechinensis*, Mathias Archidiaconus *Litomericensis*, totúmque Capitulum Eccl. Pragensis, servatis omnibus solennitatibus.

I. 4. Cœnob. de Pœnitentia in Benatek.

Pro *Monasterio in Benatek* 7. sexag. in villa Kossorzicz à famoso Viro Alberto dicto Wsteklecz de *Ledecz*, Armigero Prag. Diœcef. quem censum nomine Patris promittit Petrus ejus filius. Recitantur literæ bon. mem. Alberti Bohemicæ, præter Petrum, nominat filium suum Albertus Proczkam *de Kolomuch*. nominatur *Prior Conventûs de pœnitentia* BB. MM. Adamus, & Wenceslaus professus domûs S. MARIÆ in Novo *Benatek*, cui dat Albertus duas sexag. censûs, & vocat eum: Synowecz mug. itá ut sint census 9. sexag. grosſ. Subscripti nostri amici: Proczek *de Czetnie*, Setci *de Luczek*, Hersso de Birzin, Hersso dictus Czelak de Ossovvnicz Anno 1410. Generalis Ordinis hujus nominatur hoc loco *Marzik.* confirmat Kbel 1410. ultimâ Oct.

* De *Czetne*, sinè dubio *Cetensky* stirps Equitum Bohemorum perantiqua. *

I. 5. Nymburga.

Pro Altari S. Ioannis Evangelistæ *in Ecclesia parochiali in Nymburga* 6. sexag. grosſ. cum media, ab Agnete Vidua antiqua judicissa. sigillum Civitatis in cera alba. in sigilli medio quædam *Turris* cũ uno cancello, quædam columna in medio appensa divisa, in cujus summitate quatuor pinnæ, & penes eandem turrim *Leo* cum cauda bipartita; literæ verò circumferentiales: sigillum Civium *Neumburgen.* super Albea. jam ab Anno 1397. donatio erat facta. confirmat Kbel 1410. 7. Novembris.

Sigillum Civitatis.

I. 6. Merklin.

Erectio Altaris Visitationis S. MARIÆ *in Eccles. paroch. in Merklin* ab honorab. Viro *Bohuslao* Plebano, vel Rectore Ecclesiæ in *Merklin*, & hærede Oppidi ejusdem, necnon famoso Viro *Conrado cum conthorali* sua ibidem de Merklin. 8. sexag. censûs, minùs 20. grosſ. 1410. 11. Novembr. NB. Anno 1413. 20. Martij, idem famosus Vir Conradus *de Merklin* Armiger, suo, & Uxoris suæ Hedvvigis nomine, partem agrorum cum parte pratorum, & alia quædam eidem Altari donavit.

* *De Merklin* Equites pervetusti, quorum Clypeus *in Stemmatographia* depingetur suo loco. an aliquis ex hac stirpe *Merklinskiorum* supersit, scire non potui. *

I. 7. S. Michaël Pragæ.

Translatio 4. sexag. grosſ. pro *Ecclesia S. Michaëlis* Maj. Civit. Prag. ex bonis Ven. & Religiosi Viri *Bernhardi Præpositi*, Petri Prioris, Georgij Sacristani Monasterij, seu

seu *domûs Sderazienſis* Novæ Civ. Pragenſis *Ordinis* ſacroſancti *ſepulchri Dominici*, ſci- Zderaz.
licet ex villa Lutochleb prope Chodovv ad alias villas aliorum. 1410. 9. Nov:

Nos Witko *de Czernczicz* Decanus, Sdislaus Canis, Hanco de Budvveis, Pe- I. 8.
trus Cremſſierz, Martinus de Miza, Hinko de Klokoczin, M. Ioannes, ſacræ Theo- S. Apollinaris Pragæ.
logiæ Profeſſor, Dominicus *de Budvveis*, & M. Arneſtus Canonici, totúmque *Ca-
pitulum Eccleſ. S. Apollinaris Pragenſis* &c. elocant villam ſuam obedientialem *Satalicz*
jure Emphiteutico Ioanni Groloth, ex qua villa 10. ſexag. minùs 40. groſſ. censûs
percipiebaut &c. obligatur Groloth ad censûs, ceram &c. 1410. Nov:

Erectio *Altaris* S. Nicolai Confeſſoris, & S. Catharinæ Virginis *in Eccleſ. Prag.* I. 9:
10, ſexag. groſſ. censûs ab honorab. Viro Blazkone Plebano in antiqua Pilſna, nec Eccleſ. Prag.
non Altariſta SS. quatuor Doctorum *in Eccleſ. Pragenſi* Wenceslai Regis licentiâ,
qui vult poſt mortem Blazkonis *Jus Patronatûs* illius Altaris ad ſe, & Reges Boh:
pertinere. Datum Mendici 1408. Teſtes: Ven: Conradus Clericus Werdenſis
Subcamerarius, Nob. Lacko *de Cravvar* Magiſter curiæ, & Nicolaus de Praga,
Conſiliarij noſtri. Limitat Blazko Regis juspatronatûs, ait illum ad Reges ſpectatu-
rum, ſed ut ſemper *de gremio Eccleſiæ Prag. Altariſta* nominetur. confirmat Sbinco.
1410. 20. Decemb.

Erectio Altaris S. Euſtachij *in nova Capella* ſita in *Cœmiterio Eccleſiæ S. MARIÆ* I. 10.
*ante Lætam Curiam*. 12. ſexag. groſſ. censûs cum 14. groſſ. ab honeſto, & circumſpe- Tein Prag. I. 11.
cto Viro D. *Franciſco de Rokyczaner* cive Maj. civit. Prag: qui laudatur etiam hîc à fun- Rokyczaner.
dationibus ſacris. 1410. 28. Nov:

* Admiranda fuit hujus *Franciſci Rokyczanenſis* in ſacris liberalitas: idem funda-
vit *Cœnobium Virgineum ad Spiritum S. Ordinis Benedictini* &c. vide, quæ diximus in
noſtra *Epitome*. *

Pro Altari *B. M. Virginis in Dieczin* in antiqua civitate, donatur media terra agri I. 12.
in Gompolecz à Nob. Viro D. Ioanne *de Wartenberg* Domino in *Dieczin*, ſeu *Te-* Dieczin.
*ſchen*. 1395. confirmat Ioannes *de Niemczicz* Decretorum Doctor. *1411*. 15. Ianua-
rij.

Erectio Altaris Capellaniæ Viſitationis S. MARIÆ *in Eccleſia Parochiali in Li-* Libochovvicz.
*bochovvicz* Bohemicè ſcriptæ. My Sbiniek Proboſſt Mielnieʒky/ Jaroſlaw/ Jan
Wlaſtnj Bratrʒi Panj na Hazmburcze. fatentur ſe accepiſſe ſummam pecuniæ à
D. Matre ſua *Anna*, ex qua cenſus 7. ſexag. colligitur, quem cenſum illa deputavit
pro dicto Altari, Anno 1398. pro anima ſua, ac bonæ mem. D. Wilhelmi *de Hazm-* Sbinko de Hazmburg.
*burg* ſui mariti. confirmat Kbel *1410*. penult: Maij.

* Notari debet pars *Genealogiæ Hazmburgicæ*, *ut Sbinkonis Archiep. parentes*,
& fratres ſciri poſſint. *

2. Sexag. censûs pro Altari SS. TRINITATIS, & S. Sigiſmudi *in Lippa* ab Alta- K. 1.
riſta ejuſdem Altaris ſuper bona Nobilis D. Hinkonis *Berka de Duba* Domini in Lip- Lippa
pa. Ioannes de Niemczicz confirmat *1411*. 4. Febr.

Erectio Altaris SS. Perpetuæ, & Felicitatis, SS. Innocentium *in Eccleſ. S.* K. 2.
*MARIÆ ante Lætam Curiam* Pragæ ab Honor: Viro D. Procopio Bartha de Gallis de Tein Pragæ.
Praga Presbytero *14*. ſexag. groſſ. censûs in villa Zer, quæ bona cum ſuis juribus
nunc ſpectant ad famoſum Virum Stephanum *de Kluczovv* Armigerum. Officia re-
cenſentur. Ius patronatûs poſt ſuam mortem devolvetur ad famoſum Virum Ioan-
nem dictum Dubecz *de Dubecz* Armigerum conſangvineum ſuum, & Hæredes i-
pſius. confirmat de Niemczicz Decretorum Doctor. *1411*. 3. Ianuarij.

Permutatio Agrorum Eccleſiæ Paroch. in *Sedlczano*. confirmat Niemczicz. K. 3. Sedlczan.
*1411*. 5. Aprilis.

Erectio Altaris *S. Catharinæ*, Hedvvigis, Luciæ, & Chriſtophori *in Eccleſia Prag.* K. 4. & 5.
ab

ab honesto Viro *Nicolao de Praga*, aliàs *de Wozicz*, Supremo Notario Tabularum Regni Boh: Altare situm erat in medio ante cancellum Altaris S. Viti, cum consensu Ven. Virorum Bohuslai Decani, & totius *Capituli* Eccles. Prag. quod altare per tres Ministros regi, & officiari Fundator disposuit; *primum Ministrum* voluit nominari S. Catharinæ, & Hedvvigis, pro quo deputavit 19. sexag. grosſ. censûs. Recensentur officia hujus Ministri, & distributiones. *secundum Ministrum* voluit nuncupari S. Catharinæ, & S. Luciæ, cui assignat 18. sexag. grosſ. censûs cum 53. gross. obligationes recensentur, & distributiones inter canonicos &c. Scholares, Matronas &c. & pro lampade, quæ ad id Altare die, noctéque ardeat. *Tertium* vero *Ministrum* vult appellari S. Catharinæ, & S. Christophori, cui, & Successoribus designat 14. sexag. cum 50. grosſ. censûs. obligationes recensentur. Jus patronatû sibi, & successoribus suis servat Nicolaus. hæc omnia confirmat ipse *Sbinco* Archiepis. 1409. 13. Martij.

* Evidenter intelligimus ex hisce literis *Erectionum*, aliquando etiam ex civili ordine, *ad supremum Regni Protonotariatum* ascendisse, ùt hoc loco *Nicolaus de Praga* qui non famosus, aut strenuus, sed proprio Civium titulo *Honestus Vir* appellatur. *

K. 6. Prosikad Cœn. S. Caroli. *Sbinko Archiep.* unit, & incorporat *Ecclesiam Parochialem* in Prossiek Procopio Abbati, & *Monasterio S. Caroli* in Praga Ordinis Canon. Regul. S. Augustini, quod jus contulit Monasterio Vidua Christiana relicta Ulæ Bayer civis antiquæ Urbis Prag. cum curia in Wissoczan. obligatio est, ut fratres in eadem villa moram trahentes, quotidie *Missam*, & *Vesperas* sub nota decantent &c. & Anniversaria. *Sbinko* id confirmat cum consensu Capituli Prag. 1407. 20. Junij. præsentibus Adamo

K. 7. Canonici Pragenses. de Nezeticz, Decretorum Doctore, Archidiacono Gradicensi in Eccles. Pragens. Magistro Petro de Znoyma, Sacræ Theolog. Professore &c. Nos quoque Bohuslaus Decanus, Joannes Scholasticus, Franciscus Boleslaviensis, Sdislaus Omn: SS. in Castro Pragensi Ecclesiarum Præpositi, Wenceslaus de Radecz, Benessius de Chobolicz, Andreas de Benessovv Canonici, totúmque Capitulum Eccles. Prag. 1407. 20. Iunij. *

K. 8. Chlumek. Erectio Capellaniæ perpetuæ in *Ecclesia S. Wenceslai Matrice in Chlumek*, de consensu Plebani Ecclesiæ filialis in Habrzina de novo erigendæ. sex. sexag. censûs in

Zaruba. villa Zderaz à famoso Viro *Petro de Habrzina, aliàs de Hustirzan* Armigero Prag. Diœc. confirmat Joannes de Niemczicz. 1431. 25. Aprilis.

* *Barones, & Equites Zarubæ*, eorúmque patruelis *de Hustirzan*, ijdem olim *de Habrzina* appellabantur, quod notare convenit. *

K. 9. Klumin Matura. Erectio duarum Capellaniarum in *Ecclesia Parochiali in Clumin*. 24. sexag. censûs cum 10. grosſ. à Mathia Rectore Parochialis Ecclesiæ in Clumin, qui in dicta Paroch. Ecclesia quotidie *Missam de B. V.* solenniter decantare debebunt. *Wenceslai* Regis desuper licentia. Juspatronatûs post mortem Fundatoris ad Reges Bohemiæ pertinebit. confirmat Joannes de Niemczicz. 1411. 5. Maij.

K. 10. Cœn. Teplicz duæ Capellaniæ. Erectio duorum Altarium S. Viti, & S. Crucis in *Monasterio S. Joannis in Teplicz*. pro primo 9. sexag. grosſ. & 31. grosſ. cum auxilio civium fundavit *Margareta Abbatissa*, Sophia Priorissa, Benigna Custrix, totúsque Conventus Monasterij S. Joannis in Teplicz Ordinis S. Benedicti. Anno 1433. 13. April: confirmatum 6. Maij.

K. 11. Udernicz. Pro *perpetua Capellania in Eccles: Parochiali in Udernicz* ab honesta Domina Zdena relicta Marquardi *de Udernicz*. 7. sexag. grosſ. censûs in villa Udernicz, de consensu famosi Viri Otticonis de Mostecz, Annæ filiæ suæ conthoralis Sdenatæ *de Kopydlna*; & Joannis dicti Rychna de Rzehorz. A. 1431. 13. Maij.

Trans-

Przedhradie.

Translatio 5. sexag. gross. censûs pro *Altari S. Catharinæ in Ecclesia in Przedhradi* ab ipso Fundatore famoso Viro Cunslone *de Olbramovvicz Burgravio Castri in Carlstein* ad bona famosi Viri Joannis *Schvvab* de *Havvran*, aliàs *de Gyekevv*. 1433. 6. Junij.

Czeika, Sſvvab.

* Hæc fundatio ad Equites pervetustos *Czeikas de Olbramovvicz* spectar, ex quibus *Cunsso Burgravius Carlsteinensis*, qui postea adversùs *Koributum*, *& Pragenses* strenuè arcem illam armis, & ingenio tutatus est, ùt narrat illius temporis scriptor *Bartossek Sſicz de Drahonicz*. Equites *Schvvab* plura habuêre nomina, utì *de Havvran*, & *de Gyekevv*. *

K. 12. Zavvlekovv

Famosus Vir Brzenko de Letovv armiger, Ecclesiæ *Parochialis in Zavvlekovv*, & Capellaniæ in ipsa Ecclesia Patronus, cedit jus patronatûs Nobili Viro de Hersstein, & successoribus suis. Niempczicz confirmat. 1413. 8. Junij.

* Cujus familiæ Nobilis hic Vir *de Hersstein* fuerit, definire non possum: nam diversis temporibus *Plavveny* alio tempore *Hardeky*, alio *Rabnsteiny* Barones, alio alij Hersteinensem arcem, & ditionem tenuêre, sed omnium antiquissimi fuêre *Domini de Welharticz*, ùt sæpe jam videbimus posthac. Vide folio proximo L. 30. & facilè intelliges *Welharticium* fuisse. *

L. 1. Czachovvicz. V. Boleslavia

Erectio Altaris in Capella *S. Dorotheæ in Ecclesia Parochiali in Czachovvicz* ab Joanne Canonico Boleslaviensi Plebano Ecclesiæ in Czachovvicz & Herssone de Wruticz, residente in Biczkovvicz pro remedio progenitorum suorum. 30. sexag. gross. pro Ecclesia Parochiali SS. Petri, & Pauli in *Czachovvicz*, & 5. pro *Ecclesia Collegiata S. Wenceslai Boleslaviæ*. Wenceslai Cæsaris facultas recitatur 1410. Aprilis. Census hic collocatus est apud Nobilem, Religiosum Virum D. *Albertum de Libiessicz* professum Ordinis Cruciferorum de domo Teutonica, & Catharinam sororem ipsius *Adalberti*, ac in bonis ipsorum, scilicet in *Libiessicz*. confirmatum Niemczicz. 1411. 12. Junij.

Berka Eques Teutonicus. Libiessicz.

* *Adalbertus*, qui hîc nominatur *Cruciger Teutonicus*, fuit origine ex stirpe Illustrissima Berkarum, qui aliquot sæculis *Libessicium* tenuerunt, ùt vel ex *his Erectionum* libris patescit indubiè. *

L. 2. Hospitale Zatecij.

Pro *Capellania in Hospitali Civitatis Zacensis* plures, & diversi census recensentur à civibus 1433. 9. Julij. præsentibus DD. Mathia Canonico Eccles. Prag. Joanne Canonico S. Georgij in Castro Prag.

L. 3. Porzicz.

Translatio 4. sexag. censûs in *Eccles. S. Petri in Porzicz*, & ibidem Altaris S. Dorotheæ. ad bona famosi Viri Joannis, aliàs Hanussij, dicti *Libchavvsky de Sezemicz* prope Lippam. 1433. 11. Julij.

L. 4. Rychnovv.

Erectio Altaris Capellaniæ Corporis Christi, S. MARIÆ, & Omnium SS. *in Ecclesia Parochiali in Rychnovv* à famoso Viro Joanne Rychnovvsky *de Rychnovv* armigero Diœces. Prag. suo, & famosorum Virorum Theodrici, & Hinkonis fratrum suorum, ac Hermanni, & Hinkonis ibidem *de Richnovv* Patruorum suorum nomine. 7. sexag. minùs 13. gross. denariorum Prag. censûs, ut *Capellanus* quotheb-domadis celebret tres Missas sanctas ad laudem *Intemeratæ Genitricis MARIÆ*. de Niemczicz approbat. 1411. 28. Julij.

* *Proceres Richnovij* ab eadem origine cum *Kaunicijs* Proceribus descendunt, ùt ostendit Paprocius; neque dubitari potest, cùm ipsa id loquantur Insignia, & omnes vetustæ memoriæ consentiant. *

L. 5. Budvvicium

Erectio Altaris SS. Virginum Barbaræ, Apolloniæ, & Justinæ *in Ecclesia Parochiali in Budvveis* à civibus. 8. sexag. gross. censûs. 1433. 7. Maij.

L. 6. Sigmunticz.

Erectio Altaris, seu Capellaniæ 10. millium militum *in Ecclesia Parochiali in Sigmunticz* 8. sexag. minùs 20. gross. à famosis Viris Przibicone *de Zigmunticz*, &

de Stipoklas de Sobjeticz Drskragi de *Knicʒekleda* fratribus germanis, & uterinis. teſtes donationis famoſi V ri Hrdibarus *de Stipoklas*, Jeſko *de Sobieticʒ*, Blaho *de Niemczicz* armigeri 141 ). 1c Maij. Wenceslaus de Radecz Cuſtos, & Canonicus Eccleſ. Prag. confirmat 141 21. Octob.

L. 7. Cœn. Teplicenſe. Altariſta Altaris Omnium SS. *in Monaſterio Teplicenſi* cum conſenſu Vene domicellæ *Margaretæ* Abbatiſſæ dicti Monaſterij. 7. ſexag. groſſ. censûs in quodan oppidano loci ponit, & transfert. literæ Monaſterij incipiunt: *Nos Margareta miſ ratione Divinâ Abbatiſſa*, Sophia Prioriſſa, Benedicta Cuſtrix, totúſque Conver tus &c. 1411. 19. Novemb.

L. 8. Clatovia. Erectio Altaris SS. Barbaræ, Apolloniæ, & Luciæ VV. *in Capella S. Agathæ i Eccleſia Parochiali in Clatovia.* à civibus. Licentia Regis Wenceslai. literæ Funda toris ad Vicarios ſede vacante. 1411. 4. Decemb.

L. 9. Herzicz. S. Coronæ Cœnob. Concordia de decimis *Eccleſiæ Parochialis in Herzicz* inter Plebanum loci, & in ter Ven. Virum *Gerhardum Abbatem*, Hermannum Priorem, Hermannum Sub priorem, Gerhardum Seniorem, totúmque *Conventum S. Coronæ* Ordinis Ciſter cienſis 1375. Item literæ Altovadenſium ex conſilio Nob. Dominorum Petri, & Joannis *de Roſenberg* Fundatorum noſtri Monaſterij gratioſorum. Nos Petrus, Mar

Cœn. Altovadi. tinus Prior, Przibico Cellarius totúſque Conventus *Monaſterij in Altovado.* )38 confirmatur à Radecz. )4)2. )2. Januarij.

L. 10. Zavvlekovv Capellania. de Welharticz. Erectio Capellaniæ *in Eccleſia Parochiali in Zavvlekovv* à Nobili Viro D. Joan ne *de Wilharticʒ*, reſidente *in Herſtein*; literæ ejus Bohemicæ ſummam ſpirant libe ralitatem, & pietatem; inchoata fuit hæc fundatio à Majoribus; ſed hanc ipſe *Jo annes* tandem perficit. 1411. Teſtes: Joannes *de Skala*, reſidens in Sſvvihovv, Ge necz *de Cʒachrovva*, reſidens in Strzezivicze. approbat Radecz. 1412. 3. Febr.

Sſvvihovvſky. Kaniczky. * Ex his, quæ antè dixi, patet, ſcilicet eo tempore *Dominos de Welharticz Ca ſtrum de Herſtein* tenuiſſe. Teſtes, qui citantur, alter ex Procerum ordine *Svviho vius*, alter Eques *de Cʒachrovva*, quæ ſtirps generoſiſſima hodiéque ſupereſt. *

L. 11. Trzemeſſna. de Miletinek ſeu de Pardubicz. Erectio Capellaniæ Altaris *S. Catharinæ in Eccleſ. Parochiali in Trzemoſſna* ab honeſta Domina Machna relicta *Diviſſij* dicti *Mrzak de Miletinek*, & famoſis Viris Borzkone, & Wenceslao fratribus germanis dicti Diviſſij filijs. 8. ſexag. cum media groſſ. Prag. censûs. Machnâ mortuâ jus patronatûs ad filios ejus, & *Diviſſij* pertinebit. qui ſunt 6. *Barſſo, Diviſſius, Wanko, Ditricus, Petrus, & Andreas.* confir mat Radecz. 1412. 27. Febr.

* *Domini de Miletnika* jam inter *Dominos*, jam inter *Equites* in Manuſcriptis co dicibus numerantur, ut non poſſim aliquid certi ſtatuere. Deſcendebant à *Domi nis de Pardubicʒ*, & *Equum dimidium candidum* geſtabant in Clypeo; priore adhuc ſæculo ſubſcriptos *inter Proceres* Comitiorum Articulis legi non ſemel *Dominos de Mi letnika*, ut in *Stemmatographia* dicemus. *

L. 12. Litomerſium. Translatio censûs trium ſexag. pro Altari *SS. Petri, & Pauli* Apoſtolorum, & Palmatij Martyris in Eccleſ. Omnium SS. *in Litomericʒ.* Concordia inita inter Re ctorem Altaris illius, & inter honor. & Religioſum Virum Fratrem Nicolaum *Præ*

Doxanum. *poſitum Monialium in Doxano* Ordinis Præmonſtrat. inter arbitros fuit Wenceslaus Decanus S. Stephani in Litomerzicz facta concordia 1410. 4. Maij. confirmatum )412. 5. Martij.

M. 1. Clatovia. Erectio Altaris SS. *Petri, & Pauli Apoſtolorum* in Eccleſ. Parochiali in *Clatovia* 8. ſexag. groſſ. censûs à civibus. 1412. 18. Martij.

M. 2. Bor majus. *Capellanus in Bor* majore Altaris S. Margaretæ *in Eccleſia Parochiali S. Nicolai.* po nit cenſum ſuum Altaris, ſcilicet 6. ſexag. in Domino Joanne dicto *Bavor de Wieʒky*

re-

residente in Svvrznie, cujus hic literæ Bohemicæ recitantur. confirmatum 1412. 14. Aprilis.

* Quale hoc *Bor* sit intelligendum, *Fundatoris genus*, aliáque his similia ex alijs, quæ suprà attulimus, fundationibus intelligentur. *

Erectio Altaris summi in *Ecclesia Parochiali S. Spiritûs in Grecz Reginæ* à D. Raphaële Judice civitatis in Grecz Reginæ Purgravio in Castro *Potenstein* Serenissimæ Principis, & D. D. *Sophiæ DEI gratiâ Reginæ Bohemiæ Judice Curiæ*. 11. sexag. grosf. cum 6. grosf. census annui, & perpetui. quâlibet 5. feriâ canatur *Missa de Corpore Christi*, & alia lecta quocunque die per septimanam de Assumtione B. MARIÆ Virginis &c. 1412. Radecz sede vacante confirmat. 15. April: M. 3. Reginoh radecium.

Capellanus *Ecclesiæ in Bor majori* ad Altare S. Joannis Baptistæ in Ecclesia Parochiali *S. Nicolai* constituitur, & fundatur *Capellania* à D. *Dobrohostone de Mielnicz* residente in Pobiezovvicych Plebano Ecclesiæ in Sittbor 5. sexag. grosf. census. fuit *Vir Illustris familiæ*. An. 1411. confirmatum à Wenceslao de Radecz 1415. 2. Junij. Bor majus.

**Dobrohost*, cujus hoc loco fit mentio, probabilissimè ortus fuit ex familia illustri *de Ronsperg*, qui passim *Dobrohostij* vocabantur; causam in *Stemmatographia* adferemus. * Dobrohost de Ronsperg

Literæ *Ecclesiæ Parochialis in Bielina*, quas præsentavit honorab. & Religiosus Vir D. & Frater *Joannes professus de domo S. MARIÆ Teutonica*, *& Plebanus Ecclesiæ in Bielina*. Literæ primæ: Nos *Albertus de Seberch* de consensu Uxoris nostræ *Svvatikæ*, & filij nostri *Alberti Parochiam* nostram in *Bielin*, & juspatronatûs cum juribus omnibus, & *Hospitale* cum piscationibus, pratis, agris, molas duas &c. &c. donamus *Fratribus domûs Teutonicæ terræ Prussiæ* &c. Datum 1302. in Chumutavv Kalendis Julij. Secundæ literæ: Nos *Joannes* DEI gratiâ Pragensis Episcopus &c. confirmat Nobilis, & honesti Domini *Alberti de Zeberch* fundationem, & donationem, & ut fratres prædicti *in Bielina* Ecclesiam officient, & omnia Sacramenta administrent, & fructus omnes percipiant, *Juribus nostris, & Archidiaconatûs semper salvis*. 1302. 5. Idus Junij. confirmatum 1412. 20. April: M. 4. Teutonici Bilinæ. de Seberg.

* Plurimas per *Bohemiam Parochias Crucigeri* diversi, quasi jure hæreditario, vel Patronatûs tenebant, quas postea Reges, & Domini redemerunt, vel sublatis eorum sedibus, domibus, & Commendis amiserunt; enumerat aliquas Parochias eorum *Hagecius* in fine *annalium* suorum; sed in hoc egregiè fallitur, quòd ubi *Juspatronatûs* habebant, ibi etiam *Commendas* habuisse putaverit: *Melitenses* multis in locis, *Teutonici* in pluribus, alij *Crucigeri* in quàm plurimis Oppidis, & locis, jure quasi ordinario, Parochias administrabant, idque erat ipsis in prima eorum fundatione à Pontificibus, & Episcopis Bohemiæ datum, & à Regibus confirmatum, ùt *Bullæ*, & *Diplomata* (quarum exemplaria sunt apud me) demonstrant. Sed de his alio loco; *Teutonici Commotovienses* amplissimum territorium ditione obtinebant, quod ab *Henrico Plavvenio* Ordinis Magistro, pecuniæ ob bella cum Polonis, & Russis egentissimo emit *Wenceslaus Rex* Caroli IV. filius, ùt alibi narravimus. Vide etiam infrà Tomum XI. Erectionum M. 10. Quomodo verò *Bilina* ad *Sebergios* pervenerit, dubitari potest? existimo conjugio cum *Svvatka*, vel *Svvatika*, vel *Slavvka* Ossecensi Comitissa (nam *Ossecenses Comites* post Comites Bilinæos emortuos, qui soleas ferreas plures, vel unam in Clypeo ferebant, multis sæculis Bilinam tenuerunt) unde non vanè *Albertus* Senior *de Seberg*, ait se donare juspatronatûs Bilinensis Ecclesiæ Teutonicis *de Consensu Uxoris suæ Svvatikæ*, quæ videlicet *Svvatika*, vel *Svvatka*, vel *Slavvka* erat filia Svvatkonis Comitis Ossecensis, *qui rastrum hortense* ferebat in Clypeo, & hoc nomine *Svvatkonus*, vel *Slavvkonis* gaudebat hæc familia, Parochiæ Teutonicorum & Crucigerorum, non fuêre commendæ.

ut apparet ex ſepulchris Eccleſiæ Oſſecenſis. Qui annis abhinc non amplius 50. vixit, *Svvatko*, vel *Slavvko* dicebatur, ùt in *Epirome* oſtendi adversùs eos, qui Ottogarum Regem Oſſecenſe Cœnobium fundâſſe ſcripſerunt. *

M. 5. Eccl. Prag. Erectio Altaris SS. Petri, & Pauli, Chriſtophori, & S. Catharinæ *in Eccleſ. Prag. Albertus DEI gratiâ Electus, & proviſus Eccleſiæ Pragenſis*, confirmat Erectionem à ſtrenuo Milite Nicolao *de Barchovv.* cum Licentia *Wenceſlai* Regis 1410. 20. Aprilis. Hoc Altare fuit in Capella S. MARIÆ Magdalenæ. 12. ſexag. groſſ.

M. 6. censûs qualibet hebdomade *tres miſſæ* legi debent. 1412. 17. Maij.

Albicus Arch. dictus Albertus. * Duo in his literis obſervanda video: primò *Albicum Electum*, & proviſum Eccleſiæ Pragenſis, in plurimis MM. SS. & in his ipſis *Erectionum Libris Albertum* appellari, neque erráſſe librarios in tam noto Præſule, & toties, exiſtimo; ſed verè *Albertum* voce per diminutionem *Albikum* ob ſtaturæ exilitatem fuiſſe appellatum, quod nomen poſtea pro *Alberto* invaluit, ut etiam factus Archiepiſcopus pro *Alberto* appellaretur. Secundum: Strenuum Militem appellari Nicolaum *de Barchovva*, quo refelluntur ij, qui Equites *Daſſiczkios de Barchovva* (ex quibus quorundam noſtrorum Procerum avia *Johanna* avorum memoriâ prodijt) negant vetuſtam *Equitum* proſapiam fuiſſe. *

de Barchovva Equites.

M. 7. in Stropniez Capellania. Erectio *Capellaniæ perpetuæ* S. Catharinæ *in Eccleſia Parochiali in Stropnicz*, quam quidem Capellaniam jam pridem fundaverant *Roſenſes*, & famoſi Viri Petrus Zeſtavvecz de Svvietvvie, & Maczko de *Hrzebenovv* &c. 1411. hæc omnia confirmat *Albertus* Archiep. Prag. 1412. Maij.

Harrachij. *Maczko *de Hrzebenovv* ſtirpis ejus, quæ nunc *Harrachiana* dicitur, & ante complura ſæcula (ùt *Bucellinus* oſtendit) ex Bohemia in Auſtriam deſcendit. eorum natalis ſedes *Hrzebenovv* fuit in *Bechinenſi* Diſtrictu, ac memini me ante 30. annos noviſſe ad *Hrzebenovv* pagum Equites, qui *Hrzebenarz* dicebantur.*

M. 8. Lomnicz. Altare Corporis Chriſti, & 10. millia MM. & S. Barbaræ *in Lomnicz.* fundant fratres germani: Conradus, Nicolaus, Henricus, & Joannes dicti *de Panevvicz* in villa ſua *Lomnicz* Prag. Diœceſis. 3. ſexag. groſſ. Prag. cum curia, & ædificijs ad eam pertinentibus. Item 1. ſexag. censûs D. Joannes aſſignavit &c. item

M. 9. hortum &c. *obligamus etiam nos, quòd prædictum Altare conferri debet uni pauperi & ſimplici Presbytero purè, & ſimpliciter propter DEUM.* 1412, 5. Junij. Wenceslaus Gurein Alberti Archiepiſcopi Vicarius confirmat. 1412. 10. Junij.

* Vide hîc mihi pietatem Gentis *Panovvicia*, vel *Panvvicia*; habent hodiéque

Panvvicij in Comit. Glacenſi. *Panvvicij* illud ſuum *Lomnicz in Comitatu Glacenſi*; ex quibus rectâ, & equeſtri ſemper lineâ deſcendit *Erneſtus de Panvvicz* amicus meus, & amator ſtudiorum meorum, qui eſt in Comitatu Glacenſi *Protonotarius Tabularum*, ſeu *Supremus Comitatûs Scriba.* *

Pro *Eccleſia in Curia* donatur Piſcina cum prato, & rubetis, ac decimæ ruſticales à D. Joanne Plebano Eccleſiæ *in Curia*, & fratre ejus Buſſcone *de Libczan*, & de

M. 10. Curia. decimis concordia, præſentibus: D. Cunikone, & Wlaſtkone Clientibus de *Nechanicz*, Wenceslao Cliente de *Chvvalina*, Sbincone Cliente de *Menyn.* 1412. 16. Junij.

M. 11. B.V. in Lacu. Erectio Altaris SS. Coſmæ, & Damiani *in Eccleſia S. MARIÆ in Lacu* Maj. civ. Prag. à Venerabili, & circumſpecto Viro *Magiſtro Albico in Medicinis, & utriuſque juris Doctore eximio.* 11. ſexag. groſſ. denariorum censûs. & Capellanus debebit eligi

Albicus poſtea Archiep. M. 12. *de linea conſangvinitatis* ejuſdem Magiſtri Albici *de Nova Civitate*, aliàs *Unyczovv* Olom. Diœceſ. licentia Wenceslai Regis. *Cùm Venerabilis Magiſter Albicus Phyſicus noſter Supremus. dilectus fidelis* &c. confirmat Joannes Kbel 1410. 4. Maij.

Medicinæ & * Hæc Fundatio non eſt ſuo loco poſita, & ad priora tempora pertinet, ex his Pa-

Patriam *Albici*, *Unczoviam* apud Moravos fuisse, quæ aliter *Nova Civitas* appellatur, Juris Doctor Albicus.
intelligimus; deinde & illud, *Albicum*, seu *Albertum* præter *Medicinam*, *juris utriusque Doctorem fuisse*, quod aliàs non facilè in manuscriptis invenies. *

Erectio Altaris *Capellaniæ perpetuæ in Ecclesia Parochiali in Robus* à Nicolao dicto Mikeſs *Ryssemburg* residente in *Studena* Jarko frater ejusdem residens *in Robus*, Paulus Andreæ *de Robus*, Wenceslaus, ac Marzanek fratres *de Robus* Clientes nonnullorum Christi fidelium subsidio. 8. sexag. censûs. confirmat Wencesl. Gurein Magister Artium, Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ S. Petri in Bruna. 1412. 7. Junij. N. 1. Robaus.

* Equites *de Robaus*, & *Ryssenburg* ijdem, quorum pia liberalitas sæpius in hisce libris prædicatur; hodie *Raſſinij* appellantur, ùt jam antè monui. * Raſſinij.

In Bethleem maj. civ. Prag. *Crux Institor civis*, qui in prima dotatione Altaris SS. Mathæi, & Mathiæ 8. sexag. groſſ. pro Altarista donârat, auget suam fundationem, datis 2 sexag. groſſ. censûs. 1412. ult. Aprilis. N. 2. Bethleem.

Concordia inter Plebanum Ecclesiæ, *in antiqua Colonia*, & Magistrum civium, juratos, ac communitatem ibidem, occasione quarundam silvarum, agrorum, pratorum &c. in villa Czakovvicz. nominatur Gregorius Plebanus Ecclesiæ in antiqua Colonia, nec non *Præpositus Capellæ Regalis in montibus Cuttnis*. arbitri fuêre Wenceslaus Zacher Magister Curiæ Regalis in montibus Cuttnis, Martinus de Sadicz, Purgravius in Lybenicz. 1412. 25. Junij. N. 3. Colinum. Cuttnæ Capella Regalis.

*Etsi nuper *Cuttnensium* rerum scriptor negârit ullam fuisse *Præposituram Cuttnæ*, tamen ex hoc loco apertè videmus *Præpositi Capellæ Regalis* titulum gessisse Gregorium; ejus munus fuisse videtur venientibus *Cuttnam* Regibus in *Domo Regia*, quæ *Hradek*, vel Castellum dicebatur, Missam legere; & ob id ab Aulicis, vel ab ipso Rege titulum illi *Præpositi* concessum; *libris* certè *Erectionum* fidem derogare unus ille scriptor non potuit. *

Erectio Capellaniæ, & Altaris S. Erasmi in *Ecclesia Parochiali* S. Joannis in *Boharin* à famoso Viro Henrico de Boharin, armigero Prag. Diœc. 8. sexag. groſſ. censûs confirmat Gurein 1412. 16. Julij. N. 4. Boharin.

Erectio Altaris in honorem *Visitationis S. MARIÆ in Capella S. Erhardi, & S. Ottiliæ in Eccles. Prag.* Recitantur literæ: Paulus in Genczenstein residens in Stara, Wenceslaus Radecz Custos, & Canonicus Præbendatus Eccleſ. Prag. Commissarij, sive Testamentarij Reverendissimi in Christo Patris, D. D. Joannis recolendæ memoriæ olim Archiepiscopi Prag. deinde Patriarchæ Alexandrini. Notum facimus, quòd nos ex commissione testamenti dicti Domini Patriarchæ comparavimus 10. sexag. groſſ. Monetæ Prag. in Nobili Domino Joanne *de Wlaſſim*, & in toto Dominio Castri Wlaſſim. Cæterùm honorabilis *D. Smilo* bonæ mem. Tumbarius, sive Sacristanus in Ecclesia Prag: pro præfato Altari, & ipsius Ministro 10. sexag. groſſ. cum media sexag. & 4. groſſ. censûs alios similiter comparavit in Villa *Chvvatlin*. (NB. recensentur onera Altaristæ) Juspatronatûs sibi, suisque successoribus, tam viris, quàm fœminis reservat Paulus de Jenczenstein Dominus. 1412. in Octava Visitationis B. MARIÆ. *Albicus* has 20. sexag. groſſ. census confirmat. 1412. 17. Julij. Eccl. Prag. Joann. Arch. de Genzenstein. de Wlaſſim. Tumbarius Eccl. Prag.

Decimæ *in Krzesticz* pro *perpetuo Vicario* D. Præpositi Litomericensis, & sex. 6. & plura alia. Veniens ad nostram præsentiam D. Jacobus *perpetuus Vicarius Præposituræ* Ecclesiæ S. Stephani in Litomerczicz quandam literam *D. Arnesti* &c. *Nos Arnestus DEI, Apostolicæ sedis gratiâ S. Prag. Ecclesiæ Archiepiscopus. Notum facimus*, &c. quòd honorabilis Vir D: Thamo Præpositus Ecclesiæ S. Stephani in Lithomerczicz ut ejus dispositionem de Vicario perpetuo &c. ratificare dignaremur, quod facimus N. 5. Krzesticz Vicarius Præpositi Litomericen.

cimus &c. 1347. 1. Octob. [Recitatur dispositio: *Ego Thamo Ulcio* quondam dicti *Prohut*, *Præpositus Eccles. S. Stephani in Litomerzicz* &c. ordinat, ut Stallo immediatè post Canonicos *Vicarius perpetuus* utatur, mensam habeat apud *Præpositum*, & 6. sex. quotannis, *Equus*, *&* *Servus* debent sibi servire. pro alijs necessitatibus 2. sexag. item plenas decimas in *Krzesticz* ex pisis, cannabi, milio, papavere, tritico, hordeo, siligine, avenâ &c. D. in *Litomerzicz*, A. 1347. 3. Julij. Relatum Anno 1412. ult: Augusti.

Thamo Præpositus.

N. 6. Geblovv.

Erectio Altaris SS. Patronorum, Viti, Wenceslai, S. Ludmillæ &c. in *Ecclesia Paroch. S. MARIÆ in Geblavv* à famoso Viro Wanicone de Jablonecz, & Margareta ejus consorte. dant curiam cum agris, vineis, aratura & unà cum censu 6. sex. &c. Iuspatronatûs ad ipsos, ijs mortuis pertinebit ad famosum Virum Jodocum *de Borovvsko* residentem *in Suticz*. 1412. 7. Aug. ibidem nominatur discretus, nec non laboriosus Vir Waniko *de Geblovv*, aliàs de Glovvecz.

Czabeliczky.

* De *Borovvsko*, vel *de Suticz Czabeliczky* Equites in Vetere Bohemia nominabantur. *

N. 7. Lampas in Genin.

Donatio 1. sexag. grosl. cum 6. censûs annui *pro lampade ante Evcharistiam*, quæ die, noctúque ardeat in Ecclesia *in Genin.* constituit famosus Vir Wlasko Armiger *de Kruh* in Mylonovvicz. 1413. 15. Novemb.

N. 8. Tria Altaria sub turri S. Viti.

Erectio trium Altarium diversorum Sanctorum *in Nova Capella Turris*, ubi *Campanæ in Ecclesia Prag.* debent locari per Illustrem D. *Jodocum* bonæ mem. dotata. D. Hertvvinus Plebanus Ecclesiæ in Wzdicz Prag. Diœces. *Serenissimi Regis Capellanus* proposuit &c. super dotatione trium Altarium &c. cum sigillo minori Vener. Virorum, Decani, & Capituli Eccles. Prag. Nos *Bohuslaus Decretorum Doctor* Decanus, Joannes Scholasticus &c. totúmque Capitulum, notum facimus: quòd *Illustris Princeps D. Jodocus Brandeburg: & Moraviæ*, fælicis memoriæ, inter alia sua legata mille marcas grossorum denariorum Prag. pro Marca 46. grossos computando in pecunia parata legavit, ùt ex ijs *tria Altaria* in Prag. Ecclesia fundarentur, quæ pecunia post mortem Marchionis ad nos devenit &c. nos census in villis Chachovv, Mokruss, Tymakovv comparavimus, & *tria Altaria* in Eccles. Prag. *in Nova Capella* sub turri in qua Campanæ debent locari, fundari, exstrui, ac consecrari procuravimus. *Primum Altare* prope columnam in honorem Assumtionis, & Annuntiationis S. MARIÆ; *secundum* in medio Ecclesiæ, seu *Capellæ* in honorem S. Spiritûs, SS. Angelorum, & Omnium SS. Apostolorum; *tertium* prope parietem in honorem SS. Patronorum Viti, Wenceslai, Adalberti, Sigismundi, Apollinaris, Procopij, Ægidij, S. Ludmillæ, Margaritæ, & Omnium SS. Martyrum, nec non SS. Doctorum, & pro quovis Altarista 11. sexag. groff. censûs deputavimus. Singulis hebdomadis à singulis 4. Missæ legentur, & *Anniversarium Marchionis* habebitur, qui Anno 1412. in festo S. Priscæ in nocte in *Castro Spylenberg* prope Brunam diem clausit extremum. *Juspatronatus ad Regem*, & ejus Successores pertinebit &c. *Datum Pragæ* in domo Sacristæ in nostro Capitulo generali celebrato 1412. feriâ 2. post festum S. Remigij. *Albicus* Archiepiscopus hæc omnia confirmat. 1412. 8. Octob.

Jodocus Marchio Morav.

Onera trium Altaristarum.

Mortis dies Jodoci.

* *Regia* prorsus *fundatio*, ex qua habemus annum, & diem obitûs *Jodoci Marchionis Moraviæ, Electi Romanorum Imperatoris*, de quo disputant scriptores. *

N. 9. Tachovv. de Trkovv.

Pro Altari S. Mariæ Magdalenæ *in Hospitali* sito in Suburbio civitatis *in Tachovia* erigendo 8. sex. groff. censûs donat famosus Vir Petrus *Trkovvecz de Trkovv* Armiger Pragensis Diœces. apud Nobilem Virum Wilhelmum *de Zvvierzeticz* de, & super bonis villæ de Horzovicz. confirmat W. Gurein. 1412. 17. Octob.

*No-

* Nobilis ille *Wilhelmus* Wartenbergicæ ſtirpis fuit, ejus ſcilicet, quæ *Zvvirzeticzky* dicebatur. * de Warten. berg.

Translatio censûs pro Altari SS. Petri, & Pauli in Capella contigua *Eccleſiæ S. Benedicti Pragæ* è Regione Chori Monaſterij S. Jacobi ex domo rubri Leonis, aliò, quia Nobilis D. Petrus dictus *Zmrzlik de Svvoyſſin*, Magiſter Monetæ hanc domum emens repræſentatis *120.* ſexag. domum à cenſu liberavit. Tandem hic cenſus depoſitus eſt apud famoſum Virum Petrum *de Zalezl* Armigerum. *1412.* 20. Decemb. N. 10. S. Benedictus Pragæ.

* *Zmrzlik de Svvoyſſin Magiſter Monetæ*, poſtea Achates Joannis *Ziſkæ*, fuit Eques, ſed ob officium *Nobilis Dominus* appellatur hoc loco. in ejus domo (quæ olim *Rotlevi* ditiſſimi hominis fuit) *Piccarditæ* conventus ſuos celebrabant gaudentes illius domûs libertate; quæ, an ſciente Domino, an ignorante, & bellis occupato fierent, non poſſum certò dicere; quamvìs hæc conventicula jam mortuo Domino celebrata videantur. * de Svvoyſſin

Famoſus armiger Dobeſſius *Kremiſs* reſidens ibidem in Krzemyſs promittit quotannis 30. groſſ. censûs Altariſtæ Omnium SS. *in Teplicz*, & poſt ejus mortem Religioſæ Virgini Sacriſtanæ Clauſtri *in Teplicz Ord. S. Benedicti*, quæ tum pro tempore erit. 1412. *25.* Octob. Anno 1413. 4. Maij, Altariſta totum jus tranſtulit in Religioſam Virginem Eliſabeth *de Chotieſſovv* profeſſam Monaſterij *in Teplicz.* N. 11. Krzemiſs. Cœn. Teplic.

Erectio Sacriſtiæ *Eccleſiæ Parochialis in Wilharticz.* olim Sacriſtia hæc regebatur per unum Presbyterum, habebátque ſuos agros, & redditus, jam illos omnes auget Joannes Senior *de Nova domo* hæres bonorum *in Wilharticz.* recenſentur omnes Sacriſtiæ proventus ſanè magni. *1412.* 2. Novemb. confirmat Hradecz. 2. Decembris. N. 12. Sacriſtia in Welharticz.

* Ex hoc loco evidenter apparet, *Welharticios Proceres* ejuſdem fuiſſe cum *Proceribus in Nova domo.* * Welharticij de Novadomo.

Pro *Eccleſia in Paſſczek* mola, & certæ decimæ dantur à famoſo Viro Buſskone *de Buzicz* ſtrenuo armigero per arbitratores ad eas dandas adjudicato. præſentes famoſi Przedecha in *Buzicz*, Wyſſinivv de Dvvorzeticz, Przibiko de Zaſſanicz, Joannes dictus Mirovvicz de Skvvorzeticz, Henricus *de Cladrubecz*, Ulricus, & Adamus de Czakomicz. *1412.* 8. Maij. O. 1. Paſczek de Buzicz.

* Compoſitio *Plebani in Paſſczek* ex una, & ſtrenui Militis D. Buſszonis *de Buzicz* ex parte altera. arbitri duo: Magiſter Sobeslaus Archidiaconus *Bechinenſis* in Eccleſia Prag. & Nobilis D. Joannes *de Rozenthal* 1412. 9. Octob. teſtes ſtrenui, ac famoſi armigeri Joannes dictus *Sſvvihovvecz*, Andreas de Telczovvicz, Alſſo de Przeɔudovv, Wienko de Blatenka. confirmata. 17. Decembris. O. 2. Paſczek. de Rozmital

* *De Buzicz* nota ſtirps, quam ob conjugia, & Bieſſinij, & Czeicæ inter Majores ſuos Genealogiæ causâ recenſere coguntur. Joannes *de Roſenthal Leonum* ſtirps, veteribus alioquin dictus *de Rozmital.* * de Buzicz.

Erectio Altaris S. Crucis *in Eccleſia Parochiali in Winſſelburg*, Prag. Diœceſ. à civibus, & tota communitate, pro 4. Miſſis in, & ante ortum ſolis, & 3. reliquas lectas. una quotidie per hebdomadem iuxta poſſe. augent fundationem 2. ſexag. groſſ. censûs 1412. confirm. *1413.* 9. Januarij. literæ Germanicæ. 8. ſexag. censûs in univerſum. O. 3. Winſſelburg

Joannes *Plebanus Eccleſiæ in Miroticz*, Decanus Boznenſis pro *Eccleſia in Miroticz*, quoddam molendinum in jus emphiteuticum elocavit, & confirmat Gurein. 1412. 17. Decemb. O. 4. 14. 13. Miroticz.

Donatio unius araturæ pro Altari S. MARIÆ, SS. Apoſtolorum, & S. Dorotheæ *in Eccleſia Parochiali in Beneſſovv* à Nobili D. Alberto *de Konopiſcz*, aliàs *de* O. 6. Beneſſovv.

*Stern-*

de Sternberg

*Sternberg.* hoc Altare ab ipso, & à Procopio Plebano Ecclesiæ Parochialis in *Grecz Reginæ* jam antè erat fundatum per 8. sexag. grosf. censûs, nunc dotat, & auget illud *Albertus*, 1413. 2. Martij.

*Pereuntibus Dominis *de Benessovv*, qui *Sagittam*, velut *Kravvarzy*, & *Mraczky* gestabant in Clypeo, successerunt, nî fallor, non diu pôst *Sternbergici*, & Benessovium tenuêre. *Procopius* ille *Plebanus* probabilissimè ortu *Sternbergius* fuit, quod illis sæculis novum non erat, ùt etiam ex *Procerum familijs Plebani* legerentur.*

O. 7. Antiqua fagus.

Pro *Ecclesia in antiquo fago* 1. sex. grosf. censûs cum 4. grosf. à famoso Viro Niczkone Bonissonis de antiqua fago. 1412. 3. Decemb.

O. 8. Cœn. in Strakonicz Melitens.

Donatio duarum sexag. censûs *pro Monasterio in Strakonicz* à famoso Hrzek Krlin de Zahradky, & conjuge ejus Elsica, & filia Virgine Elíska, & Domina Anna de Mazczicz relicta Wieczemili. Literæ Bohemicæ 1413. feriâ 2. in carnis privio. confirm. 20. Martij nominatur Nobilis, & Venerab. Dominus *Henricus de Novadomo Prior Generalis* per Bohem. &c. Ordinis S. Joannis Hierosolomytani. testis Stephanus de Czesticz, Petrus z Oynicz.

O. 9. Mssen. Chmelik.

Erectio Altaris B. MARIÆ Virginis, & SS. Apostolorum *in Ecclesia Parochiali S. Martini in Mssen.* à famoso Viro Jeśkone dicto *Chmelik de Ugezd* armigero Pragensis Diœces. 8. sexag. grosf. censûs licentia Wenceslai Regis 1405. 10. Octob. confirmatum 1413. 14. April.

O. 10. Bora:

Compositio Plebani *in Bora*, & *Abbatis Czedlicensis* occasione novæ piscinæ ab Abbate factæ, per quam agri Plebani mergebantur. nominantur Jacobus Abbas Sedlecensis, Paulus Prior, Petrus Subprior, Augustinus Rector Ecclesiæ in Malina, Martinus Cantor, Andreas Celerarius, Joannes Prædicator in porta, Nicolaus Magister Pistrinæ, Joannes Organista, Wenceslaus Custos, Stephanus Capellanus, totúsque Conventus Monasterij Czedlicensis. 1413. 24. Aprilis. confirmatur 3. Maij.

Religiosi Sedlecenses.

*Ex his sinè dubio aliqui post paucos annos ab hæreticis interemti illustrem coronam in cœlis meruerunt.*

O. 11. Hradisst.

Pro *Ecclesia in Hradisst* certi agri assignantur à famoso Viro Zasema Armigero de Hradisst in vicem decimarum in villa Nakle. *Hradisst* istud videtur esse non procul à *Borzislavv*, & *Costomlat* 1412. confirmatur. 1413. 4. Maij.

O. 12. Nepomucense Mon.

Pro *Monasterio Pomucensi* dimidia tertia sexag. censûs à famoso Viro Ulrico dicto Slepecz *de Ugezd*, & filio ejus Joanne. literæ Bohemicæ recitantur. 1413. tu Nedĕli po Swátosti. testes: Vrozený PP. Wilem *de Zvvierzeticz* residens in Horzovicz, Bavor *de Potenstein* residens in *Zinkovv*, Joannes de *Rozmital* residens in *Blatna*, Beneś *de Trzemssin* residens in Hozdien.

*De his omnibus illustrissimis familijs videatur nostra *Stemmatographia*.*

Vicarij S. Georgij in Castro Prag.

30. Grosf. censûs donantur *Vicarijs in Monasterio S. Georgij* à Thoma Vicario Ecclef. Prag. nominantur ibidem *Vicarij Ecclesiæ S. Georgij* in Castro Pragensi. 1413. 31. Maij.

P. 1. Sobieslavv.

*Capellania in Sobeslavv* pridem erecta à Marzkone honesto Viro *de Sobeslavia* fuit cum 7. sexag. grosf. censu in villa, munitione *Wal*, quam Hanussius dictus Schartz armiger tenet; pro cujus Capellaniæ augmento 20. sex. censûs assignat Petrus Lysek Presbyter cum calice argenteo, duobus Ornatis, missali, ampullis æreis, Tabulis duplicibus, & pallis. Capellania erecta est in honorem B. V. & omnium SS. *in Ecclef. Paroch. in Sobeslavv*. 1413. 14. April.

P. 2. Netolicz.

Concordia inter Plebanum *in Netolicz*, & Rel. Ven. *Adam* Abbatem, &

Con-

Conventum *Monasterij S. Coronæ* Ord. Cisterc. &c. translatio census ab Abbate aliò. 1413. 20. Junij.

Pro *Hospitali*, seu *Capellania in Zacż* 9. sexag. groß. census dantur. Concordia inter Capellanum, & cives. 1413. 26. Junij. Zateciuum.

Litera *Hospitalis S. MARIÆ Magdalenæ in Nova Plzna.* hoc fundavit Conradus de Dobrzano civis cum conjuge sua in præurbio civitatis, & *Ordini FF. S. MARIÆ de Domo Teutonica* contulit regendum, ut duo fratres ibi habitarent, nihil tamen de bonis Hospitalis, sive mobilibus, sive immobilibus in suos usus converterent. Ità testantur cives Plsnæ. 1322. in Assumtione B. M. V.

P. 3. Nova Plzna. Equites Teutonici ibid.

* Hoc illud est, quod nuper monui, *Crucigeros Teutonicos* multis in locis Parochias rexisse; inter eas fuit hæc *Novæ Plsnæ.* *

Permutatio agrorum *Ecclesiæ in Czachrovvicż* cum alijs melioribus Wenceslaus Gurein Canonicus Eccles. Prag. confirmat. 1413. 11. Aug:

P. 4. Czachrovvicz.

Compositio inter Plebanum *in Bossilecz*, & inter famosum Virum Petrum dictum *Lisska* Armigerum de decimis, cum consensu Nobilis Viri Domini Czenkonis *de Wessels* dicti *de Wartenberg* Gubernatoris Orphanorum, atque Dominij *de Rosenberg.* cujus literæ hîc recitantur. 1413. in vigil. S. Bartholomæi.

Bosilecz. de Wartenberg.

Erectio Capellaniæ Altaris B. M. Virginis *in Eccles. Parochiali in Malovvar* ab honesta D. Catharina relicta Mathiæ de Malovvar. 3. sexag. groß. census 1413. 13. Octob.

P. 5. Malovvar.

Incorporatio *Ecclesiarum Parochialium in Zdiar*, *& in Lauzancz* Olomuc. Diœces. *Monasterio in Zdiar* Ordinis Cisterciensis authoritate Apostolicâ *Joannis Papæ*, cujus literæ recitantur Pontificatûs Anno tertio. concedentis, ut incorporentur, quòd olim *cultus DEI* in dicto Monasterio, *& Hospitalitas* viguerit, & nunc *pauper sit Monasterium.* Commissarium constituit Conradum Archiep. Pragensem, qui eas Parochias unit Monasterio. literæ datæ Pragæ. 1413. 3. Nov.

Cœnob. Zdiar.

* Jam ecce *Conradus de Wechta* Archiepiscopatum Pragensem sibi comparaverat. *

Conradus Archiep.

Erectio Altaris SS. Nicolai, & Martini Confessorum *in Ecclesia Parochiali in Gicżin* à Nobili Domino Henrico *de Wartenberg* aliàs *de Waldstein* residente in Weiss. 11. sexag. census in villulis suis sub castro *Waldstein*, ac villa *Modlicże.* 1413. 9. Decembris.

P. 6. Giczin. Wartenberg de Waldstein

* Plusquam centum locis probari potest, *Waldsteinios* ab una origine cum *Wartembergijs* descendere, quod etiam *Crugerius* in suis *Sacris Pulveribus* indubitanter affirmat. *

Translatio censûs Altaris SS. Nicolai, & Petri Apostoli *in Ecclesia Paroch. in majore Slatina* à famoso Viro Nicolao de Brzezan dicti Altaris Patrono. 1413. feriâ 2. ante festum S. Luciæ.

P. 7. Slatina.

Erectio Capellaniæ Altaris S. Georgij *in Sacristia Ecclesiæ Parochialis in Niemczicż.* 6. sexag. groß. censûs cum 15. groß. qui dicitur *ferto*, à D.D. Nicolao, & *Joanne Hruza* fratribus germanis armigeris residentibus in *Wlhlavv* cum horto, & medio laneo. 1414. confirm: 1414. 25. Jan.

P. 8. Niemczicz 1414. Hruzæ Czeika.

* Notandum hoc loco *fertonem* appellari 15. groß. scilicet quartam partem *sexagenæ Pragensium grossorum.* Equites de *Uhlavv Czeikanæ* stirpis fuisse, pridem probare sum conatus. *

Erectio Altaris S. M. Virginis SS. Joannis Evangelistæ, Materni, Ægidij, Catharinæ, & Hedvvigis *in Ecclesia Parochiali in Glacz* à Vidua cive Glacensi Elisabeth. 4. sex. groß. census cum 8. groß. cum sigillo Illustris Principis, & D. D. *Joannis Ducis Ratiboriæ.* 1413. confirm. 13. Jan.

P. 9. Glacium. Joannes Dux Ratibor.

P. 10. Eccardi villa Ekersdorf. Erectio Altaris SS. Nicolai, Laurentij, & Omnium SS. *in Ecclesia Parochiali in Ekhardi villa* 6. Marcis gravibus Boëmicalis numeri, & pagamenti, ab honorab. Viro Nicolao Plebano de Ekhardi villa Decano Glacensi, & discreto Viro Henzlino Cliente de Ekhardi villa, & Wenceslao Judice de inferiore Stinavia. petunt *a Conrado Archiepiscopo* confirmationem 1414. 23. Martij. confirmat Gurein 1414. 11. Aprilis.

P. 11. Hroznietin, seu Lichtenstat. Abbas Teplensis. Erectio Altaris, seu *Capellaniæ perpetuæ, ac Missæ Maturæ in Ecclesia B. Virginis Parochiali in Hroznietin*, aliàs in *Lichtenstat* Prag. Diœces. 9. sex. groff. censûs cum libris, calicibus, & ornamentis de consensu Reverendissimi DD. *Bohussij* Abbatis Monasterij Teplensis temporalis Domini nostri gratiosi. onera Altaristæ. supplicant Fundatores cives, & jurati Oppidi *Hroznietin*, ut *Conradus* Archiepiscopus confirmet 1413. 8. Sept. quod facit Gurein. 1414. 19. April.

* Hucusque *Teplenses* retinuêre ditionem sibi *à Fundatore Beato Hroznata* relictam *Hroznietin*; de qua ditione multis egimus in *Syntagmate Guttensteiniano*, postea ad profanas manus devenit. *

P. 12. Luticz. Erectio Altaris Omnium SS. Virginum *in Ecclesia Parochiali in Luticz*. 8. sexag. censûs annui à D. Elizabeth *de Landstein* relicta olim Nobilis D. Borssonis *de Ryssmburg* Domina *in Luticz*, & Joanne dicto Borssone *de Ryzmburg* filio dicti D. Borssonis ibidem *in Luticz*. Literæ eorum 1414. 21. Jan. & postea 3. Martij confirmantur 1414. 27. Aprilis.

Risenberg. Ryzmburg. Rysmburg. * Sciendum est sæpissime hosce *Erectionum libros* errare *in Orthographia* nominum vicinorum; itaque in iisdem literis est scriptus *Borsso de Ryssmburg*, & filius ejus *Joannes de Ryzmberg*; quod omnino sustineri non potest, cùm alia familia fuerit (ut pridem dixi) *de Rysmburg* (Comitum de Ossek) alia *de Ryzmburg* (Sswihowwia) alia *de Rysmburg* Equestris Rassiniorum, omnes toto cœlo diversæ. *

Q. 1. Dohalicz. Erectio Altaris 10. millium Martyrum *in Ecclesia Parochiali in Dohalicz* 8. sex. groff. denariorum census à famoso Viro Jarkone *de Haliczek* Armigero Prag. Diœces. pro salute animæ suæ, ac fratris sui germani *Borzkonis* bonæ mem. ibidem *de Haliczek*. Si verò ob gverras Altaris Patronus non auderet accedere, tum in munitione celebrabit, & ibidem in prandio fovebitur, & nutrietur. 1414. 5. Junij.

Dohalsky. *. Facilè est conjicere, ad quos hæc fundatio *in Dohalicz* pertineat. *

Q. 2. Paka. de Lichtemburg. Erectio Capellaniæ perpetuæ *in Ecclesia Parochiali* S. MARIÆ Virginis *in Paka* à Nobili Viro D. Hinkone dicto Cruffina *de Lichtmburg* residente in Cumburg. Literæ Bohemicæ recitantur. Datum in Cumburg. 1414. die Lunæ ante Ascensionem. est Altare B. Virginis in ipsa Ecclesia B. Virginis. census 11. sexag. cum dimidio

Q. 3. groff. testes: Wenceslaus dictus Massovecz *de Hermanicz*. confirmatur à Wenceslao Gurein Scholastico Eccles. Prag. Vicario Archiepiscopi in spiritualibus 1414. 18. Junij.

Ples. * Proceres, & Domini *de Lichtmburg* ab eadem origine, & stipite communi cum *Bercis* descendunt. Eques *de Hermanicz* sinè dubio *Plessiorum* ex gente fuit. *

Q. 4. Clerici occisi pœna. Famosus Vir Humprechtus *de Zwolinawwes* ex pœnitentia eidem propter interemtionem bonæ memoriæ Nicolai Plebani ibidem in *Zwolinawwes*, authoritate Sedis Apostolicæ injunctâ 80. groff. censûs annui super bonis suis omnibus deputavit. Aniversaria 4. pro animabus Plebani, & aliorum amicorum, & pro *Humprechto*, Missa canetur, & duæ legentur, & tres pauperes in prandio nutrientur. 1413.

Sswab. 8. Septembris. Testes Stiborius de Baztinhoww dictus Sswab.

De-

Decem Marcæ *pro Altari SS. trium Regum in Glacz* à cive Glacensi, literæ hac de re civium Glacensium. 1414. 27. Augusti. Q. 5. Glacium.

Una sexag. groff. censûs donatur Ecclesiæ in *Zvviekovvecz* ab Andrea Cliente de Bielobotzicz residente in Chlum. 1413. 18. Junij.

Donatio duarum sexag. groff. censûs pro *Ecclesia in Nachod*; & una sexag. cum 9. grossis pro Altarista Altaris S. Nicolai, & S. Catharinæ *in Ecclesia in Trzebochovicz.* à Nobili D. Hincone *de Duba*, aliàs *de Trzebochovicz* suo, & Nobilis D. Henrici fratris sui nomine pro remedio, & salute Nobilis D. Theodrici *de Nachod*, suorúmque Progenitorum, ut duo Anniversaria celebrentur, unum in die obitûs *D. Theodrici*, qui cadit in crastino festi S. Bartholomæi &c. 1413. 19. Junij. Q. 6 Nachod Trzebechovvicz.

*Ex hac fundatione satis intelligitur *Dominos de Duba, de Nachod, de Trzebechovvicz* omnes ejusdem stirpis, id est, *Berkas*, & ab eadem origine descendisse.* Bercæ.

Una sexag. groff. censûs pro *Ecclesia Parochiali S. Joannis Baptistæ in Ugezd* Pragæ à strenuo milite Joanne *de Zrucz*, aliàs *de Popovvicz*. Anniversarium pro anima D. Catharinæ Uxoris Joannis antè dicti. 1413. 18. Junij. S. Joannis in Augezd.

1. Sexag. groff. censûs pro *Eccles. Paroch. in Bielicz*, à Przibikone Plebano ibidem apud famosum Virum Joannem dictum Brasscziczz de Bozegievvicz armigerum. 1413. 17. Julij. Q. 7. Bielicz.

Una sexag. Ecclesiæ *in Druzecz* ab Anna quadam. datum ùt suprà. Druzecz.

Pro *Ecclesia in Otreb.* famosus Vir Joannes armiger de Otreb, medium laneum agrorum nomine suo, & fratrum suorum Alssonis, & Hermanni deputat, ut Plebanus teneatur alere unum Presbyterum pro Vicario manuali. 1413. 19. Julij. Otreb Vicarius

Translatio censûs 1. sexag. groff. pro *Eccles. in Hostikovvicz* ex bonis strenui Militis Wenceslai *Hrach de Hrochovv* residentis in Wlczkovvicz ad bona honestæ Dominæ Bonussiæ Viduæ *de Wlczkovvicz* (1413. 23. Maij) quæ fuit Mater dicti Wenceslai. Q. 8. Hostikovvicz. Witanovvsky.

*Quæ fuerit hæc stirps *Equitum Hrochiorum*, non satis expedire possum; de *Wlczkovvicz* certum est, hodiéque *Witanovvskios* vocari. priores Harrachios fuisse probabile est.* Harrach.

Permutatio bonorum *pro Altari S. MARIÆ in Geblovv 1.* sexag. cum media censûs, mentio famosi Viri Wakonis de Zhorz armigeri. Item famosi Viri Bartholomæi dicti Tempin Patroni Ecclesiæ. confirm. à Wencesl. Gurein. 1413. 26. Sept. Eidem Altari promisit Joannes *de Wescze, dictus Mazanecz* 3. sexag. censûs, ut Plebanus teneatur alere unum Presbyterum manualem. de Wesce. In Geblovv Vicarius.

*Pro Monasterio FF. Prædicatorum in Nova Plsna 1.* sexag. censûs, quam dederat Monasterio famosus Vir Marquardus de Levvecz armiger pro anima Annæ Uxoris suæ, ea ab eodem Marquardo transfertur ad bona alia, recipientibus nomine dicti Monasterij Religiosis Viris F. *Petro Præposito Monasterij S. Laurentij, aliàs S. Annæ in Majori civ. Prag.* & Martino dicti Monasterij, & Ordinis professo. 1413. 28. Septembris. Q. 9. Novæ Plsnæ Prædicatores. Præpositus ad S. Annam Ord. Præd.

5. Sexag. groff. censûs dati pro Ecclesia *in Lub* pro *Vicario ibidem* tenendo à famosis Viris Wilhelmo nato *Ulrici in Lub* Armigero, & fratribus Wilhelmi. 1413. 19. Septemb. Lub Vicarius.

*De *Lub* ijdem sunt *Laubskij*, vel *Lubskij*, vel *Gezovvsky* &c. qui omnes sese *de Lub* indigitant.* Laubsky, Gezovvsky.

Donatio 1. sexag. censûs eidem *Ecclesiæ in Lub* à famoso Viro Wilhelmo ibidem *de Lub.* 1413. penult. Septemb. Ib. in Lub.

Q. 10. Radnicz. Pro *Ecclesia in Radnicz* donatur Hortus, & pratum à famoso Viro Mathia dicto Smrz de Radnicz pro anima sua, & Simonis fratris sui, ut habeantur duo Anniversaria anno & die ut supra.

Cœnob. in Orlik. Una sexag. censûs annui à famoso Viro Mathuss nato Joannis Beczvvar, residente in Sedlissczek Religiosis Viris *Priori, & Conventui Monasterij in Orlik* Ordinis SS. Martyrum de Pœnitentia. 1413. ultimâ Septembris.

* *Ordinis S. Cyriaci* aliquot in *Bohemia*, eáque opulentissima fuêre *Cœnobia*; quale illud fuit *Pragæ ad S. Crucem*, quod *Georgius Rex* spoliavit, ùt latè narrat in Annalibus suis *Hagecius.* *

Chlum. Venditio agrorum *Ecclesiæ in Chlum*, & censûs emtio à Plebano ejus Ecclesiæ in præsentia famosi Viri Joannis Ossussij in Knievvicz residentis dictæ Ecclesiæ Patroni. confirmatur factum à Wenceslao Gurein. 1413. 18. Martij.

Q. 11. Widhofticz. Pro *Ecclesia in Widhofticz* una, & media sexag: aliò translata, ità ut census sit 2. sexag. à Plebano ejus Ecclesiæ in Widhosticz, & Joanne filio ipsius. 1413. 2. Octobris.

Famosus Vir *de Chodzovv* armiger fatetur se debere in bonis suis Horzencych
Herka Abbatissa in Teinecz. 17. sexag. groff. censûs annui, & perpetui Religiosis domicellabus *Herczæ Abbatissæ* & Conventui Monasterij *in Tinecz* Ordinis S. Claræ, & signanter domicellæ *Elssca de Zyrotin* dicti Monasterij professæ justo emtionis titulo. approbat Wencesl. Gurein 1313. ultimâ septembris.

* Plurimæ sacræ & Deo dicatæ Virgines ex illustrissima Familia *Zerotiniana* in *Tinecensi* S. Claræ *Parthenone* vixisse leguntur, quod ex his *Erectinoum Libris* facilè intelligitur: causa fuit quòd cùm *Zerotinij Fundatores* hujus Parthenonis essent, *Nurus* in hoc Cœnobio educari vellent; quæ Virginali innocentiâ, cùm nihil quæ Mundi sunt, nossent, amore *cœlestis sponsi* captæ & irretitæ Vitam omnem suam, spes, honores, voluptates *DEO* donabant, divinis laudibus canendis occupatæ. *



# ERECTIONUM VOLUMEN DECIMUM.

A. 1. Bezdiedicz. PRo Ecclesia in *Bezdiedicz*. Translatio 1. sexag. censûs D. Marquardo Decano Podbrdensi Plebano in *Bezdiedicz*. confirmat Gurein. 1413. 17. Oct.

Slovvecz. Pro Ecclesia in *Slovvecz* 3. sexag. groff. censûs assignata à D. Jacobo Vicario Ecclesiæ in *Miestecz* pro Religioso Viro Fratre *Bohunkone* professo Monasterij Zderaziensis Plebano Ecclesiæ in *Slovvecz* in bonis famosi Viri Wlasczkonis *de Wodierad* Armigeri. 1413. 5. Nov.

Hrussovvsky * *Wodieradij* vetutissimæ stirpis *Equitum Hrussoviorum de Wodierad*, quorum postremus sub Cæsare *Rudolfo* decollatus est; *Hrussoviorum* militari virtuti debet *Bohemia*, quòd ultimi conatus Ethnicorum sub *Boleslao Pio* bello fracti sint, ùt in *Epitome* memoravi. *

A. 2. Melitenses Pragæ. Pro Monasterio *S. MARIÆ in pede Pontis Pragensis* Ordinis S. Joannis Hierosolym. 3. sex. groff. censûs annui, & iterum 7. sex. groff. censûs se debere fatetur famosus Vir Stacho *de Dubek* residens in Libomysl Armiger Prag. Diœces. quæ summa illi concessa est, & 7. Sexag. prædictæ sunt tantùm ad tempora vitæ *F. Jacobi* dicti Ordinis professi. 1413. 6. Julij.

Pro

Pro Altari S. Dorotheæ in Ecclesia *S. Petri in Porziecz* Prag. 4. sex. censûs renovantur à civibus 1413. 11. Decemb. S. Petri in Porziecz.

Nicolaus Abbas, Thomas Prior, Sigismundus Supprior, Tiburtius Cantor, Thomas Sacrista, Joannes Præpositus, totúsque Conventus Monasterij Strahoviensis fatentur se à famoso Viro Wenceslao dicto *Rus de Trzessovvicz*, & Margareta ejus Conjuge jam Vidua accepisse 10. sex. summæ, & singulis annis accipere 2. sexag. censûs, ùt pauperibus dent *togas griseas die Jovis Sancto*, & ut per totam Quadragesimam *tres pauperes alant*, item tria *Requiem* celebrent. 1413. die S. Damasi. Nomina FF. in Strahov. Strahoviensis Cœnobij Hospitale.

Concordia inter Plebanum in *Libczicz*, & inter Præpositum & Abbatissam Monasterij *Doxanensis 1410.* Nicolaus Præpositus, Anna Priorissa, Catharina Subpriorissa, Catharina Circatrix, Zophia Clavigera, Anna Custrix, Zophia Cantrix, Anna & Catharina Seniores, totúsque Conventus Sanctimonialium *Monasterij Doxanensis*, ratione decimarum. inscripta sunt in Erectionum Libros. 1413. 29. Novembris. A. 3. Libczicz. Doxanense Cœnobium.

Emtio 1. sex. grosl. censûs pro Ecclesia *S. MARIÆ in Lacu* Maj. civ. Prag. & pro anima D. Wenceslai *Zidek* olim Plebani ibidem; quam dedit honorabilis Vir *D. Slavata Plebanus* Ecclesiæ S. MARIÆ in Lacu testamentarius D. Wenceslai Zidek ex ejus dispositione, & positus est census apud famosum Petrum dictum Petruss Armigerum *de Missen*. 1413. 8. Decemb. A. 4. B. V. in Lacu Slavvata Plebanus.

Pro Capella S. Catharinæ *in Czastolovicz* 2. sex. cum 24 grosl. censûs à D. Elśka *de Kostelcze* apud rubrum montem, qui census eidem D. Elsscæ solvetur, quamdiu vixerit, postea dabitur Capellæ. Censum promittit se soluturum Burgravius *Czastolovicensis* Sczepa *de Scittar* dictus *de Hrussovva*, cùm egeret pecuniâ ad mittendum juniorem Dominum in Ungariam, jussu Regis Ungariæ, & fecit hæc debita; promittit & se soluturam *Illustris Principissa Anna de Osvvietina* in bonis suis A. 1360. inscriptum in Acta 1413. 12. Decemb. A. 5. Czastolovvicz.

* Non pauca in hisce literis sunt notanda. 1°. Sczepa seu Stephanum *de Scittar* Burgravium *Hrussoviæ gentis*, de qua paulo antè diximus, fuisse. 2°. *Rubrum montem*, in quo Arx Procerum *Nachodiorum* stetit, sitam fuisse ad *Kostelecium* super Aquilam flumen. 3°. Matrem junioris Domini *de Czastolovvicz* fuisse Principissam *de Ossvveczin ad Cracoviam*, quæ ex gente *Piastæa* orta fuit. quod postremum clarè apparebit in *Genealogia Ssvvihovvskiana*, quam pridem confecimus. * Notæ. Hrussovvsky Czervvena hora. de Osvvieczin.

Pro Altari S. Catharinæ in Ecclesia Parochiali in *Bidzovv* à Nobili D. Czenkone *de Wartenberg* aliàs *de Wessele* Tutore Orphanorum Domini *de Rozmberg*. 5. sexag. grosl. censûs cum 17. pullis circa Nativitatem Domini. 1413. 30. Dec. Bydzovv. de Wartenberg.

* Hic est ille *Czenko de Wartenberg*, de quo multa in bellis Hussiticis narrantur, fuitque Supremus Burgravius Pragensis. *

Altari S. MARIÆ, & SS. Petri & Pauli, & S. Wenceslai, & S. Catharinæ *in Ecclesia Pragensi* (cujus Altarista jam pridem habebat 11. sex. censûs) de novo donat honorabilis Vir *Georgius Syerka* Altarista prædicti Altaris, *Domum in Hradczano* sitam & turrim per ipsum reformatam, in qua olim habitabat Præco *Hradczanensis*, item domum suam cum hortis & vineis tam intra, quam extra muros per ipsum de novo plantatis, & 3. sex. censûs, 1409. confirm. 1413. 13. Dec. A. 6. Eccles. Prag.

Instrumenta Ecclesiæ *in Wrutek*, quòd teneantur dare pro *Vicario uno tenendo* præter Plebanum aliquot laneos Plebano, &c. 1412. 8. Aprilis. Testes hujus concordiæ sunt 1413. D. Petrus in Hotedecz Decanus Zacensis, &c. Wrutek. A. 7.

Pro Ecclesia Parochiali *in Czastolovvicz* ratione decimarum in Villa Libel, quæ transferuntur in Villam *Wodierad*, & 10. sex. censûs aliò quoque transferuntur à A. 8. Czastolovvicz.

de Cunſtat à Nobili & Strenuo Milite D. Joanne *de Cunſtat*, aliàs *de Czaſtolovvicz* 1413 10. Decembris. confirmat Gurein 1414. 9. Januarij.

* Jam hoc tempore *Czaſtolovicium* à Dominis *de Czaſtolovvicz* ad Dominos *de Cunſtat* tranſierat, ùt hinc apparet, unde ex ſolo ditionis nomine Genus, & familia non cognoſcitur, niſi aliunde, & ex aliquo appoſito nomine genus Domini cognoſcatur, ùt hîc factum videmus; Domini enim *de Cunſtat*, & Domini *de Czaſtolovvicz* diverſis ex familijs, & inter ſe omnino differentibus proceſſerunt. Vide *Stemmatographiam Bohemiæ*. *

A. 9. Stochovv. Pro Eccleſia *in Stochovv 1.* ſexag. groſſ. translatio. ex bonis Malvvicz famoſi Viri Czenkonis *de Malvvicz* Armigeri, ad bona Joannis de Lan Clientis 1414. 20. Januarij.

deMalvvicz * Malvvicz Equites pervetuſti prorſus ab Equitibus de Malovvicz diſtincti fuêre; hi *dimidium Equellum* gerebant, & gerunt; *Malvvicij* in bipartito Clypeo *Rotæ* quandam particulam, ex qua prodibant plumæ, à dextris; à ſiniſtris Clypei, quatuor lineas nigras; quatuor albas; & ſuper duplicem galeam, quæ ſinè coronis ſtabant, dextrâ parte rotam fractam cum alis, à ſiniſtra in alis eaſdem quatuor lineas geſtabant. *

Poſtupicz. Pro Eccleſia *in Poſtupicz 1.* ſexag. groſſ. censûs ad ſe recipit ſolvendam annuè famoſus Vir Wilhelmus dictus *Koſtka de Poſtupicz* Patronus Eccleſiæ ibidem 1414 26. Januarij.

* Nomen *Koſtkarum* cum execratione in hiſtoria *Bohemiæ* legendum eſt; ac licèt Poſtupicenſem Eccleſiam eorum Majores fundârint, quantulum eſt hoc Pietatis, ſi rapinas, ſacrilegia, & ſi quid his eſſe poteſt atrociùs, ab ijs perpetrata conferamus? Videatur Cœnobiorum, quam ſuo loco adferemus, hiſtoria: *Koſtkæ* inter primos manus Cœnobijs injecerunt, ſed hoc aliàs. Hujus Wilhelmi Filius, niſi fallor, *Albertus Koſtka* in amoribus *Georgij Regis* cùm eſſet, in Procerum Ordinem cooptatus eſt, cùm hoc tempore *inter Equites* hæc familia cenſeretur. *

A. 10. Cœnob. Strakonæ. Literæ Monaſterij *Strakonicenſis* ſuper dotatione *Miſſæ primæ*, ibidem tenendæ à D. Hrzekkolin z Zahradky & Uxore ejus Elſka & filia Elſka, & D. Domka Uxore quondam *Wicemilij*. ( NB. ſunt jam antè alibi recitatæ ) confirmantur. 1414. 23. Februarij.

Zatecium. Pro Altari & Capellania S. Wenceslai *in Eccleſia S. MARIÆ in Zacz* 6. ſex. censûs à civibus. 1414. 10. Januarij.

B. 1. Slobecz. Pro Eccleſia *in Slobecz* 1. ſex. groſſ. censûs à famoſo Viro Henrico *de Staravvoda* Armigero, in præſentia honor: & Religioſi Viri *D. Bohunconis* profeſſi Monaſterij *Zderaſienſis* Plebani Eccleſiæ Parochialis *in Slobecz*. 1414. 28. Febr.

Zderaz.

Curia civitas. Expoſitio unius Areæ per Plebanum *in Curia* ſub cenſu annuo 6. groſſ. ultimâ Februarij.

Trzebievvlicz. *Trzebievvlicz* 30. groſſ. censûs apud famoſum Virum Petrum Clientem *de Trzebievvlicz*, Anno ùt ſuprà.

B. 2. Luky. Duæ ſexag. groſſ. cum 20. groſſ. censûs pro Eccleſia in *Luky*, aliò transferuntur à famoſo Viro Levva *de Luky*. 1414. 16. Junij.

B. 3. Czaslavia. Translatio 4. ſex. censûs pro Eccleſia *in Czaſlavia* à civibus ad cives. Sunt ea de re quoque *Conradi* DEI gratiâ *Epiſcopi* Olomucenſis, Regni Bohemiæ *Subcamerarij*, literæ 1411. confirmantur poſtea 1414. 8. Martij.

* Vide hoc loco titulum *Conradi Weſtphali*; qui cùm eſſet *Epiſcopus Olomucenſis*, munus tamen *Subcamerarij* non omiſerit. avaritiâ, quæ in nummis nihil ſordidum æſtimat, obcæcatus. *

Una

Una sexagena censûs pro *lampade* in Ecclesia in *Miletin* à D. Joanne Capella- Miletin.
no Nobilis D. Hinkonis *de Lichtemburg* & de Crussina Rectore Capellaniæ in Ca- de Lichtemburg.
stro *Opoczen*. Repositus est census apud famosum Virum Joannem *de Dlauhodvvur*. Testes & Vades: Welyslaus *de Dlauhodvvur* residens in Ubidovvicz & Waniek de Niemczovvsy, 1413. Transijt hic census postea A. 1415. 6. Octob. ad D. Gutkam relictam D. Joannis Krussinæ, quam illa pro lampade deputavit.

Pro Ecclesia in Kovvan Decimæ. conventio cum Wenceslao & Bohussio fra- B. 4.
tribus *de Kovvan* residentibus in Friczstein famosis Viris Collatoribus Ecclesiæ præ- Kovvan.
dictæ 1410. 22. Sept.

* Aliquot, eæque liberales Missarum fundationes ab *Equitibus de Kovvan*, vel *Kovvanie* habemus, qui tres, vel *quatuor Lunas* in Clypeo gestabant; hoc adjicio, quia scio complures illustres Bohemorum familias non posse sinè his *Equitibus* suam *Genealogiam* ordinare. *

Pro Ecclesia *in Malegievvicz* una quarta Agrorum inscripta, Anno & die ùt Malegievvicz.
suprà.

Pro Capellania in Zebin ad Giczinium 1. sexag. censûs cum 32. groff. à famo- Zebin.
so Viro Sfichone *de Czerzovv*, quem censum confirmat Successor ejus Alsso *de Czerzovv*, Anno & die ùt suprà.

1. Sex. censûs pro Ecclesia *in Przibram* à famoso Viro Przechone *de Korotin* B. 5. Przibram.
Armigero, Anno & die ùt suprà.

* *Equites de Korotin* pervetusti, de quibus in Stemmatographia, cùm de fami- de Korotin.
lijs illustribus, quæ jam perierunt, agemus. *

Pro Virgine domicella *Nyeta de Praga* 1. sex. groff. censûs à Joanne de Horzan Armigero, Anno & die ùt suprà.

Una sex. groff. censûs, minus 4. groff. pro Ecclesia Paroch. in *Hoffczicz* à fa- Hoffczicz.
moso Viro Protivva *de Dedicz* Armigero, & fratre ejus germano pro Anniversario 1414. 20. April.

Translatio 4. sex: censûs pro Ecclesia *in Mieczin* à famoso Radslao de *Koczovv* B. 6. Mieczin.
in Mieczin residente ad hanc villam ex bonis in *Nedanicz*. 1414. 21. Aprilis.

* Ex hac illustri Equitum Prosapia fuit *Joannes Koczovvsky*, qui ad *Rabi* Ca- Koczovvsky.
strum *Zisscæ* obsidenti, alterum oculum sagittâ excussit, ùt vetus pictura in turri ejus arcis ostendit. *

Translatio censûs 5. sex. pro Ecclesia in *Rzebrzik* ex bonis Woyslai dicti Wlk Rzebrzik.
*de Mileticz* aliàs *de Rovvny*, per Petrum dictum Prasse *de Chrast*, aliàs *de Rzebrik* de- Wlk.
putatæ 1410. 4. Aprilis transferuntur ad villam Kyssicz 1414. 21. April.

Quarta pars agrorum donantur Ecclesiæ in *Psovv* ab Anka relicta Joannis de Psovv.
Francovvecz ibidem *de Psovv* Anno & die ùt suprà.

Media sex. groff. censûs pro Ecclesia in *Drahobudicz* à famoso Viro Alssone *de* Drahobudicz.
*Sedlczan* Armigero, pro anima sua & Proczkonis Patris, Petrusscæ Matris, Anno & die suprà.

Una sex. groff. censûs à famoso Viro *Petro de Sulevvicz* aliàs *de Wilemin* pro sua B. 7. Rtin.
& majorum salute pro Ecclesia *in Rtin*, anno & die ùt suprà.

* Nota *Kaplirziorum* Nomen *de Sulevvicz*, qui etiam *de Welemin* diceban- Kaplirz.
tur. *

Ecclesiæ *in Maleticz* Jacobus Patronus ejus Ecclesiæ, & D. Wenceslaus Ca- Maleticz.
nonicus Pragensis ejus frater 30. groff. censûs perpetui pro Anniversario. 1414. 18. Maij. donant.

Pro Ecclesia *in Lovvczicz* famosus Vir Sigismundus de Ssibovvicz (vel Ssiba- in Lovvczicz.
nicz

nicz) Armiger deputat 2. sex. censûs pro sacro Missæ qualibet feriâ. Vicario 40. gross. Clerico 20. groff. reliquum Plebano. 1414. 1. Junij.

Przedborzicz.
Una sex. groff. censûs pro Ecclesia in *Przedborzicz* à bon. mem. Maruska Wilhelmi de Przedborzicz Conjuge apud Giram *de Przedborzicz* Armigerum deposit. à famoso Viro Henrico de Pleczsko prædictæ Marusscæ. Anno & die ùt suprà.

B. 8. Cœn. in Miza.
Pro Monasterio *Fratrum Minorum in Miza*, Famosus Vir Henricus *de Lippe* Armiger Diœcef. Prag. vendidit honorabili Viro D. *Neustuponi Præposito Tinensi* Canonico Wissegradensi, duas sexagenas censûs, qui *Præpositus* easdem deputat pro refectione Quadragesimali tempore Fratrum Conventui *Monasterij in Miza* Ord. FF. Minorum, ut quothebdomadis *duas Missas* defunctorum legant pro Prædecessoribus D. Præpositi. Anno & die ùt suprà.

Plsna.
Donatio 1. sex. censûs pro Altari S. Catharinæ in *Antiqua Plzna* & altari 1 sex. pro Altari *S. Catharinæ* ac *S. Nicolai* in Eccl. Prag. ex testamento Blazkonis dicti

Eccles. Prag.
Malandrin Rectoris Altaris SS. 4. Doctorum *in Eccl: Prag.* in bonis famosi Viri Ulrici *de Letkovv* Armigeri. 1414. 4. Junij.

Problicz.
45. Groff. censûs annui pro Ecclesia *in Problicz* à famoso Viro Joanne *de Przinecz* Armigero. 1414. die ùt suprà.

B. 9. Wolina.
Venditio quorundam pratorum, & emtio silvæ & censûs 1. sex. apud famosum Virum Hrzekonem *de Turovv* Armigerum, pro Ecclesia *in Wolyna.* confirmatur res à Wenceslao Gurein Scholastico Eccl. Prag. & Reverendissimi *D. Conradi* Archiepiscopi Vicario. 1414. Sigilla famosorum Joannis de Brasselavv & Sulkoni *de Zalezl.*

B. 10. Teplicz. Kaplirz de Mierunicz.
Pro Altari S. Crucis in Monasterio *S. Joannis in Teplicz* 1. sex. cum media & 2. groff. censûs ab Altarista prædicti Altaris in bonis famosi Viri Erhardi *de Sulevvicz* Armigeri residentis in *Mierunicz*. Anno 1414. 9. Junij.

Canonici S. Georgij.
Pro Canonicis & Præbendatis *S. Georgij* in Castro Prag. Wenceslaus olim Canonicus ad S. Georgium deputat 2. sex. censûs 1414. 14. Julij.

G. 1. S. Nicolaus Pragæ.
Translatio censûs 2. sexag. pro Altari *S. Nicolai* Majoris civ. Prag. 1414. 7. Augusti.

S. Ægidius, de Janovvicz.
Literæ Apostolicæ pro Decanatu *S. Ægidij* in civit. Pragensi honorabilis Vir D. Herbordus *de Janovvicz* Decanus Ecclesiæ S. Ægidij accusatur à quodam Wenceslao de Polonia. Res Romam defertur agenda 1382. 16. Junij. quid factum nihil additur.

G. 2. Ctinavves. Melitenses Pragæ.
*Matura Missa* B. V. jam ante per 10. sex. censûs fundata (in villa *Cztinaves*) in honorem B. M. V. in pede pontis de novo (2. sex. groff.) censibus augetur à Venc. & Religioso Viro D. Jacobo Priore. in bonis famosi Viri Bohunkonis dicti Kladrduch *de Bezna*, sinè anno.

* *Kladrduch de Bezna*, agnomen hoc est Equitum *Bzenskiorum*. *

C. 3. Zabiehlicz.
Super decimis *in Zabiehlicz* & *in Malessicz* solvendis Plebano. Ab Henrico Pragens. & Olomuc. Ecclesiarum Canonico Officiali Curiæ Archiepiscopalis A. 1350. 29. Maij. de eadem re hæ secundæ, 1396. confirmatum 1414. 19. Augusti.

C. 4. Tumbarius Eccl. Prag.
Pro Tumbario *S. Wenceslai* in Eccles. 12. groff. censûs à quadam Anna Molitrice. confirmatum 1414. 10. Augusti.

Przibram. de Rozmital.
Compositio ciuium *in Przibram* ratione traditionis cujusdam Plebani ad potestatem Reverendissimi *D. Conradi* Archiepiscopi Prag. quod promittunt se facturos, cùmque potestati Archiepiscopi tradituros intra 14. dies. Anno, die ùt suprà. Nominantur hîc Honorab. Viri D. Stephanus *Decanus Ecclesiæ Omnium SS.* Jaxo dictus Sinoch Canonicus Prag. ac D. Wilhelmus de Rosenthal Canonicus Wissehrad: 1414. 23. Aug.

Qui-

Quitanciæ tres 1. Joannis de *Kralovvecz* Vice-Decani, Constantini *Præposi-i Mielnicensis*, Witkonis de *Czernczicz*, Wenceslai de *Radecz*, & totius Capituli Eccles. Prag. quòd 20. sex. groff. acceperint à famosis Petro de *Slaupna*, & Sdislao *e Krzivan* armigeris Prag. diœces. testamentarijs olim *D. Sdislai* Præpositi Omni-m SS. in Castro Prag. pro ejus (Sdislai) Anniversario celebrando quotannis pro e-mendis 2. sex. groff. censûs. 1414, 24. Aug. — Capitulares Eccles. Prag. — Præpositus Om. SS.

*2.* Quintancia per omnia similis: Nos Wytko de *Czernczicz* Decanus, Do-minicus Vice-Decanus, Hanko de Budvveis, Petrus Cremsirz, Martinus de Mi-a, Arnestus Joannes de Milessovv, totúmque *Capitulum Ecclesiæ S. Apollinaris in Pra-a* de 20. sex. acceptis pro Anniversario dicti *Sdislai:* Eodem die & anno. — Capitulares S. Apollinaris.

3. Stephani de *Stankovv* Decani, Przibislai de Jessenicz, Joannis de Hildes-en, *Andreæ de Broda, Christanni de Prachaticz, Simonis de Tissnov, Simonis de Rokyczao, & Antonij de Luna Canonicorum, totiúsque Collegij Ecclesiæ Omnium SS.* de 20. sex. acceptis 1414. 25. Aug. — C. 5. Canonici Eccl. Om. SS.

* Multa in his literis digna notatu invenies: in primis nomina *Prælatorum* diversarum trium Ecclesiarum, *Pragensis Metropolitanæ, S. Apollinaris, & Omnium Sanctorum*, quorum primi nobilissimo genere nati; de *Slaupna* Equites ijdem *Plessij, ordulæ, Sadovvsky*, &c. Wytko *de Czernczicz* in Procerum familâ natus, qui ijdem de *Kaczovva* dicebantur. In Collegio Ecclesiæ Omnium SS. plerique etiam scriptis editis clari, ùt *Andreas de Broda, Christannus* Illustris Mathemaricus, qui postea primus *Administrator Catholicorum sub utraque* (permissu *Basileensis Concilij*) fuit, uterque *Simon* scriptis notus, quorum lucubrationes in vetustis Bibliothecis legimus, & Nos in Viris Illustribus recitabimus. *

Concordia pro Ecclesia in *Obiedonicz* inter Plebanum & famosum Virum Bo-uslaum dictum Zaczek de Nechvvalicz armigerum. 1414. 4. Sept. — Obiedovvicz.

Duæ sex. censûs in *Raczinavves* à bon. mem. Sigismundo de *Ledecz* armigero ro *Monasterio S. Thomæ* Ord. FF. Eremitarum S. Augustini *in Minore Praga*, quod Testamentarij famosi Viri, *Joannes*, Senior, & *Rudivvoius* fratres Uterini de *Raczinavves* fatentur. 1415. 15. Sept. — Cœnob. S. Thomæ: de Raczinavves.

Domina Manye relicta Joannis de *Kalenicz* certum agrum donat Ecclesiæ in *Volenicz* 1414. 28. Sept. — C. 6. Wolenicz.

* Equitum de *Kalenicz* stirps hodiéq; in Bohemia reperitur. * — Kalenicz.

Venditio cujusdam domûs pro Altari *S. Michaëlis* in Ecclesia Parochiali in *Clatovia*, confirmatur 1414. 16. Octob. — Clatovia.

Literæ pro Civitate in *Nymburga* quaternæ recitantur. Eò res tota redit, quòd ... sex. perpetui censûs debeantur à civibus ibidem D. Jaxoni aliâs Jacobo de *Nymburga* Presbytero Prag. diœces. confirmat Gurein A. 1414. 3. Octob. — C. 7. Nimburg.

Translatio censûs pro Altari *S. Michaëlis in Clatovia*. 14. Oct. — C. 8. Clatovia.

Translatio 1. sex. groff. censûs pro *Ecclesia in Genyn* facti à Prædecessoribus Petri armigeri de *Geblan*, qui hunc censum ad alia bona transfert. 1414. 5. Oct. — C. 9. Genin.

Andreas Plebanus *Ecclesiæ Parochialis S. Pancratij* prope Wyssehradum agros & curias ad eandem Ecclesiam pertinentes sub annuo censu elocavit. confirmat hæc Gureim 1414. 2. Oct. — C. 10. S. Pancratius.

Una sex. censûs pro Ecclesia Parochiali *in Sacro Campo* à famoso Viro Havvlicone de Sichravv armigero, pro se, & anima Ulrici de *Dobrziss*. anno & die ùt suprà. — Sacer Campus.

* Probabile est, *Ulricum de Dobrziss, Kocianæ* (notæ apud nos stirpis) fuisse, quod ipsum agnomen de *Dobrziss* ostendit. * — Kocz.

Una sex. groff. censûs pro *Ecclesia in Mendico* pro lampade nutrienda, ab honesta Vidua dicta Dorothea Basseczka de Praga. 1414. 6. Oct. — Zebrak. Lampas.

D. 1. Miestecz. Vicarius. Zittavia.

Erectio Capellaniæ perpetuæ in *Ecclesia Parochiali S. Margaretæ* in civitate *Miestecz Reginæ* 8. sex. groff. censûs à civibus loci. 1414. 12. Octob.

Erectio Altaris in Ecclesia S. Crucis in præurbio civitatis *Zittaviensis* 12. sexag groff. censûs à quodam Bartholomæo cive Zittaviensi facta jam A. 1313. inscript in Libros Erectionum A. 1414. 17. Octob.

* Nemo miretur *Zittavienses* Erectiones & Capellanias in hisce *Erectionum Libris* reperiri; causa est, quòd *Zittavia inter Urbes Bohemiæ* eo tempore censeretur, ù jam monui multis in locis. *

D. 2. Laz. Lazansky. de Czesticz.

Erectio Capellaniæ in Ecclesia Parochiali S. MARIÆ in villa *Laz* Prag. dioc cef. à famoso Viro *Stephano de Czesticz* armigero Prag. diœcef. suo, & Wilhelmi, & Nicolai filiorum suorum nomine. Census est positus in villis eorum: villa Laz, & in Smeczna superiori, & in Smeczna inferiori. 1414. 22. Oct.

D. 3. Odranecz, seu Hradek.

Pro Ecclesia in *Odranecz* aliàs in *Hradek* census ex 14. sex. groff. datur à Nicolao Hukess *de Geblovv*, & Catharina relicta Ondraconis ibidem & à Zdenkone & Marquardo filijs Erhardi, ibidem *de Odranecz* 1414. 20. Oct.

Geblovvecz Czabeliczky

Translatio trium sex. censûs pro Altari SS. Patronorum in *Geblovvecz* ad bona famosi Viri Zdenkonis *de Suticz* tutoris Orphanorum Jodoci bon. mem. ibiden *de Suticz*. 1414. 9. Novembris. Erectum erat hoc Altare 1412. ultimâ Augusti Margareta relicta Wankonis dotatoris juspatronatûs transtulit in Orphanos Jodoci *de Suticz*.

* Totum hoc, quòd hîc legitur, ad *Czabeliczkios de Suticz* magni tum nominis Equites pertinet. *

D. 4. Skrzipel. Zakavvecz.

Pro Ecclesia in *Skrzipel* 4. sex. censûs à famosis Viris Joanne & Petro fratribus germanis filijs Wankonis *de Horek*, aliàs de *Skrzipel*, ex testamento Patris, assignatæ in bonis Brzezi & Skrzipl, de consensu famosi Viri Henrici Zakavecz de *Lazan* dicta bona in tabulis terræ habentis. 1414. 13. Nov.

* *Zakavecij* nota stirps Equitum, qui tum à bonis *de Lazan* cognominabantur. *

de Biezkovvicz. Cœnob. S. Caroli. Sskvvorzeczky.

Tres sex. censûs à Nobili Domina Anna relicta Sdenkonis *Bezkovvecz*, *de Biezkovvicz* in bonis fratris sui Wenceslai de *Sskvvorecz*, Monasterio *S. Caroli* Pragæ deputantur. 1414. 16. Nov.

* *Sskvvorzeczky* Illustri Procerum gente editi, ex qua nuper ortus erat Wolframus Archiepiscopus Pragensis, ijdem Biezkovecij appellabantur, ùt ex hoc loco patescit. *

Cœnob. in Bydzovv.

Pro *Monasterio FF. Minorum in Bidzovv* 1. sex. groff. censûs, à famoso Viro Nicolao dicto Kotlovvecz de *Menin* armigero, Promptuario Dominæ Reginæ Bohemiæ, anno & die ùt suprà.

D. 5. Starkocz. Missa Sabbatina.

Tredecim jugera donantur Ecclesiæ in *Starkocz* à famoso Viro Marssone de *Starkocz* Patrono Ecclesiæ ibidem, suo & fratris sui Thomæ, nomine, ut canatur Missa quolibet Sabbato de B. V. 1414. 20. Dec.

S. Leonardus

Septem sex. groff. censûs pro *Ecclesia S. Leonardi* in antiqua civit. Prag. à cive Vidua pro animabus, &c. anno & die ùt suprà.

D. 6. Wrapicz. Slapanovv.

Pro Ecclesia in *Wrapicz* promittuntur plenæ decimæ à famoso Viro Wenceslao Nicolai de *Wrapicz* residente, & ejus Matre Magdalena. 1414. 16. Dec.

80. Groff. censûs perpetui pro Ecclesia in in *Slapanovv* donant quidam incolæ ejus loci de consensu Jodoci de *Hlohovv* Clientis Domini sui. Item alij 20. groff. censûs ab ijsdem, anno & die ùt suprà.

In Kluczenicz Vicarius

Famosus Vir Wilhelmus dictus *Reyman de Erlebach* residens in Waltierzovv, pro anima sua & *Offeæ* Conjugis 5. sex. groff. deputat pro Ecclesia in *Kluczenicz*, pro *Capellano*, seu *Vicario* perpetuo ibi alendo 1415. 28. Jan.

Pro

Pro Ecclesia *in Hrussovvan* 1. sex. groff. super molam *in Wodierad* donat D. Anna Uxor Heyssonis *de Kozel.* 1415. 8. Feb. D. 7. Hrussovvan.

Confirmantur duæ sex. census donati *Monasterio Strakonicensi* Ordinis S. Joannis Hierosolymitani à famoso Viro Hrzkone Krlin *de Zahradky* &c. NB. jam res hæc fuit antè descripta 1414. in Vigilia SS. Simonis & Judæ. Cœnob. Strakonicense.

Translatio unius sex. censûs pro Altari Corporis Christi, *in Nova Colonia* à civibus 1415. 25. Feb. D. 8. Colin.

Pro Ecclesia in *Chorzovv* 2. sex. groff. pridem per *Benessium de Tupadl* in villa Trzebonin assignatæ, aliò transferuntur, & ex alijs augentur, ut sint 10. sex. cum 16. groff. Ob quas tenebitur Plebanus alere unum Presbyterum pro Vicario Manuali. 1415. 24. Febr. Chorzovv. Przichovvsky.

Erectio Altaris Omnium SS. *in Ecclesia S. MARIÆ ante Lætam Curiam* 8. sex. groff. quæ antè non erat inscripta, censusque ille transfertur ad Nobilem Hanussium Jespor *de Wrapicz.* 1415. 5. Martij. Nominantur hìc Albertus *de Coldicz* missus ad Tabulas, & D. Sezema *de Horzessovvicz* Vice-judex Curiæ Regalis. D. 9. Pragæ Tein.

Famosus Vir *Cuusso de Pavvlovvicz* Armiger fatetur, se debere 1. sex. groff. census Venerabilibus & Religiosis Domicellabus Abbatissæ & *Conventui Monasterij S. Francisci in Praga* Ord. S. Claræ, & specialiter Domicellæ *Elssca de Lipna* dicti Monasterij Professæ, promittens quotannis solvere apud Sacristanum Monasterii FF. *Minorum in Benessovv.* Census hic est pro lampade in Monasterio S. Francisci ante Venerabile Sacramentum alenda. 1415. 19. Mart. D. 10. Monaster. S. Francisci Prag. de Lipna.

Pro S. Catharinæ, & Luciæ Altari *in Ecclesia Prag.* 6. sex. census Cameralis à Nobili Viro D. *Nicolao de Okorz*, qui aliàs 70. sex. groff. census pro personis Ecclesiasticis & in pios usus deputavit. Regulæ Altaristæ in Anniversarijs recitari debent. 1415. 5. Mart. E. 1. Eccl. Prag. de Okorz.

* *D. Nicolaus de Okorz* Vir *Nobilis* appellatur, non ob stirpem, sed quòd officium Terræ gereret: nam Protonotarius Tabularum fuit. Vide Catalogum officiorum Regni à nobis concinnatum, & Tomo sequenti R. 10. *

Erectio Altaris S. MARIÆ V. S. Joannis Evangelistæ, & S. Joannis Baptistæ *in Ecclesia Pragensi* sub Turri à Nobilibus Viris DD. Ulrico & Wilhelmo Fratribus *de Hazemburg* Baronibus Regni Bohemiæ; Sub nova Turri prope Tumbam *D. Sbinkonis* olim Archiepiscopi. recitantur literæ *Ulrici* fratris germani Sbinconis. 14. sexag. groff. census, ut legantur 5. *Missæ* in hebdomade: una pro anima *D. Sbinkonis*, alia pro anima *D. Wenceslai Archidiaconi Bechinensis*, & tres aliæ de tempore. Id confirm. Wilhelmus Frater Ulrici 1415. Sabbato ante Dominicam Palmarum. *Conradus* Archiepiscopus recitat & omnia approbat 1415. 24. Mart. Eccl. Prag. de Hasenburg. Sbinconis Archiepiscopi Sacellum.

* Jam antè in hac eadem Capella sub turri fundaverat aliquot Missas Jodocus Marchio Moraviæ, ut suprà retulimus. *

Donatio 6. sex. pro *tenendo Vicario perpetuo* in Ecclesia Parochiali in *Krzistin*, à famoso Viro Jenczkone Armigero *de Czachrovva*, pro anima sua, & progenitorum, & signanter pro anima bonæ memoriæ Nicolai de Bukovvnik Armigeri, ex cujus testamento & fidei commisso hæc fiunt. 1415. 8. April: E. 2. Kristin. Vicarius de Czachrovva.

Permutatio Agrorum & censuum pro Ecclesijs *in Chlistovv*, & *in Krzistin*. 1415. 8. April. E. 3. Chlistovv.

Pro *Monasterio in Gablona* D. Joanni Priori, Stephano Subpriori, & Conventui FF. *Prædicatorum in Gablona* 13. sex. census donantur à Nobili D. Henrico dicto *Berka* juniore de Huska 1415. 12. April. Cœnob. Jablonnense Ord. Præd.

* *Gablona* ab immemorabili tempore semper manet in ditione *Berkarum*, jacetque in ejus loci Ecclesia *B. ZDISLAWA* stemmate *Berkiana.* * Berka.

Piczin. E. 4. Melitenſes in Piczin.

Pro Eccleſia *in Pieczina* 1. ſex. cenſûs à famoſo Viro Ulrico Drzaſlovvicz *de Hluboſſe* Armigero, pro anima ſua, & Sbraſlai bonæ memoriæ Clientis ibidem de Hluboſſe, & Uxoris ejus Drſſczæ. Et alia 3. ſex. eidem Eccleſiæ à bonæ mem. Hoſſkone *de Kotenczicz* proponente famoſo Viro Petro *de Suchdol*, reſidente *in Oborziſſcz.* Anno & die ùt ſuprà.

* Plebanus *in Pieczin* Honorab. & Religioſ. Vir Nicolaus profeſſus Ord. S. Joannis Hieroſolym. Pieczin Arx, ad quam Plebani ex Ordine *S. Joannis Hieroſolymitani petebantur.* *

Cœnob. S. Franciſci. de Lipna.

Famoſus Vir Joannes *de Zher*, dictus Zherka Armiger fatetur ſe debere 1. ſex. cenſûs Conventui *Monialium S. Franciſci in Praga* Ordinis S. Claræ, & ſpecialiter domicellæ Elſſcæ *de Lipna* profeſſæ, Anno & die ùt ſuprà.

Sacer Campus. Czeika deChraſt.

3. Sex. cenſus pro Eccleſia *in Sacro Campo* ex teſtamento bonæ memoriæ Hanuſskonis *de Marſſovvicz* deputant 3. teſtamentarij famoſi Viri: Petrus *de Chraſt*, dictus Praſſe, Przecho *de Olbramovicz*, & Wilhelmus *de Zahradka*, Armigeri, ut quolibet die Sabbathi canatur Miſſa de B. V. Anno & die ùt ſuprà.

E. 5. Planæ Capellanus.

Translatio 8. ſex. cenſûs cum 18. groſſ. pro *Capellania in Plana*, à Nobili & ſtrenuo Milite D. Henrico *de Elſterberg* Patrono ſeu Collatore & dotatore Capellaniæ in Eccleſia *Parochiali Planæ.* 1415. die ùt ſuprà.

de Seberg.

* Domini *de Seberg* (quantum ex alijs quibuſdam memorijs conjicere poſſum) ijdem *de Elſterberg* dicebantur, qui *Planam* multis ſæculis ante *Sſlickios* tenuerunt. *

E. 6. Bigedl.

Una ſexag. groſſ. cenſûs pro Eccleſia *in Bigedl* à Vidua quadam, ſinè anno & die.

Cœnob. Præd. Reginohradecij. Przepiczky.

Famoſus Vir Joannes *de Przepich* reſidens *in Wyznavv* 1. ſex. cenſûs donat Religioſis Viris Priori & Conventui Monaſterij *S. MARIÆ in Grecz Reginæ* Ordin. FF. Prædicatorum. Anno & die ùt ſuprà.

Kidlin. Sſvvihovvſky.

Translatio 9. ſex. cum media pro AltariS. MARIÆ *in Eccleſia Parochiali in Kydlin*, ex villa *Mieczin* ad Oppidum *Sſvvihovv*, à Nobili D. Wilhelmo *de Rizemberg* reſidente in *Sſvvihovv.* 1415. 13. April.

E. 7. Kralovvicz.

Juſpatronatûs *in Kralovvicz.* 1. Literæ: Nos *Drſlaus* DEI, & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Præpoſitus, PrzedboriusScholaſticus Eccleſiæ Pragenſis, & Henricus Præpoſitus Mielnicenſis Eccleſiarum, Adminiſtratores Epiſcopatûs Pragenſis, authoritate Sedis Apoſtolicæ, ac Capituli dictæ Eccleſiæ Prag. quòd nos ad præſentationem Honor. Viri *D. Joannis* Abbatis, totiúſque Conventûs *Monaſterij in Plaſs* Ordinis Ciſtercienſium, ad Eccleſiam *in Kralovvicz*, in qua ipſe D. Abbas jus obtinet patronatûs, Rectorem inſtituimus Henricum, &c. 1329. 5. Febr. 2. Literæ: Nos F. *Joannes* Abbas, totúſque Conventus, &c. 1307. dant Privilegium, ut *Plebanus in Kralovvicz* habeat poteſtatem judicandi in Oppido &c. Eas refert Gurein 1415. 15. April.

Adminiſtratores. Cœnob. Plaſſenſe. Plebanus Judex in Kralovvicz.

Czernin.

* *Drſlaus*, qui hîc nominatur, *Czerniniâ* gente editus fuit, de quo multa in ſuo *Phoſphoro* habet *Peſſina* Eccleſiæ Pragenſis Decanus. *

Cœnob. S. Franciſci.

Famoſus Vir Chvvalo *de Chrzeſticz* armiger fatetur ſe debere Monaſterio *S. Franciſci in Praga* Ord. S. Claræ, & ſpecialiter *Domicellæ Benignæ* profeſſæ, 1. ſex. groſſ. ex ſumma accepta 10. ſex. groſſ. cenſûs.

E. 8. Welenicz. Bubna ſeu Stoklaſa.

Erectio Altaris Corporis Chriſti in Eccleſia Parochiali *in Welenicz* à famoſis Viris Drzkrai dicto *Stoklaſſa*, Wenceslao dicto *Warleich*, & Raczkone Milite *de Buben* fratribus germanis 6. ſex. groſſ. cenſûs pro 4. Miſſis qualibet ſeptimanâ legendis 1415. 26. April.

* Ex

* Ex hoc loco apparet *Stoklassam* Equitem ( cujus multæ in his Erectionum libris fundationes leguntur ) fuisse ortum ex Illustri *Bubnarum gente*; iidem *Warlichij* dicebantur. *

Erectio Capellaniæ in Ecclesia Parochiali *in Ledecz* à Nicolao & Nicolao fratribus de Ledecz 9. sex. grosſ. den. censûs, minùs 4. grosſ. ut Plebanus quatuor & Capellanus duas Missas in septimana cantent *in aurora de B. V.* Et semel in anno tractent 12. pauperes. 26. April. 1415. E. 9. Ledecz. Matura.

4. Sex. censûs pro Ecclesia *in Slaps* ab honesta Matrona Dobra relicta Martini Militis *de Trnovva* in Korkin. 1414. 15. April. Slaps.

* De Trnovva Equites, postea Korkinie appellati. *

Recitantur literæ *Monasterij Brzeunoviensis*, Divissij Abbatis, Wilhelmi Prioris, Hermanni Subprioris, Joannis Sacristani, totiúsque Conventûs Brzeunoviensis, quòd Honorabilis Vir *D. Adalbertus de Ericino* Magister in Sacra Theologia in Artibus Parisius formatus, *Scholasticus*, & *Canonicus S. Prag.* Ecclesiæ Præbendatus, donatione inter vivos, donârit dicto Monasterio suos omnes libros, pro qua gratia promittunt ei Anniversarium, quo obibit, & 13. Scholares eo die alendos in prandio, &c. 1388. 4. Martij. Recitantur 1415. 5. Maij E. 10. Cœnob. in Przevvniovv. Parisius pro Parisijs scribebant Veteres.

* *Adalbertus de Ericino* magna in opinione doctrinæ eâ ætate fuit, extant in Manuscriptis Codicibus varij ejus tractatus; de eo plura, cùm *de Viris doctis Bohemiæ* agemus. * Adalb. de Ericino Vir doctus.

Pro Ecclesia in *Kostelecz* prope Radnicz census ex 9. sex. grosſ. à quodam Clerico 1415. 18. Maij. Kostelecz.

Erectio *Capellaniæ Fraternitatis* in honorem Corporis D. N. Jesu Christi, & B. M. Virginis in Ecclesia *Parochiali S. MARIÆ in Civitate Pontensi* 13. & dimidia sexag. censuum à civibus Pontensibus, cum speciali consensu Venerabilis & Religiosorum Virorum *DD. Bernardi Præpositi Monasterij Sderasiensis* in Praga Ord. S. Sepulchri Dominici, Patroni, & Nicolai Plebani ejusdem Ecclesiæ S. MARIÆ, 4. Clerici & Cantores ad Missas decantandas deputandi. Recensentur Officia *Capellani, & Clericorum*, &c. 1415. 5. Maij. Dicitur hîc: *Ad Ven. Præpositum Zderas: in Praga, & ad ipsius Monasterium dicta Ecclesia in Ponte pleno jure spectare dignoscitur.* F. 1. Brixiæ Confraternitas Decanus & 4. Clerici. Zderaz.

* Videat Lector, verum esse, quod nuper dixi, *Crucigeros* plurimarum Ecclesiarum per Bohemiam *Patronos & Collatores* fuisse, ut *Ponte*, *Novadomo*, *Plsna*, &c. *

Permutatio agrorum Ecclesiæ *in Rzevvnicz* cum agris Nobilis D. Wilhelmi de Zwierzeticz, 1415. ùt suprà. F. 2. Rzevvnicz. Wartenberg

Pro Ecclesia *in Dubenecz* 6. sex. censûs; res est deposita apud famosum Virum Wenceslaum *de Libczan* Armigerum; arbitri: famosi Viri Liczko *de Hradek* in Bor, & Joannes Uslak *de Hradek* prope Grecz Clientes. 1415. 24. Maij. Dubenecz.

2. Sex. censûs pro Ecclesia in *Rakovvnik* pro Capellano seu Vicario perpetuò tenendo ab Honesta D. Anna cive ibidem. 1415. 12. April. F. 3. Rakovvnik.

2. Sex. grosſ. censûs pro Ecclesia *S. Apollinaris in Tyn*, ab honesta D. Sdenka relicta Mathæi *de Metelsko* residentis in Tyn, apud famosum Wenceslaum dictum Sroth de Metelsko residentem in *Bliczíovv*, pro animabus Przibikonis Patris, Milosſiæ Matris dicti Wenceslai. 1415. 15. April: Tinhorſſovie

Hinko *Berka* dictus de Duba Dominus *in Hoenstein*, & *in Lipa*, donat quandam aream *in Lipa* pro exstruenda domo pro Altarista S. Annæ 1398. 11. Novemb. Has literas recitat & confirmat ( *Patrui sui charissimi* ) Hinko Berka de Duba Dominus in Lipa, Advocatus tum temporis Budissinen. Görlicens. Zittavien. & Lusatiæ, 1415. feriâ 3. ante Ambrosij. F. 4. Lippa. Berka.

Advocati Lusatiæ.

* Vocem Teutonicam *Vogt*, reddere voluit Latinè Scriptor, fecítque *Advocatum*. Porrò ex Bohemiæ Nobilitate eo tempore à Regibus constituebantur *Lusatiæ Advocati seu Præfecti.* *

F. 5. Bor. de Sſvvamberg.

Duæ Literæ, una Altare Corporis Christi, & altera Capellaniam *in Bor* concernentes super censu 8. sex. grosf. census. Primæ: Bohuslai & Hinkonis dicti Crusina, Fratrum *de Sſvvamberg*, assignantium 3. sex. census pro Altarista Corporis Christi in Ecclesia S. Nicolai in Bor, *1415.* die Pentecostes, bohemicè. Alteræ Literæ de 5. sex. eorundem fratrum, qui transferunt ad alia bona prædictum censum *1415.* Gurein omnia confirmat eodem anno.

* Hic est ille infelix *Bohuslaus Sſvvamberg*, qui primùm adversus hæreticos generosè bellavit, *Plsnámque Ziſſcæ* eripuit; at dein in arce sua obsessus, & captus (ut in historia narravi) vitæ amore, datâ semel latronibus Taboriticis fide, eorum *Dux* factus in obsidione Civitatis Austriæ, *Recz* nomine, sagittâ ictus occubuit. *

F. 6. Canonici S. Georgij. Colman Martyr. Zdiarsky.

Obligatio famosi Viri Mathiæ dicti Brus *de Kovvarzovv*, armigeri Pragen. Diœces. super bona sua super censu 3. sex. pro *Canonicis Ecclesiæ S. Georgij in Castro Pragensi*, qui ei summam 30. sex. dederunt, de consensu honorab. & famosorum Virorum D. Nicolai Udalrici Prag. & Wissehrad. Canonici, Henrici dicti *Colman de Krzikavva*, residentis in Oborzisst, & Otticonis dicti *Radpil de Zdiar*, qui villam Kovvarzovv in Tabulis habent inscriptam, *1415.* 3. Junij.

Vide L. 4. Miscell.

* Henricus *Colman de Krzikavva* is est, qui postea abhæreticis dum Catholicæ fidei nuncium remittere nollet, crudelissimè cæsus est annis posthinc sex aut septem, *in Oborzist* Castro suo. *

Mlazovvicz

Pro Ecclesia *in Mlazovicz 1.* sex. census cum fluvio seu rivulo, & obstaculo, ab honesta D. Catharina relicta Wsleslai dicti Chod de *Mlazovicz*, pro anima ejus, & Joannis Filij ejusdem dedit, *1415. 11.* Junij.

F. 7. Reformatio FF. de Pœnitentia.

Literæ tres subscriptæ pro reformatione status, & *Ordinis de Pœnitentia BB. MM. sub Regula S. Augustini*, per Sedem Apostolicam, Sacrosanctam Synodum Constanti: & Reg. Ungar. concessæ. Primæ *Joannis* Papæ 23. inscriptæ Archiepiscopis Pragensi, & Magdeburgensi, ac Litomislensi & Cracoviensi Episcopis, ad petitionem dilecti Filij *Laurentij Blaxij* Canonici Monasterij S. Crucis Prag. Ord. FF. de Pœnitentia *BB. MM. Quòd nonnulli Canonici laxatis habenis vitam inhonestam ducant, contra instituta sua vagentur, & mendicent, negotia sæcularia tractent, &c.* Præcipit Papa, ut Episcopi eos reforment. Constantiæ *14.* Cal. Martij. *Secundæ* sunt Concilij ad eosdem Episcopos, ut Ordinem hunc reforment. Const: 1415. 23. Maij. *Tertiæ* Sigismundi ad eosdem, ut evagantes eos per antra deserta ad Monasteria reducant. *1415. 18.* Maij. inscripta *1415. 14.* Junij.

F. 8. Przedhradi Pragæ.

Duæ sexagenæ censûs pro Hospitali *in Przedhradie* à Benessio Sacristano Wissehrad. apud famosum Virum Vincentium seu Wycz de Colonia armigerum Prag. Diœces. ultimâ Sept.

in Hrusticz. de Waldstein seu de Rothstein.

Trium sex. census cum 22. grosf. & decimarum Ecclesiæ *in Hrusſtiz*, à Nobili Domina Zophia relicta bon. mem. *Joannis de Waldſſtein*, aliàs *de Rothstein*, Domina & hæres dicti Castri Rothstein. *1415. 1.* Julij.

* Hinc conjicimus *Proceres de Rotſtein* à Castro sic dictos, origine suâ *Waldsteinios* fuisse; de quo ab aliquibus antea dubitatum. *

F. 9. S. Ægidius.

Erectio Altaris S. Catharinæ V. *in Sacristia Ecclesiæ S. Ægidij* majoris civ. Prag. à cive Agnete Vidua 6. sex. grosf. censûs 26. Junij.

F. 10. Teutonici Commotoviæ. Marura.

8. Sex. grosf. censûs pro *Ecclesia in Chomutovv*, à civibus, & communitate ibidem. Literæ *Wenceslai* Regis (pro Capella ibidem Commotovij S. Catharinæ) obligatur quo-

quotidie manè *Sacrum de B. V.* celebrare per unum singularem Altaristam. Litteræ latæ *1414*.

Alteræ Literæ sunt Nobilis & Religiosi Viri *D. Alberti de Duba* Provincialis Commendatoris in Bohem. & Moravia *Ord. de domo Teutonica S. MARIÆ*. Ut pro ea fundatione Plebanus alat Capellanum. Confirmantur omnia. Datum in Commotovv. *1415*. die S. Viti. Subscripti F. Michaël Plebanus *in Commotovv*, F. Wenceslaus *de Tachovia*. Berka.

* Ex hoc datur intelligi, Teutonicum Ordinem hoc anno 1415. nondum fuisse *ex Bohemia* exactum, cùm & *Commotovium* adhuc ditione tenuerit, & Provincialis Commendator *Albertus* Berkianæ stirpis omnes has civium fundationes confirmârit, atque ipse Plebanus *Commotoviensis* ex illo Teutonicorum Ordine fuerit. *

Pro Domino Archidiacono *Tinhorssoviensi*, Ven. Magistro Nicolao Czeislmeister Decretorum Doctore Archidiacono Horssoviensi in Ecclesia Prag. & ejus Successoribus 9. sexag. grosl. cum 24. grosl. census ab Oppidanis Tinhorss. in villa Wranovv, judicante id famoso Viro Joanne *de Sobieticz* Burgravio Castri in Tinhorssovv, & *Subcamerario Archiepiscopi Pragensis*. 1415. 12. Junij. G. 1. Tinhorssovia. Sobieticzky.

* Apparet varia & multa Officia eo sæculo gessisse *Equites Bohemos* apud Archiepiscopum; hic qui nominatur *Joannes Sobieticzky*, *& Burgravius Tinhorssoviensis*, *& Subcamerarius* Archiepiscopatûs Pragensis fuit. *

Erectio Capellæ Corporis Christi prope Oppidum *Rzeczicz* 6. sex. grosl. & 20. grosl. censûs ab Oppidanis *in Rzeczicz*, pluresque alij census enumerantur, & 3. Missæ qualibet hebdomade. 4. Sept. G. 2 Rzeczicz.

Erectio Altaris Corporis Christi, & Assumptionis S. MARIÆ *in Monast. Zderas*. Novæ civ. Prag ab Honorabili Viro D. Wenceslao Rectore Altaris Corporis Christi ante lætam Curiam. Licentia *Wenceslai* Regis 1408. 12. sex. grosl. censûs assignantur super domibus diversorum civium in antiqua & Nova civit. quorum plurimæ literæ recitantur à fol. G. 3. usque ad G. 9. juspatronatûs *Wenceslaus* confert *Bernardo Præposito Zderasiensi*, & ejus Successoribus *1415*. penult. Aug. sede, per amotionem *D. Joannis Papæ*, vacante. G. 3. Zderaz. G. 4. 5. 6. 7. 8.

2. sex. grosl. censûs à Benessio Institore & cive Pragensi, Venerabili & *Religiosis Domicellabus*, Dorotheæ Priorissæ, & Conventui Monasterij Sanctimonialium S. MARIÆ Magdalenæ in Ugezd Pragæ *Monte sub Petrino Ordinis de Pænitentia* ejusdem S. MARIÆ Magdalenæ. pro 4. anniversarijs. *1415*. 19. Septembris. G. 9. Moniales de Pœnitentia in Ugezd.

* Apud S. Mariam Magdalenam in Ugezd fuisse Virgines de Pœnitentia satis certum redditur, cùm tamen alia ejus rei desint indicia. *

Erectio Altaris S. Dorotheæ in Ecclesia *S. Spiritûs in Grecz Reginæ*. 9. sex. grosl. cum 15. grosl. censûs à cive judice *in Grecz Reginæ 25*. Sept: G. 10. Reginohradecium.

*1*. Sex. grosl. censûs pro Ecclesia *in Svvin*, à famoso Viro Bruss *de Zahradka*, residente in Trutman, pro anima sua, & Bernardi fratris sui. 28. Sept. H. 1. Svvin.

*1*. Sex. cum media censûs depositi apud famosum Virum Nicolaum de Holubiho Dwora armigerum, à Vener. & Religiosis Viris *D.* Commendatore, Priore, & Conventu *Monasterij S. Spiritûs in Dub*. Ordinis Cruciferorum S. Joannis Hierosolymitani. 1. Octob. Melitenses in Dub.

Pro Ecclesia Parochiali *in Plana* 1. sex. censûs à quodam Notario publico apud Nobilem Erhardum *de Neusperg* Dominum in Ottin. 3. Octob. H. 2. Plana.

Pro Monasterio FF. Minorum *S. Joannis in Gretz* Reginæ 1. sex. censûs à famoso Viro Benessio *de Ryssemburg*. 4. Oct. Cœn. Min. Reginohradecij. Rassin.

Pro

Beneſſovv.

Pro Monaſterio FF. Minorum *in Beneſſovv* 1. ſex. cenſûs ab Joanne Przemysl. 14. Octob.

H. 3. Nachod duo Capellani. Procerum de Nachod ſtirpes variæ

*Erectio Capellaniarum* Altaris SS. Petri, & Pauli, & Andreæ Apoſtolorum in Eccleſia Parochiali *in Nachod*, ut duo Capellani ad id Altare alantur, ex Teſtamento Nob. Domini *Theodrici de Nachod*, quod exequitur famoſus Vir Przedborius *de Trzebochovvicz* Armiger, tutor Orphanorum bonæ mem. Domini Hinkonis de *Trzebochovvicz*, & Henrici fratris ejuſdem Domini Hinkonis, de conſenſu Nobilium Virorum DD. Joannis *de Janovvicz* reſidentis in Petrſpurg, & Petri de *Janovvicz* reſidentis in Chlumecz, Conſangvineorum & Succeſſorum & prænominatorum D. Theodrici *de Nachod*, & Hinkonis *de Trzebochovvicz*, & dictorum Orphanorum nomine 20. ſexag. groſſ. cenſûs annui; ſingulis hebdomadis à quolibet debent 3. Miſſæ legi. Domini *de Trzebochovvicz* erunt Patroni dicti Altaris, Orphani ſcilicet D. Hinkonis *de Trzebochovvicz*, & Henrici fratris ipſius, & eorum hæredes. 1415. 18. Octob.

* Ex hoc loco totum id confirmatur, quod alio in loco probare ſum conatus, ſcilicet Dominos *de Janovvicz*, *de Chlumecz*, *de Petrsberg*, *de Trzebochovvicz*, *de Colmberg*, ejuſdem Originis fuiſſe, nempe *de Nachod*, & ipſos de Nachod origine *Berkas*, licèt Inſignibus inter ſe differrent; fuêre autem præterea diverſæ familiæ *de Janovvicz*, altera Dominorum, qui *Lupam cum Romulo & Remo*, alteram Equitum, qui *Tabulam Scachidis* geſtabant in Clypeo, ùt ſuis locis annotamus. Porrò non ſemper *de Trzebochovvicz Nachodij* leguntur appellati, ſed his tantùm temporibus circa A. 1400. nam antè Trzebochovviczium tenuêre *Bercæ*, aliíque, unde aliàs (ùt ſuprà monuimus) *Bercas de Trzebochovvicz*, & *Sternbergios* de Trzebochovvicz invenimus. *

H. 4. Miliczovv Vicarius.

4. Sex. cenſûs pro Eccleſia in *Miliczovv* à famoſo Viro Andrea dicto Sſpalek *de Slatina* armigero Prag. Diœceſ. pro tenendo uno Vicario manuali. 13. Nov.

Manſionarij in Eccl. Prag.

2. Sex. cenſûs pro Honor. Viro D. Martino *Præcentore*, *& Manſionarijs Chori B. MARIÆ V. in Eccleſia Prag.* ſummam ijdem depoſuerunt in laicis quibuſdam in Chleb. 29. Novemb.

Canonici S. Georgij.

3. Sexag. cenſûs *à Canonicis S. Georgij* in Caſtro Pragenſi depoſiti apud Mathiam dictum Brus, reſidentem in Kovvarzovv Armigerum Pragenſis Diœceſeos. 1415. 8. Julij.

H. 5. Dub.

3. Sex. groſſ. cenſûs pro Eccleſia *S. Spiritûs in Dub*, & D. Petro Plebano, aliàs Priore, ibidem apud famoſum Virum Petrum *de Polohlavv* Armigerum Pragenſis Diœceſ. 1416. 2. Febr.

Cœnob. S. Franciſci.

Pro *Monaſterio S. Franciſci* Religioſarum Domicellarum, & ſignanter pro Domicella *Eliſabeth*, à fratre ejus germano Nobili Viro *D.* Jaroslao *de Opoczna* reſidente in *Lipen* majori 7. ſex. cenſûs (à Matre utriuſque *D.* Cunka 4. ſex.) ſed hoc tantùm ad vitam *Dominæ* Eliſabeth. 1416. 1. Febr.

* Jam antè attulimus aliquot annuos cenſus pro *Domicella Eliſabeth* Sanctimoniali in Monaſterio S. Franciſci; loco ejuſdem Virginis frater nominatur Nobilis Vir *D. Jaroſlaus de Opoczna.* Tenuêre autem id temporis *Opocznam Proceres de Czaſtolovvicz*, Principibus Sileſiæ Piaſtæis, & in Bohemia plurimis Magnatum familijs ſangvine conjuncti.

H. 6. Slovvecz. Hruſſovvsky.

Media ſex. groſſ. cenſûs pro Eccleſia *in Slovvecz* à famoſo Viro Wlaſczkone Armigero de *Wodierad*, pro anima ſua, & Margaretæ ſororis ſuæ germanæ, olim conthoralis Petri Armigeri *de Etkovv* ſub Caſtro *Trosky*. 1416. 12. Febr.

Umislovvicz. F. affini.

*D.* Rynſſo Plebanus *in Umyſlovvicz* omnia bona ſua in Villa *Olanicz* donat genero ſuo famoſo Armigero Joanni de Olanicz, & Catharinæ conthorali ejus ſorori

ſuæ

suæ ( D. Kynſſonis ) ſic tamen, ut quotannis ſolvant *1.* ſex. groſſ. Eccleſiæ in *Umyſlovvicz.* 1416. 13. Mart.

Concordia inter D.Nicolaum *Abbatem Monaſterij in Wylemovv* Ordinis S.Benedicti & Religioſum Virum F. Brunonem profeſſum ejuſdem Monaſterij, Plebanum in *Walcz* ( quæ Eccleſia, juſſu Bonifacij 9. fuit unita prædicto Monaſterio ) quantum Abbas & Conventus, & quantum Plebanus ex decimis, &c. debeant percipere. Plebanus debet alere adhuc unum Vicarium ex Monaſterio, &c. Hæc facta 1396, *25.* Aug. referuntur 1416. 10. Jul. H. 7. Cœnob. Wilemovvienſe. Vicarius in Walcz.

Vitrici Eccleſiæ Parochialis in *Sobczicz* deponunt 10. ſex. groſſ. apud famoſum Virum Petrum *Kdulenecz*, reſidentem in *Oſtromyrz*, qui dabit 1. ſexag. cenſûs. Subſcripſit Petrus de Dubravva Cliens, Patruus dicti Petri. *1416. 17.* Novembris. Kdulenecz. Oſtromerſky.

* *Oſtromersky* Equites avitæ Nobilitatis hodiéque in diſtrictu Reginæhradecenſi reperiuntur, ad quos hæc fundatio pertinet. *

4. Sex. cenſûs pro *Capellania S. Joannis* (pridem à famoſo Viro Petro de Wrchlab fundata) in Wrchlab. Numerantur hìc famoſi Viri Petrus dictus *Czuch de Navarovv* Armiger Prag. diœceſis; & famoſus Nicolaus de *Ulibicz* tutor Orphanorum Petri de Wrchlab, & ſignanter Haſskonis filij ejuſdem. 1416. 15. Novembris. H. 8. Albipolis. Aulibiczky.

Pro Eccleſia in *Ugezd* famoſus Vir Albertus de *Choteczek* Armig. Prag. diœceſ. 4. fertones groſſ. Prag. ratione teſtamenti D. Wenceslai olim Plebani in Luzan, ibi crediti. 1416. 20. April. Ugezd.

Translatio decimarum pro agris in *Slivenecz*, cum conſenſu Plebani, à famoſo Viro Wenceslao Armigero de *Lucovvitz* 1416. *11.* Maij. Slivvenecz.

Permutatio agrorum Eccleſiæ in *Malikovvicz*, inter Plebanum & famoſum Virum Alſſonem Burgravium in *Rudnicz*, Patronum Eccleſiæ prædictæ. 13. Maij. H. 9. Malikovvicz.

Donatio mediæ ſex. groſſ. cenſûs pro Eccleſia in *Popovvicz* à famoſo Viro Franone Cliente de Pieczina, pro anima ſua, Jacobi Patris, Annæ Matris, pro Anniverſario, 1416. ultimâ Aprilis. Popovvicz.

Donatio 83. groſſ. cenſûs pro Eccleſia Parochiali in *Bubovvicz*, ab Oppidano in Brzeznicz, apud famoſum Armigerum Boztiech de Telczovvicz 1416. 1. Maij. H. 10. Bubovvicz.

Inſtrumenta pro *Monaſterio in Cladrub*, agente Wernhero Abbate Ordinis S. Benedicti, una & media ſexag. cenſûs à laborioſo Viro D. Joanne dicto Jechan de Zvviczovvicz, pro Monaſterio; quod confirmat Petrus ejus filius. Et alia una & media ſex. à Beneſſio dicto Stachone, & Ulrico patruo Stachonis, quod filius Beneſſij famoſus Vir Stacho de *Zviczenicz* Armiger confirmat. 1416. 2. Maij. Et confirmant alij jam Monaſterio à 50. annis prædictum cenſum fuiſſe ſolutum. Cœnob. in Kladrub. I. 1.

Translatio 5. ſex. cenſûs pro Altari S. Catharinæ in *Eccleſia Czaſlavienſi* à cive Patrono ejus Alatris ad alia bona. 1416. 2. Maij. Czaslavia.

Donatio 2. ſex. cenſûs pro Eccleſia in *Zvviekovvecz* à D. Anna de Dubnan relicta Joannis *de Dubnan* & Hinkone, Wenceslao, & Jankone, filijs ipſius Annæ, & Joannis *de Dubnan* prædicti. 1416. 3. Maij. Zvvikovvecz.

Venerabilis Vir D. Wenceslaus *de Radecz* Canonicus Pragenſis & Cuſtos qui jam dudum tempore *D. Joannis Patriarchæ Alexandrini* olim Archiepiſcopi Pragenſis, pro ſe & fratre ſuo *Alberto de Radecz* ac hæredibus ſuis emerat, & dein pacificè ſub *Wolffframo*, & *Sbinkone* poſſederat, & etiamnum poſſidet *Napravvo in Budczicz*, aliàs *ad menſam noſtram Archiepiſcopalem* pertinens ) rogavit *Conradum Archiepi-* I. 2. Budczicz ad menſam Archiepiſcopi ſpectans.

*chiepiscopum*, ut cùm ipse huic rei intendere non valeat, jus illud in Nepotem suum *Joannem* possit transferre; quod *Conradus* Archiepiscopus in ipsum *Joannem* & ejus hæredes transfert. 1416. 10. April.

* *Wenceslaus de Radecz*, natalibus illustris, dignitate Prælatus Ecclesiæ Metropolitanæ, in authoritate maxima senio confectus objit; credibile est, si hic *Wenceslaus de Radecz*, uti & *Adalbertus de Ericino* & quidam alij ad *Zisskiana* tempora vivendo pervenissent, hæresin eos progressus, quos dolemus, habituram non fuisse. *

L. 3. Monast. de Pœnitentia soli Archiepiscopo subjectum. Pro *Monasterio S. M. Magdalenæ in Ugezd* Pragæ. Literæ Joannis Papæ, quibus liberat *Monasterium illud B. M. Magdal. de Pœnitentia* sub Regula S. Augustini Monte sub Petrino, ab omni jurisdictione *Præpositorum* Ordinis, & subjicit *soli Episcopo Pragensi*. Datum Constantiæ Nonis Decembris Pontificatûs Annno 5.

* Hæ Literæ Apostolicæ prorsus dignæ sunt notatu. Fuêre autem in Bohemia aliquot ejus Ordinis Parthenones. *

de Bohuticz. Pro Margareta de *Bohuticz* 8. sex. grosl. ubicunque fuerit à famoso Viro Andrea Armigero *de Nemysl*, sed illa remittit 2. sex. & tantùm petit 6. sex. fuit hæc Vidua relicta Marquardi *de Bohuticz*. 1417. 1. Octob.

Mitrovvsky. * Sinè dubio in aliquo Cœnobio Sacrarum Virginum vixit, aut vivere voluit alioqui profana ejusmodi debita in *Erectionum Libris* non notabantur. *De Nemyssli* Equites sunt *Mitrovvsky*. *

L. 4. Kralovvicz. Erectio Altaris SS. Petri & Pauli Apostolorum in Ecclesia in *Kralovvicz* 6. sex. grosl. censûs à famoso Viro Ulrico Moczehub Armigero de Kralovvicz prope Sstiepanovv 1416. 14. Maij.

Eccl. Prag. Nos *Albertus de Radecz* (vide L. 2.) hæres, & Ctiborius natus ejus de Radecz Magister in Artibus Pragensl. cohæres, notum facimus, qualiter Vener. *D. Wenceslaus de Radecz* Canonicus Pragensis & Custos, certos census, & bona comparavit, & sine reprehensione conscientiæ suæ de eleemosyna suorum beneficiorum in locis

Chomuticz. diversis emit *in Chomuticz* Curiam, &c. & pro Capella, seu Altari S. MARIÆ Assumtionis in Ecclesia Pragensi. Ergo hæredes 3. sex. censûs dant pro Altari Assumtionis, & pro Capella S. Marthæ *in Chomuticz* 2. sex. census. 1416. in Festo S. Blasij.

* *Albertus de Radecz*, ùt ex alijs monumentis apparet, fuit frater *D. Wenceslai de Radecz* Custodis & Canonici Ecclesiæ Pragensis. Omnibus examinatis *D. Wenceslaus* objit inter 10. Apri. & inter festum S. Blasij hoc ipso anno 1416. *

L. 5. Przestavvlk. Chlumczansky. Donatio 1. sexag. cum 36. grosl. & translatio pro Ecclesia Parochiali in *Przestavvlk* ab Joanne & Raczkone de *Przestavvlk*. 1416. 12. Jun.

Cœnob. Benessovv. de Myslin. 2. Sex. grosl. census pro Monasterio FF. *Minorum in Benessovv* à famoso Viro Chvvolone de Krzesslicz, qui testatur se vendidisse dictum censum Guardiano, & Conventui, & signanter *D. Francisco Capellano honoris*, & Andreæ professo dicti Ordinis in *Benessovv*, ac Religiosæ Domicellæ Annæ *de Myslin* professæ Monasterij *S. Barbaræ* in Praga. 1416. 16. Jun.

Kunicz. Donantur pars silvulæ cum agro pro Ecclesia in *Kunicz* à famoso Viro Bohunkone *de Widovvicz* Armigero pro anima sua, & Uxoris Offczæ. 1416. 17. Julij.

L. 6. Eccl. Prag. Translatio censûs 3. sex. pro Altari S. Agnetis & Alexij in Ecclesia Pragensi ex bonis in Lobecz, à Venerab. Viro D. Joanne *Weilberg*, Decretorum Doctore, Protonotario Serenissimi *Regis Wenceslai*. 1416. 2. Aug.

Cœnob. S. Crucis Pragæ. de Chotienicz. Pro *Monasterio S. Crucis* in Praga Ordinis FF. *de Pœnitentia BB. MM.* accepit summam ab illis Nobilis, & Strenuus Miles Joannes *de Chotienicz* & Dominus

minus in *Wlaſſim*, ex quo (NB.) ſexaginta ſexagenas cenſûs perpetui in Wlaſſim, & in Naczeracz &c. ſe ſoluturum promittit 1416. 29. Jul.

* Dominorum de *Wlaſſim Bohemica* familia adhuc eo tempore florebat, quæ deWlaſſim. ſe poſtea totam in *Moravi.m* tranſtulit, ùt in ſtemmatographia dicetur. *

1. Sex. cenſûs pro Eccleſia in *Mirovvicz* ex teſtamento bon. mem. Beneſſij di- I. 7. Mirovvicz. cti Styvva, & Annæ Uxoris, & Stephani fratris ſui, apud famoſum Virum Przibi- konem de *Myſſlin*, & Beneſſij, & Stephani fratum ſuorum Armigerorum Prag. diœceſ. 1416. 1. Sept.

Permutatio agrorum Eccleſiæ in *Chvvaterub* cum agris famoſi Viri Wankonis Chvvaterub de Zatvvor armigeri 1417. 13. Jul.

Donationes Eccleſiæ in *Kraczavia* ab *Alberto de Donin* Burgravio, Domino in I. 8. Kraczavia de Dona. Grefenſtein. 1417. 17. Sept.

* *Greiffenſtein* arx *Bohemiæ*, quam tunc *Burgravius de Dona* tenebat; indè non procùl *Zittaviâ*, ſita eſt Eccleſia *Kraczavienſis*. *

Una ſex. cenſûs perpetui poſita à *Guardiano* Monaſterij in *Beneſſovv*, Ordinis I. 9. Cœnob. Beneſſo- FF. Minorum, in bonis famoſi Viri Sbinkonis de *Moravecz*, armigeri, aliò transfer- vienſe. tur 1417. 1. Octob.

Pro *Manſionarijs Eccl. Prag.* 30. gr. cenſûs poſiti apud famoſum Virum Matuſs de Manſionarij Eccl. Prag. *Chleb* prope Nymburgum. 1417. 2. Oct.

Donatio 16. ſex. cenſûs pro Eccleſia Parochiali ſub Caſtro *Peczka* à famoſo Vi- in Peczka duo Vicarij. ro Jankone de *Peczka* Armigero Prag. diœceſ. Obligationes multæ, ut *Plebanus* alat adhuc *duos Vicarios*. 1417. 1. Octob.

Pro Magiſtro Mathia *Paſchio Canonico Boleſlavienſi*, aut cui is voluerit deputare I. 10. V. Boleſlavia de Turzicz. . ſex. cenſûs cum media depoſiti apud famoſum Virum Jandam de *Turzicz* armi- gerum Pragenſis diœceſ. & filios ejus Peſſikonem, Nicolaum, & Januſkonem. Et poteſt D. Magiſter, modò moneat, intra 14. dies totam ſummam à Janda habere.

Una ſexag. cenſûs pro Capellania in *Krzivvſudovv* Eccleſiæ Parochialis, de- Krzivvſudovv. Smrczka. poſita in bonis famoſi Viri Marſſonis dicti *Smrczka de Alberonicz*. 1417. 5. No- vembris.

30. Groſſ. cenſûs pro Dominis *Præcentore, & Manſionarijs Chori B. MARIÆ in* Manſionarij Eccl. Prag. *Eccleſia Pragenſi* in Simone Laico in Chleb. anno & die ùt ſuprà.

*Conradus* Archiepiſcopus Pragenſis domum quandam in Ponte Pragenſi ſi- K. 1. Wolframi Arch. domus tam & devolutam ad *Wolffranum Archiepiſcopum*, & à quodam Joanne emtam, permittit emi cum omni jure à quodam Stephano ab Alberbach. 1417. 15. De- cembris.

30. Groſſ. cenſûs pro Eccleſia in *Tuklevvicz* quidam Laicus deputat 1417. Tuklevvicz. 9. Decemb.

Famoſus Vir *Drſſtka* de Semtieſſe armiger Prag. diœceſ. donat 6. partes ſilvæ Drſſtka. Sſtiedra. pro Eccleſia Parochiali in *Sſtiedra* à Plebano utendas, & quaſi poſſidendas. 1418. 3. Januarij.

Donatur *Canonicis Eccleſiæ Pragenſis domus* cum area ſita ante Caſtrum Pragen- K. 2. Domus Canonicor. Pragæ. ſe inter Pontes ex oppoſito domûs ad *Utinam* nuncupatæ, ex teſtamento D. Andreæ de Beneſſovv Canonici dictæ Pragenſis Eccleſiæ. 1418. 17. Sept.

1. Laneum agrorum donat pro Eccleſia in *Kruczovva* famoſus Vir Joannes di- Kruczovva. Zaborsky. ctus Prudek de *Brloh* reſidens in *Okovvicz*, pro anima ſua, & Sulkone Patre, Ca- tharina Matre, Jaroslao fratre, Cunca, & Margarita ſororibus. 1418. 13. Feb. Men- tio ibidem fit D. Herbordi de *Koczovv* Nobilis Domini.

* Hodiéque ſtirps *Equitum de Brloh* in Bohemia perſeverat. *

Cœnob. in Teinecz. 3. Sex. cenſûs proReligioſo fratre *Mathia de Sicca* profeſſo domûs *S. Jacobi fratrum Minorum* in Praga Capellano Sanctimonialium *Monaſterij in Tinecz*, aut e[i]
Zerotinia Abbatiſſa. ipſe deputaverit, à quodam Laico in Tinecz de conſenſu Domicellæ *Elſſcæ Zirotinskæ* Abbatiſſæ & Conventûs 1419. 10. Mart.

K. 3. Famoſus Vir Andreas dictus Stuk Patronus Eccleſiæ in *Camenicz* per nova[m]
Camenicz. piſcinam merſerat quoſdam agros Eccleſiæ, dedit alios agros. 1418. 21. Mart. V[i]detur hoc *Camenicz* non procul eſſe ab Oleſka & Popovvicz.

Sudomirz. Una ſex. cenſus pro Eccleſia in *Sudomirz* à famoſo Viro Alſſone de Bichor, ju[]dice in Biela armigero Prag. diœceſ. 1418. 22. Mart.

K. 4. Wrczan. Mola Eccleſiæ in *Wrczano* ſub cenſu elocata. 1418. 3. April.

in Teplicz ſex Altariſtæ. 2. Sexag. cum media cenſûs, repoſitæ à Thoma Altariſta S. M. Magdalen[æ] Andreæ Altariſtæ Viſitationis, Wenceslao S. Crucis, Nicolao 10. millium militum
Blekta. Joanni S. Viti, Jodoco Omnium Sanctorum, in *Monaſterio S. Joannis in Teplicz* ſo[l]vendæ à famoſo Viro Hanuſſio dicto *Blekta de Waltinovv* armigero Prag. diœce[ſ.] 1418. 8. April.

K. 5. Nova Villa. Translatio centum groſſ. cenſûs pro Eccleſia in *Nova Villa*. 9. Apr.

Mlazovvicz Iterum pro Eccleſia in *Nova Villa* ſuper una virga ſilvæ cum 12. groſſ. quar[um]
Peczka. Plebanus cum famoſo Viro Jarkone de *Peczka* permutavit. non procùl à *Peczka* e[t] *Mlazovicz.* anno & die ùt ſuprà.

S. Michaëlis Pragæ. 2. Sex. cenſus Altaris S. Nicolai in Eccleſia *S. Michaëlis* Maj. civ. translati ex d[o]
de Genſſtein. mo Nobil. Domini Pauli de *Genczenſtein*, aliàs de *Stara* in Nova civit. Prag. ad ali[a] bona. 1418. ult. Apr.

K. 6. * Hæc nobiliſſima Dominorum de *Genzenſtein*, vel *Genſſtein*, vel de *Stara*, fa[]milia, ex qua multi præſtantes Viri prodierunt, fato ſuo perijt. *

Herzmanicz Pro Eccleſia S. M. Magdalenæ in *Herzmanicz*. Literæ Wenceslai & Joann[is]
de Lichtemburg. fratrum Uterinorum de *Lichtemburg* dictorum *Kruſſinæ*; vendunt Inſulam quan[]
de Turgovv. dam in *Albi* famoſo & valido Viro Mikſſoni de Zalygovv dicto. 1382. Sigilla Jo[]annis Senioris dicti de *Lichtmburg*, Putæ dicti de *Turgovv*, Cunczonis dicti d[e] *Skalicz*.

K. 7. Hanc Inſulam Georgius Plebanus in *Herzmanicz* emit de proprio patrimoni[o]
Prædicatores Reginohradecij. ab Honorab. & Religioſo Viro *D. Joanne Specht* Priore Monaſterij & Conventû[s] *FF. Prædicatorum* ad B. Virginem *in Suburbio Grecenſi*, de licentia Venerabilis Vi[ri] *Pauli de Bruna* Comprovincialis Monaſteriorum dicti Ordinis Prædicatorum, qu[i]
de Skalicz. *Joannes Specht* eamInſulâ jure proximo ſucceſſionis habet, quã ſcilicet pater ſuus *Cunczo de Skalicz* à prædicto Mikſſikone emerat; Inſulam emtam prædictus *Georgius Plebanus* donavit Eccleſiæ ſuæ in *Herzmanicz*. Porrò devolutionem illam ad prædictum *Joannem Specht* confirmavit Nobilis Domina Maria conthoralis Nobilis Domi[]
de Chuſtnik. ni *Beneſſij de Chuſtnik* immediata Domina bonorum *Hradiſſtie*. Hæc omnia refer[t]
de Opoczna & confirmat Joannes *de Opoczna* hæres & poſſeſſor prope Curiam civitatem, ibidémque reſidens. Datum in Caſtro Hradiſſtie 1413. Sigilla ſtrenuorum Virorum
Rodovvsky. D. Paſcæ Militis de *Herzmanicz* aliàs de *Tanczberg*, Bavoris de *Neznaz*, aliàs de *Huſtirzan*, die S. Wenceslai. Confirmat ad extremum omnia Wenceslaus Gurein 1418 20. Aprilis.

* Ex his literis multa diſcimus: primò *Lichtembergicam* familiam *Cruſſinarum*
de Herzmanicz Plef. ſibi nomen aſſumſiſſe, quod etiam quidam Domini de *Nachod*, pluréſque alij ſunt imitati: ſecundò *Prædicatores* in Suburbio *Reginohradecij* Cœnobium ad Eccleſiam *B. Virginis* habuiſſe; ejus tamen Cœnobij, & Eccleſiæ nullum veſtigium hodie apparet: tertiò, Procerum de *Chauſtnik* ſtirpem eo tempore nondum defeciſſe; quartò

tò, Equites de *Neznas* aliàs de *Hustirzan* dictos, qui ijdem *Rodovvsky* fuerunt; denique de *Herzmanicz* dictos quoque de *Tanczberg*, qui alio nomine *de Ples* appellabantur. *

Quatuor sex. censûs depositi à D. Magistro *Mathia de juvene Boleslavia* medio Præbendato in *Eccles. Boleslaviensi* in bonis Wrabie, famosus Vir Joannes natus *Alssonis de Wrabie* armiger Pragensis diœceseos, cum consensu famosi Viri Petri de *Burzenicz* Clientis sui, & fratrum suorum Theodrici, & Wenceslai tutoris per patrem constituti, fatetur, se prædictum censum debere. 1418. 27. Apr. V.Boleslavia Wrabsky. de Burzeniez

Paulus & Wenceslaus fratres de *Sskvvorecz* referunt Conrado Archiepiscopo Pragensi, qualiter in domo *Maynhardi*, aliàs *Wolfframi*, Prædecessoris ipsorum in majore civitate Pragensi, unam *Capellam Omnium Sanctorum*, unà cum Capellano, & sex pauperibus, qui ibi alantur pro 22. sexagenis censûs annui, fundârint in quibusdam bonis & villis ad munitionem *Sskvvorecz* pertinentibus; quæ bona cùm sint destructa, & per creditores bonæ memoriæ *D. Wolfframi Archiepiscopi* desolata, petunt, ut loco 22. sexag. censûs, tantùm 14. sexag. persolvant. Concedit *Conradus*, sic tamen, ut si quando ad uberiorem fortunam pervenerint, pauperibus satisfaciant eleemosynis, & alijs pijs operibus. Literæ *Conradi*. 1418. 27. Aprilis. K. 8. Capella in domo Wolframi, seu Meinhardi Pragæ.

* *Sskvvoreczky* nostrâ memoriâ primùm perierunt; ubi autem *Domus Meinhardi* in majore civitate Pragensi steterit, post tot Cœnobiorum & Ecclesiarum excidia, hæresi paulò pòst exortâ, quis dicere possit? * Sskvvoreczky.

Pro Ecclesia in *Wolenicz* 3. sex. censûs annui à D. Casparo Decano Prachinensi Plebano Ecclesiæ in Reichenstein, apud famosum Virum Alssonem de *Maczicz* armigerum. 1418. 20. Maij. Wolenicz.

Pro Ecclesia in *Policzan*, permutatio agrorum & censuum ejus Ecclesiæ à Plebano approbatur 1418. 17. Jun. K. 9. Policzan.

Una sex. censûs pro Ecclesia in *Horek*. liberat ab hoc censu bona sua in Horek famosus Vir Petrus de *Tuchoraz* armiger, & transfert ad bona Pauli de *Sskvvorecz* & Elsicæ Conjugis. 1388. confirmat Gurein 1418. 20. Jun. Horek.

1. Ferto censûs annui pro Ecclesia in *Ugezd* donatur à famoso Viro Petro de Drzinie pro anima sua & Drslai ibidem in *Drzinie* 1418. 11. Aug. Ugezd.

Agri certi Ecclesiæ in *Zborovv* permutantur cum agris alijs pro pratis curiæ, seu domûs spectantis ad *Monasterium Pomuk* concedente Religioso fratre Wilhelmo converso & professo dicti Monasterij, *Curiæ in Niczovv Rectoris*, permittente *Arnoldo* Abbate in Pomuk. 1418. 22. Sept. K. 10. Zborovv. Cœnob. Pomuk.

Pro Ecclesia in *Krir* 6. sex. grosf. censûs, summa à Christi fidelibus collecta, quam & auxit Nobil. D. Janczo de *Janovvicz* residens in *Petrspurg*, & in suis bonis collocavit, ut alatur *Vicarius* à Plebano. 1418. 1. Octob. in Krir Vicarius deNachod.

Pro Ecclesia in *Liskovvicz* donatio quorundam (13.) jugerum, silvarum, pratorum, à famoso Viro Joanne *de Wysoka* armigero. 3. Octobr. in bonis famosorum Stosskonis & Petri Clientis de *Lhota*. K. 11. Liskovvicz. ve Lhota.

Translatio 5. sex. censûs pro Ecclesia in *Turkovvicz* ad alia bona, à famoso Viro Georgio de Cladrub. 1418. 8. Octob. Turkovvicz

Pro Ecclesia in *Ugezd* 30. grosf. censûs à famoso Viro Gallo de Drzenie pro duobus Anniversarijs 1418. 2. Octob. Ugezd.

*Capellani duo*, suo ac sociorum nomine pratum quoddam ad se spectans elocant civi *Clatoviensi*, ut ex eo annuatim solvantur 2. sex censûs *Altaristis in Clatovia*. 1409. Confirmatur 1418. 8. Oct. L. 1. Altaristæ in Clatovia.

Franciscani Altomutæ. Pro *Monasterio* SS. Petri, & Pauli *in Alta Mita* Ordinis FF. Minorum 1. sexag. cum media censûs à cive quodam pro Anniversarijs certis. 1418. 25. Octobris.

L. 2. Lomnicz Vicarius. de Wrchoticz. Concordia inter Plebanum Ecclesiæ in *Lomnicz*, & communitatem illius loci ratione cujusdam *Capellaniæ*. Arbiter electus est famosus Vir Joannes de *Wrchoticz* armiger pro tunc Dominus Castri *Lomnicz*, ut teneatur alere *Plebanus Vicarium*, &c. 1418. 2. Decemb. sed concordia facta fuit 1409.

L. 3. Capellania in Kostelecz. Hrussovvsky. Pro Capellania in *Costelecz* 8. sex. grosl. censûs fatetur se debere famosus Vir Theodricus de *Rudecz* aliàs de *Hrussovva* Armiger, transfert hunc censum ad bona in *Brodecz*, in quibus ipse & frater suus Milota de *Hrussovva* habuit 10. sexag. censûs apud Nobilem Dominum Alssonem *Skopek de Duba*, residentem in *Drazicz*. 1418. 13. Decemb.

Berka. * *De Rudecz* ijdem sunt, qui de *Hrussovva*; *Hrussovv* situm est non procùl à *Brodecz*. Sskopek de Duba peculiaris fuit ramus Illustrissimæ stirpis *Berkianæ*. *

Gessenicz. de Nachod. Pro Ecclesia in *Jessenicz* 2. sex. censûs, quas bon. mem. Nobil. D. Jenczo de *Petrspurg* deputavit, filius ejus Nob. *D. Joannes de Petrspurg* ad alia bona transfert. 1418. 18. Decemb.

Teplicz. Blekta. Altaristæ in Ecclesia *Teplicz* deposuerunt censum annuum 2. sex. solvendum apud famosum Virum Hanussium *Blektam de Waltinovva*. Hunc censum frater ejus Henricus Blekta loco ejus recipit. 1318. 18. Decemb.

Klobuk. Concordia inter Plebanum in *Klobuk*, & inter famosum Armigerum Dominum dictum Domin de *Lukovv*, ratione cujusdam prati. 1419. 25. Jan.

L. 4. Vicarij ad S. Georgium. 2. Sexag. grosl. censûs in *Slana* pro Vicarijs *S. Georgij in Castro Pragensi*. Literæ Bohemicæ. Ibidem appellantur *Vicarij* Kniezi Trziednicy Swatogirsiti. 1415. 23. Januarij.

Zittaviæ Crucigeri. Juspatronatûs Altaris SS. Patronorum, Wenceslai, Procopij, Stanislai, Petri, Pauli, Andreæ, Martini, S. Helenæ, *in Ecclesia Parochiali Cruciferorum in Zittavia* Pragensis diœcef. hæredibus fundatoris Theodrici Sfenffler civis Zittavien. in Lusatia asseritur. 1419. 4. Febr.

L. 5. Bilina. Pro Altari in *Bilina* 10. millium MM. in Ecclesia S. MARIÆ ante civitatem ibidem 4. sexagenæ censûs donantur à Nobili & strenuo Viro *D. Alberto de Koldicz, Domino in Bielina*.

Winsselburg. Pro Altari B. Virginis in *Winsselburg* in Comitatu Glacensi 10. Marcæ ab Oppidanis ejus loci. quorum literæ hîc recitantur. 1419. 20. Febr.

Ibid. Ibidem in *Winsselburg* pro Altari S. Bartholomæi 6. Marcæ censûs ab Oppidano quodam. 1419. 20. Febr.

L. 6. Radnicz. Pro Ecclesia in *Radnicz* 2. sexagenæ cum 9. grosl. censûs à famoso Viro Joanne judice de Radnicz 15. Martij 1419.

Mizæ FF. Minores. Pro *Monasterio in Miza* Ordinis fratrum Minorum Venerabiles & Nobiles Domini: *Neustup* Præpositus S. Christophori in Tyn, Canonicus Wyssehradensis, & Bavvorko de *Sfvvamberg* residens in Biela, fratres germani, in præsentia Religiosi Viri Nicolai professi, & Lectoris *Domûs S. Augustini Fratrum Minorum in Miza* Custodis Monasterij in Litomerzicz Ordinis supradicti, assignant 4. sex. grosl. censûs. 1419. 13. Martij. pro Missa defunctorum quotidiana.

* Ex hisce literis patet *Neustuponem* (de quo multa superiùs attulimus) *Præpositum Tinensem*, germanum fratrem fuisse *Bavorij de Sfvvamberg*, ac proinde Illustrissimâ editum stirpe. Item *Mizense* Cœnobium Franciscanorum domum *S. Augustini* appellatam fuisse. *

Pro

Pro Ecclesia in *Winarzicz*, recitantur sub Arnesto Archiepiscopo datæ An-o 1357. Nos Busko Archidiaconus Curimensis, & Zavissius Patronus Eccle-æ in *Winarzicz* Canonici Ecclesiæ Pragensis, & Wyssehradensis, Arbitri super li-bus, quæ versantur inter me *Zavissium* prædictum, *Fridericum*, & Wankonem ibi-em, & Plebanum ex una, & strenuum Militem Albertum dictum *Kolovvrat de* *oczovicz*, occasione Erectionis novæ Capellæ in *Bor* prope Koczovicz ex parte al-era, decernitur, ut prædictus *Albertus* solvat pro decimis 4. sexag. censûs Ecclesiæ *Winarzicz*, præsentibus strenuis Militibus Theodrico de *Chlumczian*, Jeskone de *onoged*, &c. *Ernestus* hoc confirmat anno & die ùt suprà. & recitat Gureim 1419. 7. Martij.

L. 8. Winarzicz. Kolovvrat. Bor.

Una sex. censûs Religiosis FF. Jacobo Priori, & *Conventui Monasterij Litome-icz. Ordinis FF. Prædicatorum* à Nobili & strenuo Viro D. Joanne *Caplirz de Sule-vicz*. 1419. 28. Apr.

L. 9. Prædicatores Litomericij. Kaplirz.

Permutatio quorundam pratorum pro *Ecclesia in Arnosstovvicz* à Patronis Jo-nne de Krzeczovvicz & Petro de Arnosstovvicz fratribus. 1419. penultimâ A-prilis.

Arnolto-vvicz.

Pro Ecclesia in *Biechar* translatio 1. sexag. censûs ad alia bona, anno & die ùt suprà.

Biechar.

Tres *Curiæ*, & ex ijs census donantur Ecclesiæ Parochiali in *Prohonicz* à D. Rudolfo dicto de Prohonicz & filio ejus Joanne 1336. Sigilla D. Simonis de Mod-ticz. *D.* Divissij de *Prohonicz*, *D.* Petri de Prohonicz. confirmantur 1419. penul-timâ Febr.

Prohonicz.

4. Sex. groff. censûs pro Ecclesia in *Kniezicz* ad alendum ibi Capellanum à fa-moso Viro Ulrico de *Wlczihora* residente in *Chmelicz* cujus filius Joannes id reco-gnoscit, & Wenceslaus frater Joannis 25. Maij.

L. 10. Kniezicz Capellanus.

Elocantur bona in *Villa Kossatek* in jus emphiteuticum famoso Viro Marssoni *Nova Villa* alias de *Kossatek* pro *Custodia in Boleslavia à Francisco* divinâ favente cle-mentiâ *Præposito*, *Joanne* Vicedecano, *Michaële* Scholastico, *Duchcone* Georgio de Hludovv, Procopio Plebano in Hradek, Petro de Sobotka, Joanne Chiba, Wen-ceslao de Praga, totóque *Capitulo Boleslaviensi* census 5. Marcæ graves, quamlibet pro 64. groff. computando. Præterea lepores, agnellos, capones, &c. atque ut Marsso nulli ea bona possit vendere, &c. 1419. 22. Maij.

Canonici V. Boleslavienses.

2. Sexag. census pro *Prziba Virgine*, & post ejus mortem pro hospitali in late-re Pontis Prag. Nos *Mixo Magister Supremus Hospitalis* Ordinis Cruciferorum cum stella S. Francisci, sub Regula B. Augustini, Thomasko Prior, Ioannes Ple-banus S. Stephani in Ribniczka novæ civi. Prag. Ioannes Magister Coquinæ, Pe-trus Plebanus S. Henrici in foro fœni Novæ civit. totúsque *Conventus Domûs Hospi-talis in latere Pontis Pragensis*, fatentur se accepisse 20. sexagenas à *Prziba* Domicella filia Martini de *Kokovvicz*, & soluturos se ei quotannis 2. sexagen. censûs, quæ promisit se post mortem donaturam totam summam Cœnobio, & illi vicissim post ejus mortem 2. Anniversaria habebunt 1419. 22. Iul.

M. 1. Cruciferi cum rubea Stellâ, & Parochiæ eorum.

Donatio 1. sexag. groff. censûs pro *Ecclesia S. Benedicti* in Hradcziano Pragæ, ex testamento D. Adami de Gbel Canonici Ecclesiæ Pragensis. 1419. 22. Iulij.

M. 2. S. Benedictus in Hradczan

Pro *Custode in Antiqua Boleslavia* 10. Marcæ, marca pro 64. gr. census in *Villa Hlavven*, quæ ob certas causas Ioanni Clienti *de Hlavvenecz* venditur à *Wenceslao* Divinâ miseratione *Decano*, Nicolao Scholastico, totóque *Capitulo Ecclesiæ Boleslaviensis*. 1386. Confirmat hæc omnia *Joannes* Dei gratiâ Sanctæ Pragensis Ecclesiæ *Archiepiscopus*, & Apostolicæ Sedis Legatus.

M. 3. Vetero-Boleslavia.

ERE-

# ERECTIONUM
# VOLUMEN UNDECIMUM.

M. 4. Cœnob. S. Francisci. PRo *Monasterio S. Francisci Pragæ* 20. sexag. censûs in villa *Dranovvicz* à Nobili *D. Alberto de Sternberg*, pro Honorabil. & Religiosis Viris Guardiano & Conventu S. Francisci majoris civitatis Pragensis, nec non Religiosis Domicellabus; Abbatissa & Conventu Monasterij ejusdem. Ad quæ scripta Nobilis Vir *D. Alber-*
deSternberg *tus de Konopissz*, qui habet prædicti Domini *Alberti de Sternberg* bona in Tabulis Regni Bohemiæ intabulata, suum præbuit consensum. Vicissim sunt hîc Literæ *Custodis Pragensis* Ordinis FF. Minorum, Guardiani sigillum, Capituli, Conventûs, (NB. sigilla omnium hîc describuntur) promittunt quotidie *Matutinam Missam de B. V.* secundam Missam pro *D. Alberto* quotidie, & fratribus Vestes, & Anniversarium supradicti Domini, quo die Guardianus Monialibus dare debebit 2. sexag. gr. 1401. & recitatur, & confirmatur Anno. 1401. 5. Martij à Ioanne Kbel Vicario Generali.

* Magnâ semper liberalitate sunt usi *Sternbergici Proceres* in Ordinem *S. Francisci*, eúmque sacrum Ordinem plurimis beneficijs sunt prosecuti; quod si ageretur, facilè demonstrare possem; *Benessovij*, *Pragæ ad S. Jacobum*, *item ad S. Franciscum*, *Bechinæ*, alibique inter summos Benefactores *Sternbergici* censebantur. *

M. 5. B.V. in Lacu Capellanus. Erectio Altaris S. Catharinæ in *Ecclesia B. Virginis in Lacu* Maj. civ. Prag. Licentiam dat Wenceslaus Rex, ut Honorabilis Vir Arnestus de Metelsko Magister in Artibus, *Canonicus S. Apollinaris*, in pia opera 40. sex. censûs possit exponere. 1407. 7. Maij.

M. 6. Slavata Plebanus. Ex his prædictus *Arnestus* 10. sex. censûs assignat pro illo Altari, cum consensu Venerabilis *D. Slavatæ* Plebani Ecclesiæ in *Lacu*, & instituit *Capellanum*. 1414. penult. Octobris. Censûs ille fuit apud famosos Viros Marssikonem de *Hradku* residentem
Woraczi-czky. in *Lopata*, Ioannem & Ioannem de Hradku, quod Literæ recitant 1415. Vades in literis nominantur: Ioannes de *Pabienicz* residens in Navvzovvem, Ioannes de Bakovva dictus Bukovvecz, Czaicha de Iavvora, & Wilhelmus de Trubecz.

Marquart. * Animadvertat *Lector*, quod jam multis in locis monueram, etiam ex Illustrissimis familijs ortos (qualis hoc loco *Slavvata* nominatur) Plebani, seu Parochi munus ætate illa gessisse. Porrò famosi Viri *de Hradku*, apud quos census ille locatus fuit, ex illa stirpe orti fuerunt, quam hodiéque *Marquartiam* vocant; de *Pabenicz* verò *Woraczic*z*ky*. *

M. 7. Niemczo-vves. Kule. Donatio 1. sex. censûs pro *D. Benessio* Capellano in Ecclesia Parochiali in *Nemoyczevves* à Marssone bon. mem. Milite *de Popovvicz*, qui fuit frater dicti Benessij, in bonis famosi Viri *Ioannis Kule de Chotecz*. 1415. 23. Dec.

M. 8. Tetczen. Pro Altaristis & eorum domibus in *Dieczin* quædam Privilegia data à bon. mem. Ioanne de *Wartenberg*, confirmantur ab ejus filio *D.* Sigismundo *de Wartenberg*, Domino in *Tetzin*, & Domino in *Warta*. 1415. in die Francisci.

Una

Una ſex. groſſ. cenſûs pro Eccleſia S. Laurentij in *Ugezd* à civibus 1352. rela- Ugezd
um 1416. 8. Martij. Pragæ.

Concordia de jure patronatûs, Capellaniæ ſeu Altaris in Eccleſia Parochiali in Czaslavia.
*zaſlavia:* Arbiter fuit Urozeny Pan Jan z Leſtkowa *Subcamerarius Regni Bohemiæ.* M. 9.
.is fuit inter cives. 1416. 27. Mart.

* *Leskoveciorum* illuſtris ſtirps, & maximis in Regno munijs, ùt Protonotaria- Leskovvecz
u Regni, & Subcamerariatu, tutelâ Roſenſium, aliíſque, clara, ad noſtra uſque Litome-
empora pervênit: nôvi familiariter ejus ſtirpis ultimum in Caſtro *Bozegovv* habi- ricz.
antem. *

Juſpatronatûs Eccleſiæ *S. Nicolai* inter vineas prope *Litomericz* ab uno cive M. 10.
ransfertur ad alterum 1416. 27. Mart.

Nobilis Vir D. Joannes *Borſſo* de *Ryſmberg* natus olim Borſſonis ſenioris *de Lu-* Luticz.
*icz*, jus patronatûs Eccleſiarum in *Lutitz* Matricis, & in *Bakovv* filialis, & Altari- Ryſmberg.
im quorumcunque in dictis Eccleſijs conſiſtentium, cedit Nobili Viro D. Henri-
:o *de Elſterberg* reſidenti in *Plana* Domino in *Luticz*, anno 1416. præſente Domino
Petro Czeczovvecz de Cziczovv Armiger.

* *Borſſones de Ryſmberg*, Oſſecanæ ſtirpis Comites, Fundatores Oſſecenſis Cœ-
iobij, diverſæ ſtirpis à Dominis *Sſvvihovijs de Ryzmberg*; utì & à *Raſſinijs de Ryſſm-*
*urg*, fuère, ùt jam antè monui; quam differentiam familiarum cùm non perſpiceret
uidam alioqui patriæ hiſtoriæ ſcientiſſimus Vir, deceptus authoritate errantis Pa-
rocij, *Genealogiam Sſvvihovvskiorum* (permiſcendo cum illis *Borſſones Oſſecanos de*
*yſmberg*) ſic confudit, ut quoddam chaos effecerit. *

Wenceslaus *Provincialis Ordinis Teutonici* in Bohemia & Moravia, *F. Nicolaus* Teutonici
.ebanus Eccleſiæ *S. Benedicti* Major. civ. Prag. Frater Wenceslaus Plebanus in *No-* Equites:
*idomo*, Nicolaus Plebanus in *Plzna*, de conſenſu Religioſi Viri Fratris *Henrici de* N. 1.
*avven* Magiſtri Ordinis pro 30. ſex. groſſ. Prag. acceptis, promittunt D. Wence- Novædomi,
10 de Przibislavia, aliâs de Broda Teutonica Presbytero ſervitori fideli Ordinis ſui Plſnæ, ad S.
ire totâ vitâ victum cum fratribus *apud S. Benedictum* cum honeſta camera & bal- Benedictum
eo, ſicut uni ex ſuis fratribus, &c. 1413. Confirmatio *Henrici Generalis* Germanicè Pragæ, &c.
ita in Marienburg 1414.

Erectio Altaris S. Mariæ Virginis, & undecim mill. Virginum, SS. Cathari- N. 2.
e, Barbaræ, *Dorotheæ*, & SS. Joannis Baptiſtæ, Hieronymi, Eraſmi, ac Omni- Glacium.
n Sanctorum *in Eccleſia Parochiali S. MARIÆ in Glacz* ab Joanne Libieſtein cive,
ræſente Honorab. *D.* Luca Præpoſito Canonicorum Regularium S. MARIÆ in
lacz. dantur 6. Marcæ graves 1416. 24. Apr.

Jus patronatûs in *Profiek* à D. Chriſtina relicta Ulæ Payer civis Prag. pridem Profik.
bbati & *Monaſterio S. Caroli* donatum eſt, cum multis oneribus; ſed quia bona quæ- N. 3.
am abſtracta ſunt, &c. liberantur à quibuſdam oneribus fratres, & jus confirma- Cœnob.
r. 1416. 7. Jul. S. Caroli.

6. Sex. gr. cenſûs dotatio Altaris B. MARIÆ V. *in Hoſpitali in Tuſta*, à cive Tuſta.
ius loci Hendlino Anglini. 1416. 3. Sept.

Concordia de ſolvendis 10. ſex. gr. cenſûs pro erigendo Altari S. *Dorotheæ*, N. 4.
SS. 11. MM. Virginum, & SS. 10. mill. milit. Martyrum & *S.* Nicolai in *Eccleſia Col-* Veteroboleslavia.
*giata SS. Coſmæ & Damiani in antiqua Boleſlavia*, inter Petrum Clericum ex una, &
moſum Virum Joannem Radliczka, quondam Przibikonis de Smrkovvicz &
nezcæ filium, ex altera. Arbitro Venerabili Viro *D.* Joanne Kralovvicz Decano
cleſiæ Pragenſis. Decernit ut Radliczka ſolvat 10. ſex. cenſûs. Anno 1416. 22. Aug. N. 5. 6.
obilis D. *Joannes Michalovvicz* jus patronatûs Altaris illius habebat, cujus hîc li- de Michalo-
ræ recitantur, datæ in Kochanek Dominicâ ante Bartholomæi 1416. vvicz.

Ee 7. Sex.

Porta Apostolorum, de Daupovva.

7. Sex. groſſ. cenſûs perpetui pro *Monaſterio Portæ Apoſtolorum* à famoſo Viro *Nevvlaſſio de Dupovvecz*, reſidente in *Walcz*, ſuo, & *Joannis* fratris ſui junioris & indiviſi nomine, pro anima *Andreæ* Daupovvecz fratris, *Nicolai Daupovvecz*, *Erhardi & Martini* animarum, & aliorum ſuorum progenitorum in Villa Hlavvkovv, pro quotidiana Miſſa in prædicto Monaſterio. 1416. 27. Sept.

* Illuſtris Equitum *de Daupovva* ſtirps, ætate noſtrâ, perijt; cognati & patrueles eorum fuêre *Domini Budovecij*, ut argumento ejuſdem Clypei oſtendit in *Stemmatographia* ſua *Bartholomæus Paprocius.* *

N. 7. Kemnitz. Berka.

2. Sex. groſſ. cenſûs pro Eccleſia in *Kemnicz* à Nobili D. Hinkone *Berka de Duba* Domino in Hoënſtein, ut quotidie canatur *Salve Regina* cum Scholaribus. datum in Lomnicz 1416. die Palmarum.

N. 8. Mſſen.

*Donatio* 3. ſex. cenſûs pro Eccleſia in *Mſſen*, à Petro armigero de Mſſen, in præſentiâ *D.* Joannis Presbyteri & fratris ſui patruelis *de Mſſen*, ut Plebanus, aut ejus Vicarius in *Capella S. Wenceſlai* ſit in Eccleſia in *Mſſen*, & qualibet hebdomade Miſſam legat. 1416. ult. Octob.

Sobieſſin.

Pro *Eccleſia in Sobieſſin* medius laneus agrorum cum cenſu 80. groſſ. à famoſo Marquardo de Sobjeſſin, & Domicella ſorore Wichna itidem de Sobieſſin, ex voluntate fratris ſui Buczkonis. 1416. 15. Nov.

N. 9. Libczovves.

Donatio 2. ſex. cum media pro Eccleſia in *Libczievves*, à famoſo Viro Chriſtophoro *de Minicz* reſidente in Libczevves Armigero Prag. diœceſ. pro Miſſa qualibet feriâ 2. pro defunctis.

Manſionarij in Eccl. Prag.

3. Sex. groſſ. cenſûs depoſiti per ſummam 30. ſex. groſſ. apud famoſum Virum Petrum de Czylovv Crimielovv Armigerum, pro Honorabilibus Viris *DD. Præcentore & Manſionarijs* majoribus & minoribus Chori B. M. V. in *Eccleſia Pragenſi* 1416. 18. *Decemb.*

N. 10. Struh. de Labun.

*Donatio* 5. ſex. cenſûs pro Eccleſia in *Struh* ab honeſta *D.* Gitka olim Niczkonis Koknotek, nunc verò conthoralis famoſi Viri Otikonis *de Labun* Armigeri, de bonis ſuis dotalitijs. 1416. 18. Decemb.

O. 1. Planicz. Janovvicz. Obiteczky. Chuchelsky.

Agri quidam Eccleſiæ *in Planicz* in jus Emphiteuticum, quod *Burgrecht* aliàs *Zakup* dicitur, elocantur apud Oppidanos ibidem. Sigilla appoſita Nobilis D. Raczkonis *de Janovvicz* aliàs de *Riſenberg*, & famoſi Wiſkonis *de Obitecz* anno 1416. Alij teſtes famoſi Drslaus dictus Zub de *Niemczicz*, Zbraslaus de *Chubel*, & Liderzo de Tieſtnice Armigeri 1416.

Bentzen. Berka.

1. ſex. groſſ. cenſûs pro Eccleſia in *Beneſſovv* prope *Dieczin*, à Nobili D. Hinczone dicto *Berka* Domino in Hoënſtein. datum in Caſtro *Sſarffenſtein* 1416. feriâ 5. poſt feſtum Conceptionis B. M. V. Et confirmatum à *Conrado* 1417. 8. Jan.

O. 2. S. Joann. in Ugezd. S. Benedict. in Hradczan.

Media ſex. groſſ. cenſûs pro Eccleſia *S. Joannis in Ugezd*, & *S. Benedicti in Hradczano* à civibus, & ſuper domo quadam 1417. 20. Jan.

Zvvikovvecz. Sſanovvecz.

1. ſex. groſſ. cenſûs pro Eccleſia in *Zvviekovvecz* ex teſtamento Henrici de Iſtrbna olim reſidentis in Chlumek, deputat famoſus Armiger Petrus ſenior Kovvarz de Strharz nunc reſidens in Oſſydin Commiſſarius & tutor Orphanorum prædicti Henrici, pro anima Cunſſonis dicti *Sſanovecz* patris dicti Henrici.

O. 3. Boleslavia. de Michelſperg.

Translatio Altaris SS. 10. mill. Militum, &c. de *Eccleſia Boleſlavienſi* ad Capellam *S. Clementis*, agente Nobili Viro *D.* Joanne *de Michelſperg* Patrono prædicti Altaris 1417. 19. Febr.

* Hanc translationem Altaris ad Capellam S. Clementis recitavi pridem in Epitome rerum Bohemicarum. *

De eodem.

Juſpatronatûs *S. Clementis* Capellæ in Cœmiterio Eccleſiæ *Boleſlavienſis* antiquæ aſſeritur ſpectare ad Nob. Virum Joannem *de Michalovvicz.* datum in Michalovvicz feriâ

eriâ 3. post Epihaniam Domini 1417: De eadem re à *Capitulo Boleslaviensi* Literæ; *Franciscus Pæpositus*, *Ulricus Decanus*, &c. nominat *Joannem de Michalovvicz* Ecclesiæ Boleslaviensis benefactorem, protectorem specialissimum. 1417. 12. Januarij.

Pro Ecclesia in *Strupczicz* agri pro agris mutantur à Nobili D. Busskone de *vvonicz*, aliàs de *Zye*. 1417. 4. Martij. O. 4. Strupczicz.

5. Sex. gross. census pro Ecclesia in *Bigedl* à famoso Viro Lippoldo de *Collesso- vicz* residente in *Pnietin*, pro anima sua & suorum, & signanter Gitczæ de *Zrno- vnik* relictæ olim Ludvvici de *Trpiest*. 1417. 24. Sept. Bigedl.

1. Sex. constituta à *D. Michalicone de Brnian*, transfertur ad alia bona à famo- o Viro Hanusskone de Brnian. 1417. 5. Martij.

1. Sex. gross. census pro Altari S. Dorotheæ in *Ecclesia Stiepanovv* ab honesto Viro, &c. anno & die ùt suprà. O. 5. Stiepanovv.

4. Sex. census (ultra alios in Erectione illius Altaris præscriptos) pro Altari S. MARIÆ Magdalenæ in Monasterio *S. Joannis in Teplicz* assignat Nobil. *D. Albertus de Coldicz* Dominus in Bielina, Magister Cameræ Serenissimi Regis Wenceslai, &c. 1417. 6. Mart. Teplicz. de Koldicz.

Famosus Vir Hodiborius de *Korkin* Patronus duarum Capellaniarum in Ecclesia Parochiali in *Slaps*, earum Capellaniarum census, per Dominam Dobram onæ memoriæ relictam Martini Militis de *Korkin* (scilicet 100. gross. census perpetui) assignatos aliò transfert, anno & die quibus suprà. O. 6. Slaps. Korkinie.

1. sex. gross. census pro *Ecclesia in Mnissek* à famoso Theodrico de Kotenczicz ssignata, agente famoso Petro de *Suchdol*, residente in *Kotenczicz*, transfertur ad amosum Virum Niclassium de *Mokropes*, portulanum Domini Regis, anno ùt surà 9. Mart. Mnissek.

1. Sex. gross. census pro Ecclesia *S. Joannis in Ugezd* à cive. 1417. 17. Mart. O. 7. S. Joann. in Ugezd.

Pro Ecclesia in *Krzivvsudovv* 1. sexag. census data à famoso Viro Adamo e Alberovvicz, ab ejus filio Pesskone transfertur, & assecuratur. 1417. 24. Martij. Krzivvsudovv. de Alberovvicz.

1. Sex. census pro Ecclesia in *Popovicz*, (res intricatissima) 1430. 8. Jun. O. 8. Popovvicz.

Controversia inter Plebanum Ecclesiæ in *Tuchan* & Incolas, ratione decimarum. 1417. penult. Mart.

Pro Ecclesia in *Lovvczicz* 2. sex. census, Vicario ejusdem Ecclesiæ 1417. 21. Ap. O. 9. Tuhan. Lovvczicz.

3. Sex. census pro Ecclesia in *Masstiovv* à Nobili & strenuo Domino Haardo *Hartenberger*, Domino in *Masstiovv*, ubi habet juspatronatûs. 1417. 22. Aprilis. Masstiovv.

* Certum haberi debet, hunc Nobilem Dominum *Habardum* fuisse ortum ex amilia Dominorum de *Kolovvrat*, qui plurimis ætatibus *Masstiovv* tenuerunt, sic, t certus quidam ramus ejus stirps *Masstiovvsky* diceretur. * Kolovvrat.

Pro sex Altaristis in Ecclesia S. Joannis Sanctimonialium in *Teplicz* 2. sex. census se debere fatetur famosus Hanussius dictus *Blekta de Waltinovv* Armiger Prag. iœcesf. 1417. 22. April. O. 10. Teplicz. Blekta.

Juspatronatûs Annunciationis B.M.V. SS. Catharinæ, Barbaræ, & S. Andreæ, caliorum Apostolorum in *Ecclesia Pragensi* fundatum per quendam Mathiam Rotifiem Minor. civit. Prag. cujus Patrocinium ad Reges Bohemiæ spectabat, donat *Venceslaus* Cæsar famoso Viro Bohussio de *Drahkovv* Camerario Supremo Castri Tocznik. Literæ Regis 1416. 22. Januarij. De hac re *Conradi* Archiepiscopi Literæ. 1417. 29. April. Eccl. Prag. Tocznik.

P. 1. S. ægidius. 2. Sex. groſſ. cenſûs pro præſtimonia Altaris Omnium SS. & SS. Simonis & Judæ, in Capella ſita in Cœmiterio *Eccleſiæ S. Ægidij*, ab Henrico Plebano Eccleſiæ S. Ægidij, ut 2. Miſſas celebret quothebdomadis. 1417. ult. Apr.

P. 2. Bubovvicz. Sſvvihovvsky. Pro Eccleſia Parochiali in *Bubovvicz* donantur 3. lanei ſilvarum à Nobili D. Henrico *de Brzeznicz*, anno & die ut ſuprà.

*Hic Henricus de *Brzeznicz* ex *Sſvvihovvskiorum* illuſtriſſima ſtirpe ortus fuit, ùt ex ſuperioribus apparet, quæ adduximus. *

P. 3. Tinecz Cœnob. Zerotin. Nobilis, Venerabilis & Religioſa Domicella Anna dicta *Zirotinska* Abbatiſſ. Monaſterij Sanctimonialium in *Tynecz* Ordinis S. Claræ, ſua bona patrimonialia donans *Monaſterio in Tynecz* omnia ponit ad cenſum: ità, ut Monaſterium annuè percipiat 18. ſex. groſſ. cenſûs cum media in *Oppido Tynecz*, de conſenſu Nobilium Virorum Dominorum *Jaroſlai* Militis, & *Plichta*, ſuorum fratrum, ibidem de *Zyrotin*, Patronorum dicti Monaſterij. 1417. 13. Maij.

P. 4. S. Apollinaris. de Ledecz Pincerna. *Dominus* Dominicus, S. Apollinaris Prag. Canonicus, concedit 50. ſex. & ex ijs 5. ſex. groſſ. cenſûs famoſo Viro *Petro dicto Koczvvara de Ledecz* prope Smecznam Armigero Prag. diœceſ. Sereniſſimæ Principis & *D. D. Sophiæ* Reginæ Bohemiæ *Pincernæ*. 1417. 5. Maij. Sede Apoſtolicâ vacante, & durante Conſtantienſi Concilio.

Janovvicz. Capellania, & Altare S. MARIÆ Virginis in Eccleſia Parochiali in *Janovvicz* primitus erecta (cujus Patronus fuit famoſus Bohunko dictus *Mrvvicz de Mrvvicz* Armiger) habuit multos cenſus, quos à certis villis aliò transfert prædictus Bohunko, de conſenſu Nobilis Domini *Purkardi* ibidem *de Janovvicz* 1417. 12. Junij.

P. 5. Gerungſvvald. de Schönberg. Rzepin. Seberg. Pro Capellania Altaris S. MARIÆ, & SS. 10. Mill. MM. in Monaſterio Sanctimonialium S. MARIÆ in *Gerungſvvald* Miſnenſis diœceſis, Nobilis Vir Wilhelmus de *Schönberg* reſidens in *Rzepin*, ex commiſſione D. Patris ſui Arneſti in Articulo mortis facta 9. ſex. groſſ. cenſus ſuper munitionem Uniczerzovv deputat. Pragæ 1417. Sabbato poſt Feſtum Corporis Chriſti. Sigilla appreſſa Nobilium Virorum Wilhelmi de *Haſenburg*, ac Henrici de *Elſterberg*. confirmat Gurein Scholaſticus Canonicus Eccleſiæ Pragenſis. 1417. 14. Jun.

* Apparet ex his Literis, *Rzepin* Caſtrum & ditionem illam, quam alioqui ad Teutonicos Equites ſpectâſſe nuper vidimus, hoc tempore ad profanas manus Domini *de Schönberg*, ſive emtione, ſive alio titulo perveniſſe, ac fortaſſe jam etiam ipſa ditio *Commotovienſis*, aliæque Teutonicorum domus exacto Religioſo illo Teutonicorum Ordine ex Bohemia (quod *Wenceſlaus Rex maximè* cupiebat) erant redemtæ. *

P. 6. Sczeknæ 2 Capellani & 2. Clerici. de Janovvicz. Pro Eccleſia Parochiali in *Sczekna*, 7. ſex. groſſ. cenſûs à Domino Paulo de *Wintrberg* reſidente in Sſtiekna, pro anima ſua, & bonæ memoriæ Domicelli Nicolai fratruelis ſui, & pro anima D. Elſſcæ conthoralis ſuæ (officia Plebani recenſentur & obligationes, ut Capellanum *ſecundum* alat, & 2. *Clericos* valentes pro cantu) aſſignat plura alia Eccleſiæ, cum conſenſu Purkardi *de Janovvic*, & filij ejus Joannis, & Theodrici *de Janovvicz* fidejuſſorum, & disbrigatorum, 1397. confirmat Gurein 1417. 22. Jun.

P. 7. S. Joannis in Ugezd. Præpoſ. Mielnicenſis Pro Eccleſia Parochiali S. Joannis Evangeliſtæ in *Ugezd* penes hortum Mielnicenſem Pragæ, Plebanus cenſûs 8. ſex. ad alia bona ponit, cum conſenſu Regis, & Archiepiſcopi *Conradi*, & Venerabilis *D. Conſtantini* Præpoſiti Eccleſiæ Mielnicenſis fratris ſui (ſcilicet Ulrici Plebani) dictæ Eccleſiæ S. Joannis Patroni. Item confirmantur cenſus alij ejuſdem Eccleſiæ à quodam famoſo Petro Peczman de Babicz 1417. ult. Jun.

Pro

Pro Ecclesia in Ssebierzovv donatio 2. sex. censûs à famoso Uiro Buskone de Noskovv Armigero, cum consensu fratrum suorum Petri de Petrovvicz, & Mraskonis de Gedlan, pro 2. Anniversarijs pro anima eorum, & Przibikonis de Noskovv, & conthoralis ejus anno 1416. P. 8. Ssebierzovv. de Petrovvicz de Gedlan.

Erectio Altaris S. MARIÆ & S. Laurentij in Ecclesia Parochiali in *Pilinguilla* 3. sexag. groff. censûs à famoso Viro Nicolao dicto Silvver Armigero de Pilinguilla Cliente & Armigero pro anima sua & fratris sui Joannis noviter defuncti. 1416. 7. Novembris, in præsentia Petri de Silvver, & Mikssikonis de Slivver Armigerorum, confirmat Gurein 1417. 5. Nov. P. 9. Pilingivilla. Silvvar.

* Silvarij de *Pilnikovva* Equites pervetusti hoc loco intelligi debent, quos adhuc nostrâ memoriâ superstites fuisse audivimus, imò & vidimus. Ignari lingvæ nostræ hæc omnia corruperunt. *

Pro Ecclesia in Kruh Nobilis Vir *D. Berka de Duba* residens in Huska Patronus, & alij Christi fideles contulerunt ad *1.* laneum agrorum emendum, & emtus est, ut Plebanus alat *unum Vicarium* apud Ecclesiam in *Kruh.* porrò *D. Berka* rogatus, prædictum laneum ab omnibus alijs censibus, servitutibus, &c. suo & Successorum nomine liberavit. Contulit ad summam plurimùm Zviecho *de Zdiar.* P. 10. Kruh Vicarius. Berka. de Zdiar.

1. Sex. groff. censûs pro Altari S. Marthæ in Ecclesia *S. Michaëlis in Opatovvicz* Novæ civ. Prag. pridem data aliò transfertur à civibus ad cives. 1417. Sabbato ante Andreæ. Q. 1. S. Michaël in Opatovvicz

6. Sex. groff. censûs cum agris, piscinula & silva, pro Erectione Novæ Capellæ in Ecclesia Parochiali in *Kotunn*, à famoso Viro Stanislao de Otiessicz in bonis Novæ villæ. ut 3. Missas quothebdomadis legat Capellanus. 1417. Sigilla famosorum Bohussij fratris mei, & Przibikonis ibidem de *Cotunn.* Kotun.

Pro Ecclesia in *Przicz* Nobilis D. Nicolaus de Borotin accusatur à Plebano *Prziczensi* apud *Sbinkonem* Archiepiscopum, quòd homines Ecclesiæ suæ censuales opprimat, &c. Archiepiscopus constituit judicem D. Woyslaum in *Miliczin* Decanum *Wltaviensem*, qui pronunciat contra Nicolaum 1405. Inscribitur *1418.* penultimâ Maij. Przzice. de Borotin.

Longa actio hîc recitatur. probat *Romæ* in Palatio Causarum sub Papa *Bonifacio IX.* Venerabil: *D. Nicolaus Hirnczek* Canonicus Præbendatus Ecclesiæ S. Ægidij Pragæ ad suam præbendã spectare (contra quendã Nicolaũ de *Stankovv*) *juspatronatûs Ecclesiæ in Przibram*, eámque esse unitam *Præbendæ S. Ægidij Pragæ*, ídque ab antiquo. 1391. Romæ. Recitantur Literæ Joannis Episcopi Pragensis 1310. unientis Ecclesiam *Parochialem in Przibram* Præbendæ S. Ægidij, assentientibus Petro Præposito, Joanne Decano, & Capitulo Pragensis Ecclesiæ. Recitantur item Literæ *Gregorij Episcopi* Pragensis, quales decimæ debeant dari, & ex quibus pagis Plebano in Przibramo. 1298. 8. Idus Januarij. Q. 2. 3. 4. Ecclef. in Przibram. S. Ægidius Pragæ. Q. 5.

* Videat Lector, quàm omnia sint per hæresim eversa in Bohemia, *juspatronatûs Ecclesiæ S. Ægidij Collegiatæ* perijt, imò ipsa Ecclesia paulò pòst hæreticis in spolium cessit, nisi optimo consilio *Ferdinandus II.* pijssimus Cæsar Ecclesiam hanc clarissimo *Prædicatorum Ordini* donâsset. *

Erectio Altaris S. Catharinæ, & Omnium SS. in Ecclesia Parochiali *in Ostravia* Prag. diœces. à D. Mathia Hartmanno Plebano Ecclesiæ in Ostravia. Literæ desuper civitatis *Zittaviæ* Pragensis diœcesis, qui erant Patroni Altaris. 1416. confirmatum à Gurein 1418. ult. Maij. Q. 6. 7. Ostravia.

4. Sex. censûs in villa *Mnichovv* constituti à famoso Viro Hinkone nato Hinkonis de *Mnichovv* residente in Struzenecz, ad alia bona transferuntur. 1418. 19. Septembris. Mnichovv.

Q. 8.
Lippa.
Berka.

Erectio Altaris S. Nicolai in Capella S. Nicolai noviter erecta *Lippæ.* 7. sexa census minùs 10. nummis, à Nobili Viro Hinkone dicto *Berka de Duba* Domino i Lipa, pro remedio animæ suæ, & carissimæ conthoralis nostræ *Agnetis*, & proge nitorum nostrorum, &c. 1418. feriâ 6. post Festum S. Francisci. Confirmatu

1418.

7. Octobris. Eadem fundatio repetitur & approbatur 1418. 28. *Dec.*

Q. 9.
S. Nicolaus Ve. Pragæ.
S. Gallus.
S. Martinus.

Pro Altari B. MARIÆ Virginis in *Ecclesia S. Nicolai* Majoris civitatis Pragens 10. sexagen. groff. census. Item pro Altari SS. Apostolorum in eadem *Ecclesia* a lij 10. census. Et alij 5. sexag. census pro Clerico, qui prædictis Altaristis servia ad Mensam. Item pro Altari SS. Apostolorum in Ecclesia *S. Galli* Majoris civita tis Pragensis 10. sexagen. census. Item pro Ecclesia S. Martini pro Altarista B MARIÆ Virginis in muro Majoris civitatis Pragensis, 10. sexagenæ.

Q. 10.
Potenstein ex Franconia.

Hæc omnia donantur ab Honorabili Viro *D. D. Joanne de Potenstein* Presby tero Bambergensis diœcesis, & Honesta Domina Dorothea relicta quondam Joan nis de *Basc* civis majoris civitatis Pragensis. Pro his quatuor Altaristis prædicta *D*orothea comparavit domum. Officia & obligationes Altaristarum recensentur.

R. 1.

Juspatronatûs ad dictum D. Joannem, dictum Munczer de *Potenstein*, & *D*oro theam pertinebit. Mortuis illis ad seniorem Altaristam ex his quatuor. Reci tatur licentia *Regis Wenceslai* 1406. Confirmatum à Gurein *1419.* penultimâ A prilis.

* Hic *Potenstein* dictus Munczer, non fuit ex Procerum Bohemorum familia qui de *Potenstein* dicebantur, sed Clericus ditionis Bambergensis, ùt hasce literas le gentes facilè intelligent. *

Eccl. Prag.
R. 2.
Koneczclkum.

2. Sexag. census pro Altari Assumtionis *in Ecclesia Pragensi* apud famosum Vi rum Hinkonem de *Koneczchlumie* Armigerum, qui id moriens fatetur, & in boni suis prædictum censum constituit 1419. 20. Januarij. Postea idem D. Hinko jam valens 1. Maij disposuit quamdiu valet & vivit censum 2. sexagenarum solvere post mortem verò 1. sexag. detur pro *fabrica Ecclesiæ Pragensis*, & altera pro *Capellania* ibidem in *Koneczchlumie.* *

* Koneczchlum illustris Equitum prosapia, & toti antiquæ Bohemiæ nota ad nostra usque tempora perduravit; an adhuc ex illa supersit aliquis, rescire non potui. *

R. 3.4.5.
Litomericz.

Pro Altari S. Wenceslai in Ecclesia Parochiali Omnium SS. *in Litomericz* varij census à civibus dati recensentur cum literis eorum ab anno 1365. usque ad 1394. Confirmantur omnia à W. Gurein 1419. ult. Maij.

R. 6.
Testamentum Adami de Nezeticz Canonici Pragæ.
Fabrica Eccl. Prag.
Cœnob. Carthusianorum.

Honorabilis Vir *D. Joannes de Duba*, Canonicus Ecclesiæ Pragensis, testamentarius bonæ memoriæ Magistri Adæ *de Nezeticz*, *D*ecretorum Doctoris, Archidiaconi Gradicensis, & Canonici Ecclesiæ Pragensis. exhibuit copiam testamenti, quod hîc recitatur factum 1414. 3. Januarij, domum suam magnam in *Hradczano* legat pro *D. Archidiacono Gradicensi*, qui fuerit pro tempore, ex qua domo is 2. sexagenas quotannis *Ecclesiæ Pragensi* pro suo Anniversario celebrando; itémque secundam domum Canonico suo Successori, ex qua sexagenas census Priori & Conventui *Monasterij FF. Carthusianorum* prope *Pragam* dabit, &c. Plura alia legata ibidem pia leguntur. 20. sexag. groff. census pro duobus studentibus actu in studio Privilegiato stantibus, uno in *S. Theologia*, altero in *Jure Canonico*, ab Archidiacono, *D*ecano, & *Capitulo Pragensi* persolvendos, si absit Archidiaconus Gradicensis, cui primario res ista comittitur; suspectus de *Secta Wikleffistarum* nõ eligatur, præ alijs verò eligẽdus est ex amicis, ut si *Jacobus* filius *Stephani* pellificis consangvineus, & *Michaël* filius Wenceslai Mazanecz de Hradczano Pragen. fuerint apti ad studium, & studere voluerint, &c. &c.

Item

Item de Libris suis, quos gravibus laboribus, servitijs, & maximâ difficultate successivè acquisivit, & partim scribi procuravit, hoc modo agendum. 1. Ut Volumen magnum scriptum in pergameno *Homiliæ* à festo Paschæ usque ad Adventum Domini, cum ceteris sermonibus, *Breunoviensi Cœnobio* detur pro uno *Anniversario.*

R. 7. Bibliotheca ætate illâ pretiosa. Liber pro Anniversario. Cœlestini apud Michaëlem prope Wissehrad. R. 8. Libri super Sacristiam Eccl. Prag.

Item Chronica in 2. Voluminibus pergameni D. Præposito, Priori, & Conventui Canonicorum Regularium S. Augustini *in Raudnicz* pro uno Anniversario. Item *Sanctorale*, *Manipulum Florum Fratribus Cœlestinis S. Michaëlis in Praga prope Wissehradum*, ut in suis Orationibus ejus inter cæteros benefactores memoriam habeant. *Librum Psalterij* in viridi Cute Magistro Petro de Znoyma, *Orationes Anselmi* D. Præposito *S. Ægidij* in Praga; *Scholasticam historiam* Monasterio Canonicorum Regularium *in Rokyczano.* *Librum Marionale* dictum, D. *Conrado* Vicario Olomucensi. Notario Nicolao Cundelt librum *diversorum processuum, sententiarum*, cum alijs 4. tractatibus *Jacobi de Theramo* Episcopi Florentini. Reliqui libri super Sacristiam ipsius Ecclesiæ Pragensis usibus reserventur, & concedâtur; *sed nulli Wiklefistæ aut suspecto*, quorum librorum sunt ista nomina: Summa *Magistri Thomæ* Brabantini. *Volumen homiliarum* ab Adventu usquè ad Festum Paschæ. *Biblia* in pergameno. *Summa juris Canonici* fratris Martini. *Decretales*, Clementinæ, digestum vetus, ff. novum, Institutiones, Liber Feudorum, *Codex*; alius liber Institutorum, speculum judiciale Wilhelmi *Durandi*; Apparatus Decretalium *D. Innocentij.* Apparatus alius *D. Joannis Teutonici* super Decreto. Item alius super Clementinis Joannis de *Lignano.* Item *Lectura* super Librum Decretalium per ipsum *D. testantem*, collata. Liber suffragium Monachorum. Additiones speculi Joannis Andreæ. Liber Sententiarum M. Petri *Lombardi.* prima pars *Thomæ de Aquino.* Glossa super Mathæum & Lucam & Psalterium. *Hieronymi* super Isaiam. Liber sententiarum *D. Wilhelmi* Altisiodorensis. Epistolæ *D. Hieronymi* 96. *D. Augustinus* super Joannem 115. homiliæ. Liber quæstionum M. *Henrici* de Oyta. Moralia *D. Gregorij.* Ethymologiæ *Isidori*, *Hieronymi* super Cantica cum alijs libris. Liber super Cantica Canticorum *M. Roberti* cum alijs. Liber *de Trinitate Boetij* cum glossa. Tractatus de Trinitate Magistri Petri *Abbehardo.* Dicta *Bedæ* super Joannem. *Cassiodori* de vera Amicitia. Liber 8. vel 9. Tractatuum diversorum *Thomæ* de Aquino. *Psalterium* cum glossa ordinaria. *Liber*, in quo primùm scribitur *Soliloquium* B. Augustini cum multis alijs tractatibus. Opera *Ven. Anselmi* cum alijs in eodem volumine. Item alij libri in artibus, scilicet *Ethicorum* cum glossa ordinaria, liber *Metaphysicorum* cum Commentar: *Averrois*. Quæstiones totius veteris artis *Joannis Viridarij*; liber de cœlo & mundo; liber *Meteororum*, liber *Posteriorum* & *Elenchorum.* Dismetria *Rampani*, & Geometria *Bambardini* cum alijs libellis. *Macrobius* de somnio. *Cypriani* Epistolæ. *Horatius.*

Pulvinaria superiora & inferiora legat pauperibus Presbyteris, & Clericis infirmis. De frumento, equis, vino, cerevisia, lardo, caseis, &c. &c. omnia prudentissimè disposita, &c. Alia omnia voluntati Testamentariorum subjecit pro animæ suæ salute.

Testamentarios nominat: *Wenceslaum de Radecz* Custodem, Mathiam de Bielina *Præpositum Ecclesiæ S. Ægidij* in Praga, *Joannem de Duba* Sacristam, & Canonicos Ecclesiæ Pragensis memoratæ, dans illis facultatem omnia in jure de suo Testamento agendi, &c. Hæc à publico Notario consignata, & scripta. 1419. 18. Julij.

* *Adamus de Neseticz Decretorum Doctor*, & multis annis Vicarius Generalis Archiepiscoporum, quasi providens Religionis mutationem in Bohemia futuram,

*Wi-*

*Wiklefistas* ab omni parte suæ hæreditatis excludit. Non legi facilè tam pium, longè in futurum tam providens Testamentum; simul adverte, quanto in hono & pretio fuerint *Codices manuscripti*, ut vel uno Codice donato *Anniversaria Mi* pro Donatore fundaretur. Item Notandum est: hunc *D. Adamum de Nezeticz* tate suâ maximi Nominis Magistrum in jure Canonico, & Decretorum Doctore fuisse, adeóque, ùt hoc loco asseritur, *Lecturam*, seu *Commentarium* scripsisse sup decimum Decretalium librum. Ejusmodi plures Doctorum *Bohemorum*, *Morav rum*, *Silesiorum*, & vicinorum *Polonorum* Lucubrationes *in vetustis Bohemiæ Biblioth cis* reperiuntur, quæ nunquam sunt editæ, quas operæ pretium foret studiosè col gere, & maximâ diligentiâ conservare; sed nos dum nova quærimus, antiqua pe dimus.*

Eccl. Prag. de Okorz. dePetrspurg de Lokssan. de Lazan.

20. Sex. gross. censûs pro Ecclesia Pragensi dati & assignati cum licentia Reg Wenceslai à *D. Nicolao de Okorz*, Protonotario Tabularum Regni Bohemiæ. Inpr mis super bona in Oppido Lubenczi apud Jenczonem *de Petrspurg*, Testibus Hen rico *de Psovvlk* & Petro *de Janovvicz* & de Chlumsze. Postea verò Oppido *Luben cze* vendito *Carolo de Lokssan*, census prædictus ab eo solvendus. Anno & die supra. Literis Regis Wenceslai subscriptus est ad relationem *Henricus de Lazan* Ca pitaneus Wratislaviensis. 1415.

S. 1. Mieczin. Woraczi-czky. deChodovv

Pro Capellania S. Joannis in Oppido *Mieczina* Montem cum silva ad uter dum donat Capellano famosus Vir Rupertus de *Tluczna* Armiger Prag. diœces. re sidens in Mieczine. 1413. præsentibus famosis Przibikone de Tuklek, Walkmaro d *Pabienicz*, Ulrico de Chlistovv Armigeris Prag. diœces. Idem *Rupertus* postea do navit 3. sex. censûs ex quodam prato percipiendas, de qua re confectum est publ cum instrumentum 1413. 2. Julij, præsentibus *Ruperto* seniore de Tluczna, Przib kone de Tuklek tum Purgravio in *Skala*, Hinkone Forczberger nuncupato de *Ch dovv à Plana*, Olfrado de Tluczna, armigeris Prag. diœces. Inscriptum & confirma tum à Wenceslao Gurein, 1419. 28. Jul.

S. 2. in Dub. Equites Rhodij.

2. Sexagenas censûs annui fatentur se debere Jessek, Mikess, a Mateg germa ni fratres, filij famosi Viri Wochonis *de Poloblavv*, in suis bonis, acceptâ summâ 2c sexag. à Religioso fratre Fabiano professo Monasterij *S. Ioannis Ierosolymitani in Dub* quem dum vivet, ipse & ejus Mater Domina *Wichna* percipiet, ijs verò mortui *Conventus in Dub.* Testes famosi Tista de Albrechticz, Nicolaus de Kogeticz, Ko gata z Dechterowa / Triczek de Dalemnicz residens in Sukoradech, 1419. die S. Bartholomæi, inscriptum & confirmatum à Gurein 1419. 27. Aug.



# ERECTIONUM VOLUMEN DUODECIMUM.

A. 1. Czaslavia.

PRo Altari S. Sigismundi in *Czaslavia*. Recognoscunt cives in *Czaslavia* se debe re 10. sexag. gross. censûs pro eo altari; qui fundatores esse videntur. M. Borsso Archidiaconus Bechinensis confirmat.

No-

*Notæ in duodecimum Erectionum Volumen, quo non tam Erectiones Altarium, quàm ensus, decimæ, & donationes Ecclesiis, & Altaribus facta continetur.*

* Sciendum est ante omnia, hæc *Erectionum Volumina* non esse ordine tem-orum digesta, sed prout Librario occurrerat, in Libros inscripta, adeóque non niretur benignus Lector, jam hunc, jam illum annum adduci. Hæc duo postre-na Volumina XII. & XIII. (quæ jam *Notis* illustrare aggredimur) tertium, vel quar-um locum occupare deberent, si temporis esset habenda ratio; at quia scriptori æc confusio placuit, cogor eam relinquere, ut si quis curiosus, quæ citavi, in *Ere-tionibus* authenticè legere velit, statim quod quærit, invenire possit; quod si ego a-um Ordinem Voluminum facere voluissem, ipsa *Volumina* denuo fuissent exscri-enda, quod propè ætatem hominis superaret. *

Pro Ecclesia *in Strharz*. D. Petrovecz miles de Libcovvecz fatetur se debere Strharz. 7. sex. gr. nomine Orphanorum Henrici Kovvarzovvecz.

Pro Ecclesia in *Bobczicz* 28. Aprilis. ut dentur ei decimæ à Wankone de Bo- Bobczicz. oczicz. fidejussores sunt Henricus, & Pesko Milites Fratres *de Kamyk*. hic Wanko de Kameyk. uit excommunicatus, ùt apparet ex literis.

* Fortitudo veterum *Bohemiæ Prælatorum* tanta fuit, ut si quis debitas *Plebano Decimas* injustè negarent, anathemate Ecclesiastico feriretur, ùt hîc contigit.

Die penult. Aprilis, Jenco *de Bossna*, & Frater Buzco dictus *Luxa* professus Zhorz. Monasterij *Siloënsis* coram M. Borssone constituti, omne jus, quod eis competebat n jure præsentandi ad Ecclesiam in *Zhorz* liberè cesserunt Leoni de Kyiovva.

Jus patronatûs in *Zitovvlicz* adjudicatur pro hac vice Joanni dicto Werdek Zitovvlicz. niliti à M. *Borssone* Archidiac. Bechinensi Vicario Archiepiscopatûs.

D. Gimramus Cliens de *Rziczan*. jus patronatûs Ecclesiæ in *Seslicz* transfert in A. 2. Seslicz. Rziczan. uendam civem Pragensem. præsentibus *D.* Przisnakone Cliente *de Ledecz*, Nico-o Cliente *de Otradonicz* 7. Maij.

D. Albertus *de Ugezdecz* donat Ecclesiæ in *Chrastian* duos agros & unum pra- de Ugezdcze Baro. um. 1. Jun.

22. Junij Plebanus Ecclesiæ SS. *Philippi & Jacobi* Maj. civit. Prag. consentit, SS. Philippus & Jacobus. uòd Capella *S. M. Magdalenæ* dicta Jerusalem situata est in parte loci, qui est de li-nitibus Ecclesiæ suæ, & promisit, quòd nunquam contra eam velit de jure venire. em concessit, ut 7. domus (incipiendo à domo *D. Abbatis Cladrubiensis* cum om- Cappella Hierusalem. ibus juribus, & sepultura eidem Capellæ applicentur; sed excepit, ut nè ullus a-us ex residuis partibus Parochiæ suæ apud *Capellam S. Magdalenæ* sepeliatur, nisi i- Milicius. so volente &c. Contrà statim *D. Milicius* Rector Capellæ promisit se censum 5. xag. grosf. Plebano daturum.

* Primis literis usque ad A. 5. nullus initio hujus Libri appositus est annus, ed clarè ex pluribus adjunctis apparet, præsertim ex ætate *Joannis Milicij* (de quo nultis in *Epitome historica* actum est, & quem constat ante *Carolum* IV. obijsse) has onationes, & assignationes censuum, quæ initio Voluminis inscribuntur hoc loco nte annum 1370. vel paulò pòst contigisse. Porrò *Milicius* maximus, & disertis-imus ætate suâ Prædicator, summam eo laudem sibi apud omnes bonos omparavit, quòd mulierculas quàm plurimas (centenis & centenis plures) ad bo-am frugem reduxerit, & unum in locum ad *S. MARIÆ Magdalenæ Capellam*, quam xstruxerat ex lupanari, coactas, sanctè, & constanti innocentiâ vivere docuerit; uam Capellam ut à Plebani jure in perpetuum absolveret (ùt A. 3. dicitur) 5. sex. nnui census Plebano SS. Philippi, & Jacobi procuravit. *

Ff Pro

Chvvoyna. de Slavvkovv. A. 3.

Pro Ecclesia in *Chvvoyna* donatum pratum à Jescone Cliente de *Chvvoyn.* & Theodrico patre ipsius, & Adamo *de Slavvkovv* fratre patrueli ipsorum. 8. Jul

Pro Ecclesia *SS. Philippi & Jacobi* in Maj. civ. Prag. assignat *D. Milicius Rect. Capellæ* dictæ *Jerusalem.*, 5. sex. gr. census in certis domibus in antiqua Urbe. 2. Au

MiliciusRomam appellat, sed postea renunciat.

Item die 8. Novemb. in æstuario novo magno Curiæ Archiepiscopalis Pra constitutus personaliter coram Reverendissimo in Christo Patre, & *D. D. Joan. Archiepiscopo Pragensi* Apostolicæ Sedis Legato *D. Milicius* Prædicator in *Capella dicta Jerusalem*, non compulsus, sed sponte, & liberè *renunciat Appellationi*, suo, & suorum collegarum nomine ad Sedem Apostolicam contra memoratum *D. Archiepiscopum* interpositæ, & factæ, submittens se, & dictos suos socios gratiæ *D. Archiepiscopi* prædicti, promittens obedire, & parêre, quidquid ipse in causa hujus, & c *Capella* prædicta fecerit gratiosè. præsentibus Reverendissimo in Christo Patre, & *D. Lamberto Episcopo Argentinensi*, Jenczone Præposito S. Crucis Wratislaviæ, & Joanne Decano S. Apollinaris Pragæ.

* Idem *Milicius* Appellationi ad Curiam Romanam factæ renunciat. Scit oportet, DEUM ad probandam, & perficiendam *Milicij* sanctitatem, in eundem plu rimos accusatores immisisse, ùt in ejus vita diximus; ideóque non semel Romar proficisci coactus est, semper tamen absolutus. *

Eccl. S. Apollinaris.

Pro *Decano S. Apollinaris* Pragæ quædam domus confirmatur spectare. 14. No

Petrovvicz.

Pro Eccl. in *Petrovvicz*, quòd præter Plebanum debeat habere duos Vicarios pud eandem Ecclesiam, fatetur Plebanus præsente Wssechone Armigero de *Petrovvicz*. 15. Apr.

Quieton Præbenda S. Ægidij. Rziczan.

Famosus Cliens *Chotko Sazeme de Rziczan* acceptis duabus sexagenis groß. cu media, fatetur Curiam in *Quieton esse Præbendam S. Ægidij Pragæ*, eóque spectar fidejussor nominatur Jeśko dictus Talafus Cliens de *Rziczan* frater Chotkonis. 1 Julij. præsentibus Nobili D. Jaroßio *de Laczenbok*, & Przisnakone Cliente *de Li decz* &c.

* Apparet aliquam *Rziczaniorum* lineam, non in ordine Dominorum sed tar tùm *Equitum* in gradu stetisse; id apparet ex titulo *Clientis*, paulò antè in hoc volu mine A. 2. & nunc ex titulo famosi; *Talafi* verò nomen proprium *Rziczaniorum* fui quod in historicis Ungariæ sæpe reperies. Nobilis Dominus Jaroßius *de Laczenbo* ex Slavatarum illustrissima stirpe prodijt, ùt in Stemmatographia dicetur. *

Ugezd.

Ad *Ecclesiam in Ugezd* spectant agri, & pratum in Insula. ità fatetur Anna re licta Ulrici dicti Poledne Clientis *de Dubie*, & Plebanus pro ijs debet dare *D.* Anna & filijs ejus, Jeßconi, & Stephano 5. sex. gr. Prag. 26. Maij.

A. 4. Lidicz. Kolovvrat.

Pro Ecclesia in *Lidicz* pronunciat Przibico Archidaconus Horßoviensis & Paulus Choczna Canonicus Prag. quòd debeant dari decimæ. 12. Jul. præsentibu Purghardo Kolovvrat &c.

Svvoyßicz.

Pro Ecclesia in *Svvoyßicz*, quòd dare debeant incolæ villæ Poborz pro deci mis ordinant D. Paulus *de Jenczenstein*, & Cunßo Doctor Decretorum Canonic Prag. 27. Augušt. præsentibus *D. Wolframo* Purgravio Wißehrad. *D.* Joanne De cano S. Apollinaris, & *Rivvino* Archidiacono Plsnensi.

deWßechlap

*D.* Przibico Archidiac. *Horßoviensis* pronunciat quòd *D. Ulricus* Cliens *de Wßechlap*, & Agnesca Vidua de Skoroticz debeant dare decimas Eccl- in Skoroticz 2. Nov

Pohnaus Vicarius.

Census trium sex. pro Eccl. in *Pohnaus* dari debet ex bonis D. Wikeri Militis de Pohnaus Ecclesiæ ibidem. ità tamen, ut Plebanus alat Vicarium apud eandem Ecclesiam. 23. Jan.

S. Leonardus Pragæ. S. Joann. in Vado.

Pro Altari SS. Felicis, & Adaucti in *Eccl. S. Leonardi Pragæ* quædam Vidua 38. gr. census dare debet ex ex mola opposito S. Joannis in Vado Pragæ. 28. Maij.

4. Sex.

4. Sexag. groſſ. cenſûs dari debent à Plebano in *Tuſta*, Monaſterio in *Tuſta*. 14. Junij. Cœnob. in Tuſta.

A. D. 1376. 4. Octob. ad Altare S. MARIÆ in *Choro Pragenſi* cenſus 6. ſexag. groſſ. à D. D. Onſſone *de* Wihlaw / & Svvoyſſie *de Czechnicz*, & *Draſlao de Zalezl*. Eccl.Prag.

* Hîc primùm in hoc volumine annus apponitur. 1376. quamvis ſat perturbatè poſtea quædam inſcribantur, nullâ temporum ratione ſervatâ. *

Pro Monaſterio *S. Ambroſij Pragæ* debent dari decimæ ex monte Wickenberg. ità decretum ab arbitris. 20. Nov. A. 5. Monaſt. S. Ambroſij.

2. ſex. cum media cenſûs pro Eccleſia in *Kunieticz* à ſtrenuo Milite Strzezcone de *Skalicz*, ſuo ac Strzezkonis de *Kolodieg* nomine. 20. Decemb. præſente Religioſo fratre Nicolao Celerario *Monaſterij Opatovicenſis*. Kunieticz.

Famoſus Vir Henricus *de Witinevves* Compatronus Eccleſiæ in *Nemoyczeves*, de ſpeciali Ven. Patris D. D *Arneſti Pragenſis Eccleſiæ Archiepiſcopi* conſenſu, donat unum laneum liberum, & medium cenſualem cum tribus curijs in villa *Nemoyczevves* ad Altare S. Joannis Evangeliſtæ in prædicta Eccleſia erigendum cum Capellano. 1347. 1. Febr. fratres ſuos vocat Henricus, Joannem *de Witinevves*, & Andream dictum *Caſterum*. Niemczovves. deWitiniovves.

*D.* Archiepiſcopus Prag. pro tempore exiſtens, tenetur ſingulis annis ſolvere de Camera 6. Marcas graves Præbendæ *Eccleſiæ S. Ægidij*, cui eſt Eccleſia *in Hradiſſt* incorporata. 1375. 28. Decemb. A. 6. Præbenda S. Ægidij.

Villa *Kotrovv* prope antiquam Plſnam legatur à Marſſone civePrag. *Eccleſiæ S. Apollinaris* pro anima ſua, ut ſingulis diebus duæ Miſſæ, altera defunctorum, altera in honorem B. Virginis ſub nota habeantur, & ut Capitulum prædictum *Eccleſiæ S. Galli* annuè det duas ſexag. & duas alias Eccleſiæ *S. Martini* in muro Pragæ. 1373. 19. Octob. Kotrovv S. Apollinaris. S. Gallus. S. Martinus.

Duo Molendina, alterum prope *Monaſt. Carthuſienſe*, alterum in ripa *Multavæ* Novæ civit. Prag. ſub *Zderaſio* in jus Emphiteuticum emta à Molitoribus, *vendentibus Carthuſianis* pro 110. ſexag. groſſ. pro qua pecunia jam ſolverunt 30. ſexag. reliquum ſolvent in terminis. 1377. 14. April. præſentibus D. Protivva de Kaſſeiovvicz Milite &c. Carthuſiani Pragæ.

* De hac fundatione *Carthuſiæ* (quæ *Hortus MARIÆ* dicebatur) à Rege Joanne, & attributis ei Cœnobio molis, egi in Tractatu quodam de *Carthuſijs Bohemiæ*; ex quibus apparet, Carthuſianos magnam partem ſuæ fundationis diu ante Huſſitica tempora aliò transtuliſſe. *

Plebanus Eccleſiæ in *Czihonicz*, fatetur ſe teneri alere duos Vicarios ad ſuam Eccleſiam. 24. Aprilis. inCzihovvicz duo Vicarij.

Onus Eccleſiæ in *Muta dare* ſingulis annis 20. ſex. groſſ. Muta.

Eccleſia in *Hruſſicz* quales habeat redditus, interrogatur Plebanus 24. Auguſti. A. 7. Hruſſicz.

Eâdem die Nicolaus Cliens *de Dobra*, fatetur ſe debere ſolvere 9. ſexag. groſſ. cenſûs de villa Michalovvicz, quæ ſpectat ad *Præbendam S. Ægidij* in Praga. S. ægidius.

Cenſûs 8. ſexag. groſſ. fratri Zbroslao profeſſo *Monaſterij S. Procopij* & poſt ejusmortem Abbati, & Conventui à Mareſs Cliente de Neſmenie. 1378. 4. Jan. Cœnob. S. Procopij.

Jus patronatûs Eccleſiæ in *Zaſmuk* diviſum à D. Cunſſone Vicario inter fratres Ieſkonem, & Zdenkonem fratres de Zaſmuk ex una, Hinconem Presbyterum, Henricum Ieſkonem, & Wenceslaum, ac Wenkonem fratres itidem de Zaſmuk parte ex altera, anno & die ût ſuprà. Zaſmuk.

Niemczovves.

Donatio 1. ſex. gr. cenſûs pro Eccleſia in *Nemoyczeves* à D. Ieſkone Plevva d *Witiniovves* pro uno Anniverſario. 2. Octob.

Hoſpitale S. Franciſci ad pontem.

Pro Hoſpitali *S. Franciſci in pede Pontis Prag.* 7. libræ ceræ dandæ annuatim à D. Bohuncone Plebano Eccleſiæ *S. Petri in Porzicz.* 16. Aug.

A. 8. Boroticz.

Decimæ pro Eccleſia in *Boroticz* pendendæ à Petro dicto Kurze Cliente d Mokrsko. præſentibus Przíſnakone *de Ledecz* ſeniore, Protonotario Domini *Ulrici* *Roſenberg*, Otticone de Horſſovv Cliente &c.

Naczeracz.

Una Piſcina donatur Eccleſiæ in *Naczeracz* à Marſſone Cliente de Selmber idem *Marſſo* donavit aliam piſcinam pro alendis duobus Capellanis in Naczerac 4. Octob.

Chvvoynecz.

Donatio 1. ſex. cenſûs pro Eccleſia in *Chvvoynecz* à Theodrico Cliente de *Horolticz* pro uno Anniverſario. 19. Octob.

in Sczekna Vicarius.

5. Sexag. groſſ. cenſûs donat ſtrenuus Miles Nicolaus *de Wimberg*, *D.* Prag. Archiepiſcopi miles familiaris, continuus commenſalis, pro erigenda Capellania in *Sczekna.* Item medium laneum agrorum cum Curia. Item ſilvam cum monte; & te nebitur *Miniſter Capellæ alere Vicarium.*

* Inſignis, & valde liberalis hæc fundatio, ùt conſideranti patebit, quâ no Capellanus modò, ſed etiam Capellani Vicarius fundatur. *

Cœnob. S. Clementis Pragæ.

Una ſex. annui cenſûs *Monaſterio S. Clementis* Pragæ ab Aurifabro cive Prag 1384. die S. Margarethæ.

A. 9. S. Gallus Pragæ.

4. ſex. groſſ. cenſûs ex Braxatorio Novæ civit. Prag. ad Altare *S. Annæ in Eccleſia S. Galli* Pragæ. anno quo ſuprà. 4. Novemb. transfertur prædictus cenſus ad a liam domum.

Miroſſovvicz.

Czenko Cliens de *Miroſſovvicz* pro Eccleſia ibidem donat 12. ſtrichones a grorum cum quodam nemore pro 4. anniverſarijs per annum. anno 1368. in vigil B. Eliſabeth.

Wolbramovvicz. Czeika.

Lites de jure patronatûs in *Wolbramovvicz* inter Odolenum de Wolbramo vvicz, & Przechonem indidem Clientes, deciduntur. 14. Apr.

A. 10. in Elau Matura.

Lis inter Plebanum Eccleſiæ in *Elavv*, & inter ejus loci Incolas à. M. Nicolao Puchnik Officiali deciditur contra *Plebanum*, quod *Maturam* in *aurora* cantare de beat, ſed cenſus percipere, 1°. duas ſexag. cum media. 2°. 72. groſſ. Item 40. groſ 20. Febr. præſentibus Wenceslao Præpoſito Miſnenſi, Nobili D. Ioannne de *Sternberg.*

Boëmaus.

5. Sex. groſſ. cenſûs pro Eccleſia in *Boëmaus*, à cive Cuttnenſi legatum.

Tuſta. Cœnob. Inſulanum.

5. Sex. groſſ. cenſûs Rector Eccleſiæ Parochialis in *Tuſta* ratione incorporationis ejuſdem Eccleſiæ dare debuit *Monaſterio in Inſula* Ordinis S. Benedicti. It *Mſtiſlaus Abbas* in literis ſuis datis 1385. 17. Dec.

Zvvolinievves.

Decimarum ratione quid debeatur Eccleſiæ in *Zvvolinievves* definitur.

Ratenicz. de Dobrzenicz.

Ius patronatûs in *Ratienicz* definitur ſpectare ad hos Reinhardum de Ratienicz, Nicolaum dictum *Wrbik de Tyſſinicz*, Wenceslaum ibidem de Ratienicz, Blehonem de Peczek, & Czenkonem de *Dobrzenicz.* præſentibus Wenceslao Præpoſito Miſnenſi &c.

A. 11. Mrtnik.

Agri quidam donati ad Altare S. Andreæ in *Eccleſia Parochiali in Mrtnik* à majoribus, quod Ottiko de *Komarovv*, ſuo & Peſſikonis privigni ſui nomine confirmat. 1386. 6. Oct.

Peſſik. Zderaz.

Strenuus Miles D. Bavarus *de Wſſerub* donat jus patronatûs in Wſſerub Ven. & Relig. Viris *D.* D. Præpoſito, & Conventui *Monaſterij Zderazienſis in Praga.* anno quo ſuprà. 13. Octob.

Una

Una sexag. groſſ. cenſûs pro Eccleſia in Chucz donata ab Ulrico de Dobrczicz Armigero.

Jus patronatûs Altaris S. MARIÆ in Eccleſ. *S. Galli Pragæ.* quidam civis Prag. S. Gallus Francza *Neuburger* donat illuſtri Principi *D. Jodoco Marchioni Moraviæ*, & Succeſſo- Pragæ. ribus ejus. præſentibus *D.* Wenceslao Præpoſito Miſnenſi, Philippo Marſſal- deWlaſſim. ko D. Marchionis, Petro Quaſs familiari Armigero Domini Joannis *de Wlaſſim.*

Pro Eccleſia in *Hodieticz*, ut Plebanus alat Vicarium, dat 100. groſſ. cenſûs Hodieticz. Wolbramus Cliens dd Hradek.

De jure patronatûs in *Semnicz*, cui competat. Semnicz.

Pro Eccleſia in *Welczicz* profitetur Joannes Lutka, dictus Armiger de Ne- A. 12. piekoſſicz quoſdam agros deberi & de decimis, arbiter Mlasko de Chotelicz Armi- Wlczicz. ger. præſente Wenceslao Præpoſito Miſnenſi, Bohuslao perpetuo Vicario D. Præpoſiti Mielnicenſis in Eccl. Prag.

Pro Eccleſia in *Przeperz. 1.* ſexag. cenſûs à Wrazcone Cliente. *1.* Martij. Przeperz.

Pro Altari SS. Patronorum in *Eccleſ. S. Galli* Pragæ à Michaële Rectore Al- A. 13. taris illius 2. ſexag. cenſûs emtæ in villa Zap pro Anniverſarijs duobus. 1387. 27. S. Gallus Pragæ. Maij.

Pro Eccleſia in *Chraſtian* decimas, quas antea non dabat, niſi cùm vellet, of- Chraſtian. fert D. Theodricus *de Chriſtian* miles. pro 4. Anniverſarijs per annum. *1387.* 10. Octobris.

Dotatio Altaris B. Virginis in *Eccleſia Parochiali in Pilgrenis*, pro quo villam Do- Pelhrzimovv. bravvoda donat providus Vir Bunko judex in *Pilgremis*. pro eod. Altari 2. ſexag. groſſ. cenſûs donat Andreas Hluma Cliens *de Lhota.* 1386. 3. Oct. 4. Miſſæ legi debent in de Lhota. ſeptimana.

Pro Eccleſia in *Poſtupicz* donatur pars ſilvæ à Cunſſone, & Uhan Clienti- Koſtka. bus de *Lhota* pro Anniverſario, & ſtrenuo Milite *Dom. Sdencone de Poſtupicz* aſſen- Poſtupicz. tente, pro ſepultura in eadem Eccleſia in *Poſtupicz* prope Paczovv. 1387. 29. Maij.

* Hic eſt ille *Zdenko de Poſtupicz*, cujus poſtea filij, nepotes, & poſteri occupatis Cœnobiorum, & Eccleſiarum bonis, grande Religioni Catholicæ vulnus inflixêre. *

Pro Eccleſia in *Wiſſehrad* SS. Petri, & Pauli ad *Præbendam Canonicalem* 12. ſex. Prabenda Wiſſehradenſis Zitomir. cenſûs annui debentur à Rectoribus, ſeu perpetuo Vicario Eccleſiæ Parochialis in *Zitomirz.*

Pro Eccleſia in *Mladegovv* agri certi emti pro 6. ſex. groſſ. à Plebano ejus Ec- A. 14. cleſiæ emente, vendente Jeſkone dicto Komornik Cliente de Miluſſicz. Mladegovv.

2. Sex. groſſ. Prag. cenſûs legavit bon. mem. D. Joannes dictus Zabidovecz Kratonoh. pro Eccleſia Parochiali in *Kratonoh* ex villa Obezdavvicz. ità teſtatur ſtrenuus Vir de Walczovv ſeu D. Joannes de *Slatin* dictus de *Waleczovv* ut Plebanus canat in feſto S. Catharinæ de Slatin. Miſſam in Altari, quod fundavit prædictus Joannes, & in craſtino Miſſam defunctorum. 1387. 20. Decemb.

Jus patronatûs in *Klobuk*, lites componuntur inter Jeſſconem dictum Prha, & Klobuk. Philippum natum Woyslai, Onſſonem, & Mathiam Clietes *de Klobuk.* 1387. 12. Decemb.

Lites quædam circa Eccleſiam in *Krzeczovvicz*, obſcuræ, & inutiles. A. 15.

1. Sex. cenſûs donatur à Nicolao filio quondam Przedborij de *Horek* Cliente. Krzeczovvicz. pro ſalute animæ Geræ Matris ſuæ. 1388. 20. Febr. de Horek.

Ovvenecz. 1. Sexag. censûs Ecclesiæ in *Ovvenecz* donatur ex testamento Martini & Nicolai Fratrum, filiorum Milkonis de Ovvenecz, quam se fatentur debere Bohuslau dictus *Brovecz* Cliens de *Ovvenecz*, & Margaretha ejus conjux.

A. 16. Pohnanie. D. Wikerius bon. mem. de *Pohnanie* 180. grosf. censûs annui deputavit Ecclesiæ in *Pohnanie*, ùt ejus nepos Petrus fatetur. A. 1388. 10. Apr. præsentibus Sulkone de Zahorze, & Andrea de Uhrzicz Clientibus.

* Equites *de Pohnanie* multis illustribus familijs, implexi, ac nominatim *Nachodijs*, cùm in *Bohemia* perijssent, aut sese in *Moraviam* transtulissent, quòd Genealogiam stirpis suæ ordinatam non reliquerint, multorum aliorum Procerum, Dominorum, & Equitum Genealogias perturbant. *

Kamarovv. Una sex. censûs pro Ecclesia in Komarovv à discreto Viro Hermanno de Prohorz, nunc in Brlozecz residente. 1388. 28. Apr.

Hospitale ad S. Ambrosium. Wenceslaus Stuk civ. Maj. civ. obligatur ad ædificandum unum Altare S. MARIÆ ex lapidibus *in Hospitali prope Monasterium S. Ambrosij*, ad quod Altarista Paulus ter in septimana legat Missam.

Onssovv. 2. Sexag. grosf. Prag. censûs pro Ecclesia in *Onssovv* à Nobili Domina Bietka relicta D. Wilhelmi de Onssovv, & Sigismundo filio ipsius. 1388. 22. Maij.

A. 17. Zezicz. Lunhvvicz. 1. Sex. grosf. censûs pro Ecclesia in *Zezicz* à Rynoldo dicto *Lunkvvicz* de Dobieticz. pro 4. Anniversarijs. 1388. 23. Maij.

Gezerzan. 1. Sex. censûs pro Ecclesia in *Jezerzan* ab Hersſone Cliente de *Bichor*. 1388. 3. Junij.

Czestinkostel. Pro Ecclesia in *Czestinakostel* ordinatio, ut Capellani ejus Ecclesiæ se Plebano conforment, & intersint divinis in eadem Ecclesia, excepto Capellano S. Annæ, qui habet bona in *Czernczicz*. 1388. 3. Junij.

Kzivvsudovv. Media sex. censûs ad Ecclesiam in *Krzivvsudovv* à Pessikone dicto Steklo de *Lhoticz* Cliente. 1388. 2. Octob.

